M
6589

~~A. XV. ma~~

MARCELLUS Empir...

22101323956

~~65.B.40~~ 29539

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/b21779624

# MARCELLI

# DE MEDICAMENTIS

# LIBER.

EDIDIT

GEORGIUS HELMREICH.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXIX.

29339

TEXTS

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

WELLCOME LIBRARY
General Collections
M
6589

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

# PRAEFATIO.

Marcelli, quem vulgo vocant empiricum, de medicamentis liber uno, quod equidem sciam, codice nobis traditus est, Laudunensi 420 (antea 326). Qui membranaceus, foliorum CLXXXXVIIII, saeculo VIIII optime scriptus (*cf. Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements tom.* I *p.* 223), non integer pervenit ad nostram aetatem. Initium eius nunc est a verbis: *Incipiunt epistulae diversorum de qualitate et observatione medicinae. Largius Designatianus filiis suis salutem d.* (p. 4 huius editionis). Desiderantur igitur index capitulorum, Marcelli epistula ad filios data, tres disputationes, quae sunt de mensuris et ponderibus medicinalibus, duae Latine, tertia Graece scriptae. Qua iactura primi quaternionis vel ternionis factum est, ut hodie nusquam in codice Marcelli nomen reperiatur, ob eamque causam, ne codex esset anonymus, vir doctus recentioris aetatis in margine primi folii scripsit: *Vindiciani medicina* eademque vocabula in tergore libri litteris aureis impressa sunt. Sed non solum initium, verum etiam finis codicis temporum iniuria interiit, desinit enim in vocabulis: *Spinam ex pede vel quacumque corporis parte* (c. 34,85 p. 356 h. ed.). Quam iacturam extremis duobus quaternionibus amissis contractam esse inita ratione facile colligitur. Sed ne ceteri quidem qui ab initio fuerunt codicis terniones vel quaterniones nobis servati sunt; desunt enim hodie quaterniones V et VIII

(= p. 41,23—52,29 et p. 75,1—86,35 h. e.), terniones XVII. XVIII (= p. 177,20—195,31 h. e.). XXII (= p. 227,2—237,10 h. e.), quaterniones XXXII. XXXIIII. XXXV (= p. 335,3—345,12. 356,7—384 h. e.). Post detrimentum codicis tam grave priores quaternionum numeri plurimi rasura ita mutati sunt, ut etiam nunc qui antea fuerint perspici possit. Item foliorum numeri recentiore aetate damni ratione non habita adiecti sunt.

Postquam quae perierint codicis partes exposui, non alienum esse videtur dicere, quae servatae nobis sint reliquiae. Supersunt quaterniones II. III. IIII = fol. 1—24, ternio VI = fol. 24—30, quaternio VII (nunc VI) = fol. 30—38, ternio VIIII (nunc VIII) = fol. 38—44, quaternio X (nunc VIIII) = fol. 44—52, ternio XI (nunc X) = fol. 53—58, quaterniones XII. XIII (nunc XI. XII) = fol. 58—74, ternio XIIII (nunc XIII) = fol. 74—80, quaterniones XV. XVI (nunc XIIII. XV) = fol. 80—96, quaterniones XVIIII—XXI (nunc XVIII—XX) = fol. 96—120, quaterniones XXIII—XXV (nunc XXII—XXIIII) = fol. 120—144, quaternio XXVI (nunc XXV) = fol. 144—151 (quintum huius quaternionis folium exsectum est), quaterniones XXVII—XXXI (nunc XXVI—XXX) = fol. 151—191, quaternio XXXIII (nunc XXXII) = fol. 191—199.

Hunc codicem ipse quanta potui diligentia contuli lectionisque varietatem selectam neglectis rebus orthographicis et vitiis, quae vulgo in codicibus inveniuntur, verborum contextui subieci. De eo primus disputavit *Valentinus Rose* in Hermae vol. VIII, 30. Quod autem hic vir doctus Marcelli editionem principem, quam curavit *Ianus Cornarius* Basileae a. 1536, ex illo expressam esse censet, fallitur. Nam et omittit codex vocabula quaedam, quae Cornarius ex alio libro manu scripto addidisse putandus esset — sed verisimile non est illum pluribus codicibus usum esse — et exhibet nonnulla, quae apud Cornarium

non extant. Desunt in codice e. c. haec: p. 39,31 *et septima,* 55,11 *rufae,* 55,32 *tritam,* 57,31 *vel collisiones,* 90,33 *aeris usti* XS, 146,16 *Ungularum — medetur*, 267,14 *faeni graeci bene mundati et loti quartarium et,* 282,33 *hordei,* 288,32 *aquae anethinae cyathos tres et,* 290,25 *ex vino,* 306,24 *sagapeni* X IIII, *gummis* X IIII, *artemisiae suci* X IIII. Exhibet codex, cum in Cornarii editione desiderentur, haec: p. 265,3 *seminis* — I, *petroselini Macedonici* — I, p. 300,26 *Scillae albae* usque ad p. 303,17 *de stomacho corrupto.* Quae cum ita sint, exordium capitis XXVIIII in editione principe aliud est atque in codice. His causis motus Cornarium alio codice usum esse existimo, sed non negaverim illum Laudunensi libro fuisse simillimum.

Cornarii textum receperunt Aldus (Medici antiqui. Venet. 1547) et Stephanus (Medicae artis principes 1567).

Scripsi Augustae Vindelicorum
mense Septembri 1889.

**G. H.**

## Signa ponderum medicinalium.

X̶ = denarius.
— = uncia.
£ = semuncia.
℈ = scripulus.
Λ = victoriatus.
S = semis.
S̶ = sextarius.

# MARCELLUS VIR INLUSTER EX MAGISTRO OFFICIORUM THEODOSII SEN. FILIIS SUIS SALUTEM D.

Secutus opera studiosorum virorum, qui licet alieni 1
fuerint ab institutione medicinae, tamen huiusmodi causis
curas nobiles intulerunt, libellum hunc de empiricis quanta
potui sollertia diligentiaque conscripsi, remediorum physi-
corum sive rationabilium confectionibus et adnotationibus
fartum undeunde collectis. Nam si quid umquam congruum
sanitati curationique hominum vel ab aliis conperi vel ipse
usu approbavi vel legendo cognovi, id sparsum incondi-
tumque collegi et in unum corpus quasi disiecta et lacera
Aesculapius Virbii membra conposui. Nec solum veteres 2
medicinae artis auctores Latino dumtaxat sermone per-
scriptos, cui rei operam uterque Plinius et Apuleius et
Celsus et Apollinaris ac Designatianus aliique nonnulli etiam
proximo tempore inlustres honoribus viri, cives ac maiores
nostri, Siburius, Eutropius atque Ausonius, commodarunt,
lectione scrutatus sum, sed etiam ab agrestibus et plebeis
remedia fortuita atque simplicia, quae experimentis pro-
baverant, didici. Quorum vobis copiam labore nostro vigili- 3
aque faciendam, filii dulcissimi, pro necessitate infirmitatis
humanae piissimum duxi, orans primum divinam miseri-
cordiam, ne vobis vestrisque experiendi huius libelli ne-
cessitas ulla nascatur, tum si qua fuerit prospiciendae
salutis et tuendae valetudinis causa, gratulemini super hac
re labori studioque nostro, quod vobis absque medici inter-

ex magistro officiorum *Pithoeus:* ex magno officio *Cornarius.*

4 cessione opem necessariam curationemque praestabit. Cuius
scientiae beneficia vice mutua caritatis humanae cum omni-
bus infirmis, amicis, notis ignotisque, immo vero cum ad-
venis magis et pauperculis communicare debetis, quia et
deo acceptior et homini laudabilior misericordia, quae aegro
5 hospiti ac peregrino egenoque defertur. Moneo sane, si qua
fuerint paranda medicamina, ne absque medico aut incurio-
sius conponantur aut indiligenter habeantur. Nam licet
attentissime species et mensuras specierum remediis qui-
busque adscripsero et ipsarum mensurarum notas vel pon-
derum qualitates secundum Graecam traditionem et medi-
corum veterum consuetudinem seorsum libello huic inse-
ruero et non solum Romana, sed etiam Graia expositione
digessero, tamen e re est, ut haec eadem cum peritioribus
conferantur ac saepius retractentur et quae confecta fue-
rint vel parata medicamina sub signaculis semper habean-
tur, ne aut casus incidat aut malignitas alicuius obrepat,
quae benivole et sincere parata corrumpat, sitque de re-
medio venenum et de salubritate pernicies culpeturque
6 medicina, cum peccarit incuria. In summa me haec
benigne parasse et tamen super his monuisse sufficiet, vos
perinde sanitati vestrae atque opinioni meae consuluisse
conveniet. Epistulas quoque eorum, quorum studium aemu-
latum me esse scripsi, huic operi, ne quid deesset, ad-
ieci, quarum lectio et incitare vos ad necessariam cogni-
7 tionem et instruere poterit ad salutem. Versiculis quoque
lusimus migmatum et specierum digestione compositis, non
quod sit dignum aliquid in carmine, sed ut lectorem scru-
tatoremque huius operis et poema pelliciat et exoptatio
blanda conciliet. Quod opusculum in infima parte huius
codicis collocavi, et ut sermone nostro opera haec sol-
lertia nostra composita claudantur et nugas nostras multi-
plex foliorum celet obiectus.

## De mensuris et ponderibus medicinalibus ex Graeco translatis iuxta Hippocratem.

Uncia habet drachmas numero VIII, scripula XXIIII. Mina habet libram I uncias II. Cheme habet sicut drachma ℈ III. Obolos habet denarius VI. Cotyla [hemina] facit acetabula sive oxybapha IIII. Olyscion facit heminae partem septimam, quod facit — I et drachmas II. Cotylus habet — IIII, quod facit cyathos II et coclearia VI. Item cotylus triunciarius habet heminae tertiam partem. Tetrobolon est quarta pars heminae. Choenix sextarii duo sunt. Stater est quod metitur drachmas IIII, est autem quanta semuncia. Denarius est argenteus drachma I, quod facit ℈ III. Victoriatus denarius dimidia pars drachmae est. Obolus minor drachmae sexta pars est. Cyathus pars octava sextarii, sed ad pondus drachmarum pars decima est. Coclearium dimidia pars drachmae est. Tetrassarius semuncia est.

## Item de ponderibus et mensuris medicamentorum ex libro XXI Plinii historiarum naturalium.

Drachma Attica denarii est argentei pondus. Drachma eadem habet in pondere obolos VI. Obolus habet chalcos X. Cyathus pendet drachmas X. Acetabulum quod dicitur habet heminae quartam partem. Hemina habet drachmas numero LX. Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.

Mensuras quoque ipsas Graecorum de medicinalibus ponderibus addidimus, quae sequenti pagina continentur, ut in huiuscemodi rebus, si visum fuerit, de fonte quod aiunt ipso petatur auctoritas.

*Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν.*

*Ἡ μνᾶ ἔχει ὁλκὰς ρξ΄, ἡ λίτρα ἔχει οὐγγίας ιβ΄, ἡ οὐγγία ἔχει ὁλκὰς η΄, ἡ ὁλκὴ ἔχει γράμματα γ΄, τὸ γράμμα ἔχει ὀβολοὺς β΄, ὁ ὀβολὸς ἔχει κεράτια δ΄, τὸ κεράτιον ἔχει χαλ-*

κους β'. Ὁ μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβ', τὸ ἡμίεκτον ἔχει χοῦς β', ὁ χοῦς ἔχει χοίνικας β', ἡ χοῖνιξ ἔχει κοτύλας δ', ἡ κοτύλη ἔχει ἡμίξεστον α', τὸ τρυβλίον δὲ κοτύλη ἐστὶν Ἀττική, τὸ ὀξύβαφον δὲ τέταρτόν ἐστι κοτύλης, ὁ κύαθος ἕκτον ἐστὶ κοτύλης. Ἡ χήμη ἄγει ὁλκὴν μίαν. Ἡ Ἑλληνικὴ κοτύλη τοῦ ἐλαίου ἔχει $\lambda^{1}$ α', ὁ δὲ ξέστης $\lambda^{1}$ β', ὁ δὲ ἰταλικὸς ξέστης $\lambda^{1}$ α' S. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ ἡ ἰταλικὴ κοτύλη ἔχει Γο θ', ἡ δὲ Ἀλεξανδρινὴ κοτύλη ἐλαίου μὲν ἔχει Γο η', οἴνου δὲ Γο θ'.

| | ἐλαίου | οἴνου | μέλιτος |
|---|---|---|---|
| Τὸ κεράμιον ἔχει | $\lambda^{1}$ οβ' | $\lambda^{1}$ π' | $\lambda^{1}$ ρκ' |
| Τὸ κόγγιον ἔχει | $\lambda^{1}$ θ' | $\lambda^{1}$ ι | $\lambda^{1}$ ιε' |
| Ὁ ξέστης ἔχει | Γο ιη' | $\lambda^{1}$ α' Γο η' | $\lambda^{1}$ β' S |
| Ἡ κοτύλη ἔχει | Γο θ' | Γο ι' | $\lambda^{1}$ α' Γο γ' |
| Ὁ κύαθος ἔχει | Γο α' S | Γο α' S γρ. δ' | Γο β' S. |

## Epistulae diversorum de qualitate et observatione medicinae.

Largius Designatianus filiis suis salutem d.

Legi antehac Hippocratis Coi epistulam, medicinae auctoris vel peritissimi, quam de tuenda valetudine ad Antiochum regem scripsisse fertur; cuius quia praecepta et monita vobis ad salutis custodiam nota cuperem, collegi, ut potui, quidquid seriem eius continere memineram, eamque ore Romano interpretans scripsi. Cavi, fateor, ne ad verbum verba transferrem, quo minus pleraque linguarum diversitate congruerent, si parum ponderis in signi-

Incipiunt epistulae diversorum de qualitate et observatione medicinae. *Ab his verbis codex Laudunensis incipit.*
1 ante hanc *2m.* 2 valetitudine *1m* valititudine *2m.* 5 serie. 6 more *littera* m *supra lineam addita.* cave.

ficationibus veris fieret; itaque explicandae rei adversus obscuritatem consului. Igitur epistula talis est.

Antiocho regi Hippocrates Cous salutem d.

Eam te in hoc regnandi munere et culmine reputans 1
sustinere personam, ut rex magnus vitam multis utilem
in longum provehere debeas, simul ingentem providentiae
tuae metiens curam, qua experientissimus rerum mathesim
quoque prime adeptus es, convenire talibus regalis peri-
tiae studiis arbitratus sum domesticam quoque tuendi cor-
poris et procurandae valetudinis scientiam; super cuius ob-
servationibus ad te scribendum putavi, ut et quibus causis
morbi existerent et quibus praenoscerentur indiciis et quali-
bus inter exordia perimerentur medellis ostenderem. Nam
fere ut caeli turbulenta tempestas numquam nisi praeceden-
tibus solet signis ingruere, ita corporum inminentia pleraque
incommoda ortus proprii significatione monstrantur. Spon-
deo autem pro ingenita docilitate, qua nostram quoque super
his rebus sollertiam probas, monitis meis auscultantem posse
te reliquum vitae tempus firma valetudine et plena incolu-
mitate producere. Corporis igitur humani fit a nobis qua- 2
dripertita divisio, cuius in partibus singulis valetudinum
moderatio continetur. Sunt autem partes hae: cum capite
oris sublimitas, pectoris latebra, ventris receptaculum, sen-
tina vesicae. Si capiti igitur eveniat incommodum, aut
tenebrae offunduntur aut cietur dolor aut onusta quasi pon-
dere supercilia sentiuntur aut fit temporum pulsus adsi-
duus aut tumescentibus mane oculis caligat adspectus aut
aures tinniunt et accepto quodam interius tumultuantur
sono. His ergo signis existentibus caput est purgatione
curandum, sed super huiusmodi tamen leviore medella,
hysopi vel origani Indici coma iniecta defruto sive mulsae,

7 primae. 9 valetudinis *1m* valitudinis *2m.* 15 proprii *Stephanus*: propriis. 17 abauscultatem. 18 valetudine *1m* valit. *2m.* 20 valitudinum. 21 com *1m* cum *2m.* 22 latera *littera* b *erasa.* 24 offenduntur *ex* offunduntur *corr.* 26 tumiscentibus *1m.* 30 ysopi. sive] sibi mulsa.

quae septem vel plusculis diebus maceratur. De quo liquore postmodum coagitato atque colato tepido heminae dimidium aut ampliorem modum gargarizari oportet die calido vel sereno, ita ut resupinato ore faucibus liquor ille contineatur aliquantulum et agitetur alterna vice idque saepius fiat, donec heminae dimidium consumatur vel cum flegmate proiciatur. Sed haec ieiuno adhibenda curatio est, qua nulla capiti levior aut commodior reperietur. Hoc remedium qui neglexerit et indiciis supra scriptis non occurrerit, necesse est sentiat aut oculorum vitia aut ulcera intus auribus erumpentia aut strumas in confinio colli aut pulsus cerebri aut suffocationem aut circa guttur anginam aut uvae destillationem, glandulas quoque patietur et tabem fluentium capillorum et ulcera per caput effervescentia do-
3 loremque dentium creberrime. Quod si a pectore morbus minatur, qui esse simplex et non violentissimus solet, his praesentitur indiciis. Primum pectoris sudor intimus testatur aestum stomachi laborantis, splen erit quasi distensus et eminens, sputamenta fellita, scapulae cum lateribus gravabuntur et inproviso dolore marcescent, adsiduae oscitationes ora diducent, inportunae vigiliae somnos fugabunt, artatus spiritus siti nocturna maxime inardescet, expergefactis mens erit tristis et nubila, post soporem totius paene corporis pulsus, tremor in brachiis vel in manibus, sicca etiam tussis quatiet infirmum. His igitur sapienter occurritur, si consuetudo fiat sine ullo medicamine post cenam vomendi. Utile autem est etiam ieiunum vomere, magis enim umor noxius, qui stomacho insiderit, egeritur. Itaque qui mane vomiturus est, debet minutatim rafani radices manducare easque vel sucum earum transmittere, cardamum quoque, id est nasturcium, sed et sinapi et erucam devorare et aquam deinde tepidam superbibere et digito vomitum provocare. Qui ista contempserit, erit his obnoxius vitiis:

1 vel *om.* 2 tepide. eminae. 3 amplius. 7 fleomate. 20 marciscent *1m* marcescent *2m.* 21 deducunt. 22 siti *1m* sitis *2m.* inardescit. 28 umor *1m* humor *2m.* insiderit *1m* insederit *2m.* 31 sinape.

pulmonis labore vexabitur, frenesim sustinebit, atrae bilis
infesta commotio ad usque vesani eum furoris periculum
trahet, iactabitur febribus acutis, inops somni agitabitur
perniciosis vigiliis. Si quando autem morbus a ventre mo- 4
litur, qui et ipse multiformi grassatur incommodo, haec
signa praemittit: torquetur alvus et correptos cibos in-
moderatis fluoribus fundit, potus in amaritudinem vertitur,
membrorum omnium existunt dolores causa latente gras-
santes, fervet nimiis ruboribus corpus et acutis atque occul-
tis febribus inardescit. Adversum haec venter est mollien-
dus sine grandi cura aut gravi medicamento. Nam qui lapatho
vel mercuriali herba usus fuerit, commode alvum temperabit.
Si parum proficiet haec medella et supra dicta indicia per-
severabunt, decoctus urticae sucus potui dabitur. Utiliter
accipiuntur et cymae caulium multa aqua vehementer ex-
coctae, etiam brassicae umor melle admixto et asperso sale
temperatus bibi debet ad heminarum quattuor modum. Qui 5
haec adhibere cessaverit, his patebit iniuriis, ut aut ciliacus
fiat aut meatibus ruptis inmoderato ventris fluore vexetur.
Hinc dysinteria oritur et iliacus morbus et ad superiora
fimus redundans vomitus et empneumatosim faciet. Hinc
sciae passio erit dolorque coxarum, apoplexis etiam his
originibus existet; hinc et sanguinis per interiores meatus,
id est per haemorrhoidas, fluor multus emanat. Articulorum
quoque morbus, quem Graeci arthritim vocant, istinc cre-
atur. Cum vero ex vesica inminet origo vitiorum et ipsa 6
non minus causis pluribus nocens, his significationibus in-
tellegitur. Inflatio vesicae adest, solet enim in eam multus
ex alvi meatu ventus inmitti, inde adsidua ructatio, inde
incontinentes crepitus egeruntur, inde gravis somnus, inde
urina sordida et diri odoris egeritur et circa genitalia tumor
surgit. His ergo animadversis tali erit subveniendum me-

1 atrae] adtrahi. 3 acutis *om.* 13 medella *1m* medela *2m in ras.* 17 bibi *1m* bibere *2m.* hunc *(supra lineam)* modum. 18 ciliacus. 20 orietur *Stephanus.* 21 enpneumatisin. faciet *1m* ficiet *2m.* 22 scie *1m* scietica *2m.* 24 aemorrhoidas. 25 arctrisim. 28 adest *om.* enim *om.*

della: Feniculi et apii radices vino condito veteri et odo-
rato inicies, et cum se haec confusa maceraverint, cum
vini cyathis duobus tantundem miscebis aquae calidae et
ieiuno potui dabis. Praeterea radicis asparagi sucus cum
vino mixtus optime sumitur, sed et ciceris albi, non arietini
7 decocti sucus accipitur. Ex hac valetudine, nisi in exordio
curatio adhibita fuerit, per urinae difficultatem et hydrops
nascitur et dolor iecoris et vitia renum et stranguria ve-
sicae, ventrem molestissimi dolores vexabunt. Haec sunt de
8 praenoscendis praeveniendisque morborum causis. Addidi
etiam, quibus et quatenus per anni circulum pro tem-
porum vicissitudine observatis incolumitas custodiatur. Ab
hieme igitur salubrius fiet exordium. Ex die VIII Kal.
Ianuar. corporibus umor adcrescit usque veris aequi-
noctium, quod incipit VIII Kal. April. Hoc ergo tempore
utendum calidissimis cibis et optimis, vino aliquatenus in-
dulgendum, usus etiam venerius minime respuendus. Ex
aequinoctio incipit phlegma crescere, id est concretus
umor et frigidus, usque in ortum pleiadum, qui incipit
pridie idus Maias. Ergo tum adhiberi convenit bene odo-
ratos, sed et acres cibos. Exhinc sanguis ardentior febribus
augmenta suppeditat nec minus umor obbibitur usque ad
aestivi temporis commutationem, quae ab VIII Kal. Iul.
inchoatur, a quo die venere abstinendum ieiunandumque.
9 Ab octavo enim Kal. Iul. aestiva progressio incrementa fellis
exsuscitat usque in autumni aequinoctium, quod est VI Kal.
Octobris. Erit igitur utendum acutis et sapidis et bene
olentibus cibis, parcius ieiunandum et venerio usu ab
VIII Kal. Iul. certe per dies XII penitus abstinendum. Post
autumni aequinoctium, id est post diem VI Kal. Octobres,
acres biles vires et augmentum sortiuntur in occasum
pleiadum, qui est IIII idus Novembris, umores etiam gra-
ves serpunt. Erit igitur utendum acidis et acribus cibis,

1 candito. 6 valetudine *1m* valitudine *2m*. 9 ventre molestissimo. 14 humor, *item* 19. 18 phleuma. 23 ab *scripsi:* aa *(sic) cod.*, ad *Cornarius*. 24 *supra* venere *add. 2m* a. 27 acutis] frigidis *Cornarius*. 32 humores *2m*.

venere quoque abstinendum, parcius etiam ieiunandum. Ab hoc rursus tempore, id est a IIII idus Novembres, sanguis deficit; congruit igitur levioribus cibis uti, vino indulgere nec usu venerio abstinere in VIII Kal. Ianuar., ex quo incipit tempus hibernum. Haec, ut dixi, observans incolumi sospitate vitae spatia transcurres nec ulla indigebis visitatione aut curatione medicorum.

## Epistula alia eiusdem Hippocratis ex Graeco translata ad Maecenatem.

Quem roganti tibi libellum promisi, omni cura adhibita 1
descriptum misi, ordinatissimum tuae salutis custodem,
quem debebis tam diligenter intueri quam scriptus est.
Ad curationem enim corporis tui omnia explorata sunt,
quae cum rerum effectu conperi celeriterque conplexus sum.
Intueri ergo omnem medicinae rationem debebis. Namque
ego diligenti cura, licet summa brevitate, conprehendi sin-
gula curationum genera, sicut proxime in eo libello feci,
quem Caesari nostro coram te tradidi: quas curationes per
temet ipsum aestimare poteris, sapientibus enim ratio venire
in consilium adsuevit. Omne itaque corpus hominum, pe- 2
cudum alitumque, ex quattuor generibus constat, sed prae-
cipue hominum: calido, frigido, sicco et umido. Frigido
enim continentur viscera, unde spiramus: calore continetur
anima, qua vivimus, id est qua vitam sentimus. Sicca sunt
ossa, quae vires faciunt ad sustinendum laborem: umidus
est sanguis, quo alitur vita. Per omnia enim viscera venae
currunt, quae sanguinem regunt. Sanguis animam, anima
vitam sustinet, spiritus autem aëris est. Ossa nervis mu-
nita virtutem corpori praestant. Sanguis cum abundat, 3
valetudinem vitiat. Ex eo nascitur sanies, quam in vul-
neribus sectis videmus; nascitur et pituita, quae nausiam

1 a *add. supra lineam ante* venere *2m.* 6 vitae *om.* 20 humido, *item* 23 humidus. 24 per *deest litteris paucis erasis.* omnia enim] ossa et. 25 curant *1m* curunt *2m.* 28 valitudinem.

facit; nascitur etiam bilis acida et amara, quae dicitur mater morborum. Bilis enim cum est, concitat calores. De pituita perfrictio nascitur, quae facit dolorem intestinorum, torsiones etiam inflationemque, quae corpus extenuat. Sanguis autem a nimio cibo nimiaque potione incipit abundare et cruditate conrumpitur. Qui cum evagatur extra cursum naturae, infert aliqua corpori vitia, et in quacumque parte conruptus incubuit, fatigat et laedit. Nam sanguis animam quoque vitiat et inde os hominis incipit fetere. Cum est ergo integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus caloremque fortius sustinere. At cum abundat cumque calore animae conrumpitur, fit sanies; tum et bilem atram concitabit et calorem interdum ac frigus faciet corporique universo languorem animaeque malum odorem vel
4 anhelitum faciet. Quo facilius igitur commodis valetudinis fruamur et incommoda vitemus, prognostica, id est praecurrentia vitia, signis naturalibus cognoscamus cognitaque emendemus, ne mortifera fiant. Quattuor igitur disponuntur corporis partes, cuius origo in capite est et thorace, deinde venter sequitur et vesica. Ita ergo locorum istorum sin-
5 ceras notas cognoscemus. Hominis sani urina mane alba erit, ante prandium rufa, pransi rursus candida, item ante cenam russea. Nec ego tamen necessitatem prandendi inposui, sed magis urinam et tempora naturalia ostendi. Candida enim urina debet esse, ubi cruditas non est, mane quieto corpore, deinde motus ipse et deambulatio urinam turbat excitatque vesicam ideoque coloratior fit. Quod si mane urina mutaverit colorem, ostendit subesse vitium
6 infirmitatis, quod tamen propriis indiciis intellegimus. Cum enim a capite morbus oritur, solet capitis dolor conparere; tunc et supercilia gravantur, tempora saliunt, aures sonant, oculi lacrimant, nares repletae odorem non sentiunt. Cum ex his ergo aliquid accidit, caput purgari oportet hac ratione. Hysopi aut cunilae bubulae fasciculum cum aqua

3 torsiones] tortur *vel* tortus. 6 evagatur *scripsi:* evacatur *cod.* evacuatur *Cornarius.* 12 anima *2m.* 15 valetudinis *1m* valitudinis *2m.* 30 comparere] temperare.

defervefacies, inde aquam ore continebis, sed caput calide
tractabis, ut fluat pituita. Quod si quis neglegit, capiet
epiforas oculorum aut dentium vel aurium dolorem. Inter-
dum etiam strumae parotidesque nascuntur et alia vitia,
quae circa fauces cervicesque oriri solent; item destillatio
aut gravedo narium erit et interdum ulcera in capite
nascuntur aut etiam capilli defluunt. Cum autem a tho- 7
race morbus nascitur, incipit caput sudare linguaque fit
crassior aut os amarum aut tusillae dolent. Oscitatio erit
frequens sine somno et quiete, torpor membrorum, animi
dolor, prurigo corporis, brachia manusque adsidue intre-
miscent subitaque tussis arida et inquieta nascetur. Ex
his ergo cum aliquid acciderit, vitabis vitium grave, si
vomueris sive ieiunus sive post cenam vel in balineo.
Plus autem prodest, si ieiunus bilem eieceris; eam enim
dicimus matrem morborum. Sed qui vomere nolunt vel
non possunt, quia stomacho laborant, decimo quoque die
ieiunando omni cibo se abstineant: quo facto vitium grande
vitabunt; nam frequenter vomendo solet stomachus con-
rumpi. Quod si a ventre morbus orietur, haec erunt signa: 8
Venter vertetur atque turbabitur et sentiet crebros dolores,
cibus et potio amara videbuntur, genua succident, lumbi
gravabuntur, interscaplium contrahetur totumque corpus
particulatim gravabitur, tardabuntur pedes, pigra fient crura,
renes indolescent et post haec febriculae incurrent. His
itaque cognitis prima est abstinentiae utilitas. Tum etiam
medicamentis alvum purgari oportebit, ut grave corpus
levamentis iuvetur. Quod si morbus maior premere vide-
bitur, adicies alterum diem abstinentiae, si tamen vires
patientur: sin minus, quam levissimum sumes cibum, ut
ovum sorbile tantum aut aliquid ovo simile accipias. Hoc
qui neglegunt, fiunt cyliaci, torminosi, dysinterici, etiam
ex eo nascuntur tertianae et quartanae, fiunt podagrici

2 capeat *1m* capiat *2m*. 8 nascitur *om.* incipit caput] in caput *additis supra lineam* cipit *syllabis.* 14 balineo *1m, nunc* i *littera erasa est.* 28 videbuntur. 29 adicias. 30 levissime. 32 dissynterici.

cheragricique, morbus etiam articularis hinc accidere solet. Quidam etiam fiunt amentes, quibusdam etiam sanguis erumpere e naribus solet. Oportet ergo occurri tam gravi-
9 bus malis curatione praedicta. A vesica qui nascuntur morbi haec dabunt signa: Pleni videbuntur et cito saturari, quos gravabit; sequentur inflationes ventris et crepitus crebri, videbuntur oscitare nec oscitabunt, sed tantum os diducent, sequetur totius corporis stupor somnusque gravis quasi marcor, fiet urina livida et vix erumpens, tumescent etiam veretra, inde et calculosi fient. Haec vitia sic emendantur: Feniculum et apium vino austero madefacito vel etiam earum herbarum radices contere et ex vini cyathis duobus et tantundem aquae calidae accipe adsidue vel dauci semen et myrtum ex aqua calida sume vel cicer album, non arietinum madefactum vino, ut supra scripsi, ebibe vel radicem asparagi vel ervum erraticum vel serpullum decoque eiusque aquam vino mixtam bibe. Quae qui neglegunt, fiunt hydropici; sequitur iis iocineris et renium et vesicae dolor. Fient quoque calculosi, stranguriam tubi sustinebunt et ventris tumorem. Intueri autem oportet aegri vires, quomodo possit sustinere medicinam, ut ita febri et cruditati eius adhibeatur. Fiunt ergo cataplasmata adhibenturque, quae apta sint capiti, ventri, vesicae, cruditati, frigori, calori, prout tempus exegerit. Uti autem ad haec oportet rosa, aceto, vino, oleo irino, linguam quoque aegri asperam melle perfricari vel mentae folio; reliqua diligenti medico permittenda sunt,
10 quia iuxta morbos debet adhibere medicinam. Quoniam ostendi corporis sani et inbecilli notas per urinam denuntiari et adieci curationum consilia, nunc et conpositiones medicamentorum adiciam, unum ne nascantur corpori vitia, alterum ut emendatio sanitatem reducat. Adversus autem omnes inpetus morborum duo sunt remedia certissima: primum est, decimo quoque die ut te abstineas a cibo et

1 cheragrique morbos. 3 e] a. 8 deducent. sequitur. 13 cyatis. 19 stranguria. 34 prima. ut te] uite.

potione, deinde postero die laveris ciboque firmo utaris, qua re et observatione efficies, ne quid omnino vitii corpori tuo accidat et perpetua sanitate sis tutus. Est et potio salubris, quae omne corporis vitium elimat et valetudinem confirmat. Eius potionis iam tecum habes conpositionem; per annos enim conplures, amicissime Maecenas, cum Caesare nostro pariter nos morari meministi, quo tempore haec observando numquam in ullum corporis languorem incidisti, quo tempore nec nostrum Augustum
quicquam molestioris incommodi passum esse nosti. Ita 11
enim me tecum habebis, si libellum meum legendo saepius tractaris, qui plenius tibi me absente praestare consilium in omnibus poterit. Terenti Euelpisti in ultimo libello leges dynames herbarum, quas ut crescentibus numeris lunae observes, dum .tollis et conponis, curato. Si ita non feceris et ad deminutionem lunae sustuleris, minus valebunt. Ipsum etiam mare per lunam augeri et minui scimus, cerebra etiam hominum augentur crescente luna. Cum autem minuitur luna, una quaeque res deminutionem sentit. Quod licet recognoscas ex his, quibus cotidie uteris, tamen et per me admonitus scies omnibus et minui augmentum et augeri per lunam. Quod si ita est, in herbis quoque legendis conponendisque medicamentis vim eius et potestatem nos observare debere ne dubites.

## Epistula Plini secundi ad amicos de medicina.

Frequenter mihi in peregrinationibus accidit, ut prop- 1
ter meam aut meorum infirmitatem varias fraudes medicorum experirer, quibusdam vilissima remedia ingentibus pretiis vendentibus, aliis ea quae curare nesciebant cupiditatis causa suscipientibus; quosdam vero conperi hoc genere grassari, ut languentes, qui paucissimis diebus vel etiam horis possent sanari, in longum tempus traherent,

4 valetudinem *scripsi:* valitudine. 13 Euelpisti *scripsi:* Velpisti. 16 deminutionem *1m* diminutionem *2m, item* 19. 31 possent] poss̄s̄.

ut et aegros suos diu in reditu haberent et saeviores ipsis morbis existerent. Quapropter necessarium mihi visum est, undique valetudinis auxilia contrahere et veluti in breviarium colligere, ut quocumque venissem ⟨possem⟩ eiusmodi insidias vitare et hac fiducia securior iter ingredi, ut sciam, si quis mihi languor acciderit, non facturos medicos ex me vel meis reditum nec taxaturos incommodorum oc-
2 casionibus sanitates. Ante omnia autem puto in promptu habenda, quae subito desiderata difficillima videntur inventu, sicut oleum vetus. Quod si ad manum non erit, celerrime fieri poterit. Defervefactum enim vel recentissimum et odorem et vires vetustissimi praestat. Et si forte curatio exegerit aquam marinam in mediterraneo quaeri, sollicitudini locus non erit, si ita prospiciatur: duo enim salis sextarii in quattuor aquae sextarios missi temperatissimam marini liquoris copiam facient. Oxymeli vero facile erit fieri, si duobus cyathis mellis sextarius aceti addito puleio et salis modico contemperetur. Polenta autem hoc modo fiet: Hordeum aqua perfusum una nocte siccatur, deinde ad XX libras hordei adiciuntur tres librae lini seminis, coriandri selibra, salis acitabulum; tunc deinde haec mixta
3 torrentur et mola franguntur. Omnibus autem curationibus mel optimum est, in quo apes moriuntur, et lana sucida ea bona est, quae de ovis collo fuerit adtonsa. Cinerem avium vel aliorum animalium desideratum sic fieri oportet: In ollam novam mittitur avis aut quodlibet aliud animal, quod putaveris exurendum; quod addito operculo circumlitoque argilla in furno ferventi torrebitur spiramento permodico facto. Gargarizationes vero omnes calidae utendae sunt, sicut et fomenta, ut medendi ratio et usus ostendit.

3 valetudinis *1m* valitudinis *2m.* 4 possem *om.* 5 hac *1m* hanc *2m.* fiduciam. 11 defervefactum *1m* deferverefactum *2m.* 12 *post* vires *add.* et ut. 16 oxymelli. 19 ordeum. 20 ad *om.* 21 acitabulum *1m* acetabulum *2m.* 22 mole. 24 adtunsa. 27 quod] usque *supra lineam.* operculo *litteris* co *supra versum additis.* 31 Explicit ep. plini secundi de medicina. Incipit alia ep.

## Cornelius Celsus G. Iulio Callisto S. D.

Inter maximos quondam habitus medicos Herophilus, 1
G. Iuli Calliste, fertur dixisse medicamenta deorum inmortalium manus esse, non sine ratione, ut mea fert opinio; prorsus enim quod tactus divinus efficere potest, id praestant medicamenta usus experientia conprobata. Animadvertimus itaque saepe inter deliberationes contentionesque medicorum auctoritate praecedentium, dum quaeritur, quidnam faciendum aut qua ratione succurrendum sit aegro, quosdam humiles quidem et alioqui ignotos, revera peritiores vel, quod fateri pudet, longe summotos a disciplina medicinae et ne adfines quidem eius professioni medicamento efficaci dato protinus velut praesenti numine omni
dolore periculoque liberasse aegros. Quamobrem spernendi 2
sunt quidem, qui medicinam spoliare temptant usu medicamentorum, forsan non a medendo, sed a potentia effectuque medicamentorum ita appellatam, probandi autem sunt, qui omni modo succurrere periclitantibus student. Ego certe aliquotiens magnum scientiae consecutus sum titulum ex usu prospere datorum medicamentorum multosque ex eadem causa non mediocrem gloriam tulisse memini. Est enim haec pars medicinae vel maxime necessaria, certe antiquissima, et ob hoc primum celebrata atque inlustrata, siquidem verum est antiquos herbis ac radicibus earum corporis vitia curasse, quia timidum genus mortalium inter initia non facile se ferro ignique committebat. Quod etiam nunc plerique faciunt, ne dicam omnes, et nisi magna conpulsi necessitate ipsius salutis non patiuntur sibi fieri,
quae sane vix toleranda sunt. Cur ergo aliqui excludant 3
medicinam de usu medicamentorum, non invenio, nisi ut detegant inprudentiam suam. Sive enim nullum experi-

*Scribonii Largi haec est epistula.*

1 condam *1m.* hierophilus. 5 conprobato. 12 nomine *2m.* 15 *verba* forsan non a medendo sed a potentia effectuque medicamentorum *om.* 16 appellati. 28 sane] sanis *Cornarius.*

mentum eius generis remediorum habent, merito accu-
sandi sunt, quod tam neglegentes in tam necessaria parte
artis fuerint, sive experti quidem sunt eorum utilitatem,
denegant autem usum, magis culpandi sunt, quia crimine
invidentiae flagrant, quod malum cum omnibus animanti-
bus invisum debeat esse, tum praecipue medicis, quibus
nisi plenus misericordiae et humanitatis animus est secun-
dum ipsius professionis voluntatem, hominibus diisque
4 omnibus invisi debent esse. Idcirco ne hostibus quidem
malum medicamentum dabit, qui sacramento medicinae
legitime est obligatus; sed persequetur eos, cum res postu-
laverit, ut militans et civis bonus omni modo, quia medi-
cina non fortuna neque personis aestimat homines, verum
aequaliter omnibus inplorantibus auxilia sua porrecturam
et succursuram se pollicetur nullique umquam nocituram
5 profitetur. Hippocrates, conditor nostrae professionis, initia
disciplinae ab iureiurando tradidit, in quo sanctum est, ut
ne praegnati quidem medicamentum, quo conceptum ex-
cutitur, aut detur aut demonstretur a quoquam medico,
videlicet longe praeformans animos discentium ad humani-
tatem. Qui enim nefas existimaverint spe dubia homines
laedere, quantum scelestius perfecto iam nocere iudica-
bunt? Magni ergo aestimavit nomen decusque medicinae
conservare pio sanctoque animo quemque secundum ipsius
propositum se gerentem; scientia enim sanandi, non nocendi
est medicina. Quae nisi omni parte sua plene excubat in
auxilia laborantium, non praestat quam pollicetur homini-
6 bus misercordiam. Desinant ergo, qui prodesse adflictis
aut nolunt aut non possunt, alios quoque deterrere ne-
gando aegris auxilia, quae per vim medicamentorum fre-
quenter exhibentur. Etenim quasi per gradus quosdam
medicina laborantibus succurrit. Nam primum cibis ratione
aptoque tempore datis temptat prodesse languentibus; de-
inde si ad hos non responderit curatio, ad medicamentorum

3 artes *1m.* 6 in quibus *Cornarius.* 13 hominis. 14 prorectura (*ras.*) 15 et *om.* 17 ab] ad. 19 aut detur] audetur *1m* audietur *2m.* 22 quanto *Cornarius.*

decurrit vim: potentiora enim haec et efficaciora quam
cibi; post ubi ne ad haec quidem cedunt difficultates ad-
versae valetudinis, tunc coacta ad sectionem vel ultimo
ad ustionem venit. At Asclepiades, maximus auctor medi- 7
cinae, negavit aegris danda medicamenta; quidam enim hoc
mendacio etiam pro argumento utuntur. Poteram tamen,
si verum id esset, dicere: Viderit Asclepiades, quid sen-
serit, forsitan non omnino in hanc partem animum intendit.
Homo sane fuit, qui parum feliciter se in hoc negotio
gessit. Itaque non deterreor persona, cum rem manifeste
prodesse videam. Nunc vero cum tam inpudenter quidam
de eo mala comminiscantur, quid possum ultra dicere,
nisi quodammodo parricidium ac sacrilegium eos commit-
tere, qui haec dicunt? Ille enim febricitantibus vitiisque 8
praecipitibus correptis, quae oxea pathe Graeci dicunt, ne-
gavit medicamenta danda, quia cibo vinoque apte interdum
dato remediari tutius eos existimavit. Ceterum in libro,
qui parasceuon, id est praeparationum, inscribitur, con-
tendit ultimae sortis esse medicum, qui non ad singula
quaeque vitia binas ternasque conpositiones et expertas
et protinus paratas habeat. Vides ergo, quam non placeat
Asclepiadi usus medicamentorum? cui nisi ⟨quis⟩ plura
ad unum quodque genus vitii medicamenta conposita habeat,
non videtur dignus professione medicinae. Sed ista licentia 9
nomine tantummodo medicorum propter quorundam negle-
gentiam latius processit. Raro enim aliquis, priusquam se
suosque tradat medico, diligenter de eo iudicat, cum nemo
ne imaginem quidem suam committat pingendam nisi
probato prius artifici per quaedam experimenta atque
electo habeantque omnes pondera ac mensuras exactas,
ne quid errorum in rebus necessariis accidat, videlicet
quia sunt quidam, qui pluris alia quam se ipsos aesti-
ment. Ob quod sublata est uni cuique studendi neces-

3 valitudinis. 4 at *om.* 7 videri *(ras.)* quid Ascle-
piades. 10 rem] re. manifesta. 11 videor. 15 hoxye-
pathe. 22 cui] q̄; quis *om.* 25 negligentiam. 30 ha-
beatne omnia *Cornarius*.

sitas et non solum antiquos auctores, per quos consummatur professio, quidam ignorant, sed etiam comminisci
10 falsa de iis audent. Ubi enim delectus non est personarum, sed eodem modo malus bonusque habetur, disciplinae ac sectae observatio perit, quodque sine labore potest contingere idemque dignitatem atque utilitatem praestare videtur, id unus quisque magis sequitur. Sic ut quisque volet, faciet medicinam. Quosdam enim a perverso proposito nemo potest movere et sane omnibus permisit liberum arbitrium magnitudo professionis eius. Multos itaque animadvertimus unius infirmitatis sanandae scientia
11 medici plenum nomen consecutos. Nos vero ab initio rectam viam secuti nihil prius [in] totius artis perceptione, qua homini permittitur, iudicavimus, quia ex hac omnia commoda consecuturos nos existimabamus, non medius fidius tam pecuniae aut gloriae cupiditate quam ipsius artis scientia. Magnum enim et supra hominis naturam duximus posse aliquem tueri vel reciperare suam et unius cuiusque bonam valetudinem. Itaque ut ceteris partibus disciplinae, ita huic quoque, quae per medicamenta virtutem suam exhibet, curiose institimus eo magis, quod percipiebamus in dies ex usu profectus eius, quos interdum supra fidem atque opinionem plurimorum exhibe-
12 bamus. Sed quid ultra opus est probare necessarium usum esse medicamentorum, praecipue tibi, qui quia percepisti utilitatem eorum, idcirco a me conpositiones quasdam petisti? Ego autem memor humanitatis tuae candorisque animi tui, quem omnibus quidem hominibus plenissime, mihi etiam peculiariter praestas, non solum quae desideras remedia, verum etiam si qua alia de expertis in praesenti

3 de iis] diis *1m littera* h *supra scripta.* 6 idemque] et in quo. dignitatis a. utilitatis. 7 *post* videtur *cod. add.* utilitas, *Cornarius* aequalitas. sic] sed. 8 volet *1m* vult *2m.* 15 medios fidios. 18 reciperare *1m* recuperare *2m.* 19 valetudinem *1m* valitudinem *2m.* 21 institimus *1m* instituimus *2m.* eo *om.* 25 qui *1m* quae *2m.*

habui, in hunc librum contuli, quem ad te misi. Cupio enim medius fidius qua possum tuae in me tam perseveranti benevolentiae respondere adiutus omni tempore a te, praecipue vero istis diebus. Ut primum enim potuisti, non 13
es passus cessare tuae erga me pietatis officium tradendo scripta mea Latina de medicinalibus nostro Caesari, quorum potestatem tibi feceram, ut ipse prior legeres simpliciterque indicares mihi, quid sentires de his; plurimum enim iudicio tuo tribuo. Tu porro candidissimo animo et erga me benevolentissimo dignos nomine editionis non verbis sed re probasti periculumque non minus tu iudicii quam ego stili propter me adisti, quo tempore divinis manibus ea tradendo consecrasti. Fateor itaque me gratias 14
tibi agere, quod et prius quam rogareris consummasti amicissimo affectu vota mea et quod contigit mihi favore tuo maturiorem percipere studii huius mei fructum ac voluptatem. Ignosces autem, si paucae tibi visae fuerint conpositiones et non ad omnia vitia scriptae; sumus enim ut scis peregre nec sequitur nos nisi necessarius admodum numerus libellorum. Postea autem, si et tibi videbitur, ad singula quaeque plures conpositiones colligemus; oportet enim copiam quoque earum selectam habere, quoniam revera quaedam magis quibusdam et non omnes omnibus conveniunt propter differentiam scilicet corporum. Quarum initium a capite faciemus, summum enim et quasi 15
primum locum hoc optinet, dantes operam, ut simplicia remedia prima quaeque ponamus; interdum enim haec efficaciora sunt quam ex pluribus conposita medicamenta. Erit autem nota denarii pro Graeca drachma; aeque enim in libra denarii LXXXIIII apud nos sunt, sicut drachmae apud Graecos incurrunt.

2 perseverantiam. 10 me *om.* benivolentissimo. digne. 11 tu *Buecheler*: tui. 16 mei] me. 17 ignosce (*ras.*) 24 *post* corporum *add. Cornarius* et affectionum. 26 hoc] hunc. dantes operam] medentis opera. 29 draghma, *item paulo infra.* 31 Finit epistula prima. Incipit eiusdem II.

## Cornelius Celsus Pullio Natali s. d.

1 Lectis duobus libris conpositionum Graecis, Pulli
Natalis, quos misisti mihi, ut in Latinum sermonem con-
verterem, libenter parui tuae voluntati, dignos eos existi-
mans, quibus operam inpenderem, quoniam plenos utili-
tatis conperi; alioquin excusassem me, propositum habens
nihil non dignum sublimi Romanorum maiestate de bono
medicinae artis splendidissime scribere idque perennitati
et litteris mandare. Habebit ergo et praesens tempus et
futura posteritas in hoc perpetuae voluntatis meae cu-
raeque gratissimum munus, siquidem bona valetudine nihil
2 est pulcrius. Dedi autem operam quantam potui, ut ad
verbum transferrem, quae in Graecis medicinalibus rep-
peri, nec necessariam curam cultus orationis putavi, quia
rectius duxi proprietates nominum edere et rem veram
sub herbarum peregrinarum vocabulis explicare. Unum
genus fateor me translationis de industria declinasse, quo
fere Graeci utuntur in medicamentorum scripturis, omnia
ad secundam personam derigentes: ego vero in usum me-
dicamentorum, quae edidi, ominis boni gratia nullam malui
quam infinitam inserere personam, admoneremque, nisi
certum haberem te non ignorare, me huiusmodi bona uti-
3 litatis magis quam delectationis causa scripsisse. Graeci
medici pondera medicamentorum ad dragmas redigunt; quae
quia ad denarium nostrum conveniunt, octoginta enim et
quattuor in libram incurrunt, pro nota Graecae dragmae,
quae est figura talis <, notam denarii Latinam, quam nosti,
posui, id est hanc X̶, et ad eius pondus Graecas dragmas
rediges. Et quoniam quae volui praefatus sum, nunc quae
desideras explicabo.

4 quoniam] q̄m̄: quos *Cornarius.* 5 ni me propositum haberet *Cornarius.* 10 valetudine *1m* valitudine *2m* 11 quantum *Cornarius.* 18 derigentes *1m* dirigentes *2m* 19 omnis. nullam *om.* 23 draghmas. 25 draghmae. 26 < *ego:* ·Z·. 28 quoniam] q̄m̄. 29 Finit epistula Celsi. Incipit epistula Vindiciani comitis archiatrorum ad Valentinianum imperatorem.

## Epistula Vindiciani comitis archiatrorum ad Valentinianum imperatorem.

Cum saepe, sacratissime imperator, humani generis 1
fragilitas falso de natura sua queratur, aliquando tamen
potuimus redditis causis ostensisque remediis vana et in-
numera querimonia refrenare. Nam sicut rudis gubernator
turbatum mare sulcans, incertus periculorum, dubius salu-
tis, cuncta rimatur, ita et mortalium natura, quae per-
petua sanitate optat frui, placita quaeque desiderat. Sed
quia nec mare semper potest esse tranquillum nec unus
in diem venti spiritus durat nec securus nauta ratem
potest scandere, cum aequor mole fluctuum tollitur, sic
neque mortales possunt semper esse validi aut viventes,
sed pro aetatis et temporis varietate diversis morborum
aguntur incommodis. Quae cum ita sint, clementissime 2
imperator, magna laus est veterum instituta scrutari, maior
vero gloria inventa servare, siquidem illi viam laboris
suis virtutibus aperuerunt nobisque iter intellegentiae sua
sapientia reliquerunt. Unde cum quidam febribus tene-
retur et diu ventris duritia strangulatus die duodecimo
iam morti proximus videretur, adhibitis ad curam multis
et magnis medicis, ut remedium consequeretur, hoc illis
summum periclitanti praesidium visum est, ut per intesti-
num clysterio ei curatio pararetur. Cum ille imminenti
periculo aestuaret et veluti morti proximus curationis etiam
extrema deposceret, ego pudoris et reverentiae modum
servans, quem cunctis semper exhibui, prospexi ad tem-
pus, ne veluti turpis cura forti viro adplicaretur. Cum 3
ergo vidissem fysin eius, quam de colore collegi, et sic-
citate viscerum fatigari eum penitus advertissem, ilico
infuso sale aquam frigidissimam obtuli eius ardori; qui

3 innomera *1m* innumera *2m*. 6 perpetuum. 9 die *in rasura*. 13 com *1m* cum *2m*. 16 intelligentiae *2m*. 17 cum] quicum. 19 proximos *1m* proximus *2m*. 23 curationem *in rasura*. 24 *ante* extrema *add. supra lineam* ad. 27 fysen *1m*. 27 colore] colere *1m* colera *2m*.

cum desiderio recentis, quo cruciabatur, totum quod ei obla-
latum fuerat ebibisset, auctores medicinae magni, qui id
spectabant, exclamaverunt: Occidisti hominem. Necdum
vox eorum ab ore manaverat, e vestigio eum somnus
occupavit sudorque perfudit. Quibus ego praesentibus, cle-
mentissime imperator, tantis sudoris eius abstersionibus
laboravi, ut, si dici fas sit, Nilus ex eius corpore videretur
4 effluere. Verum cum aeger expergefactus recreatum se
extinctis febribus et ab infirmitate leviorem esse sensisset,
ventris etiam coepit desiderio vehementer urgeri. Adlato
itaque vasculo omne alvi onus, quo gravabatur, exposuit,
ad tam dirum fetorem, ut omnes qui illic aderant fuga-
rentur, dicentibus egregiis medicis, quod omnia eius inter-
anea putruissent. Post haec a me aeger ad balneas mit-
titur, ut lavacro eius siccitas umigetur. Qui perunctus
unguentis remediabilibus, cum post balneum vestimenta
accepisset, sitire se dixit; statim eum absinthio, in quo
libysticum fuerat decoctum, progressum a balneo potavi,
ne quid causationis in corpusculo eius maneret, quo vesica
scybalis vel lapidibus per vicina loca meantibus preme-
5 retur. Praecepi etiam ei escam fieri de minutalibus por-
cinis, id est podocyliis et ventriculo; in quem ventriculum
acetum cyminatum modico adiecto lasere mitti mandavi,
ut omnino excocta caro etiam ossorum duritiam emolliret,
ut soluta eorum medulla cum iure ipso absorberetur. Non
dubium est autem, optime imperator, quod ex indigestione
externarum crudissimarumque crapularum vel superfusa
diversi nimietate vini repletis et paene tumentibus venis
potus in visceribus amarescunt, aufertur somnus, sub-
sequitur calor atque occultarum febrium pestis et quaedam
frenesis pulsu cerebrum inquietat, venter durescit, qui iam
dudum crudus repletus fuerat, exuberantibus cibis; qui
dum excoquuntur, consumptis quae umida sunt, inflam-

1 quo] qua. 5 perfodit *1m.* 13 interana *1m* e *littera superscripta.* 15 perductus. 18 libestico. 19 vesica *1m* vissica *2m.* 21 ei] et. 22 podocylis quem] quod. 24 ossorum (*sic*). emolisset. 28 pene. 33 exquoquuntur.

mationes inportunissimas faciunt, quae adiecta calida aqua
amplius necesse est excitentur. Inde ergo venter durescit,
inflatur pulmo, splen distenditur, pinnae etiam iecoris por-
riguntur, quibus coangustatum et coartatum fel exprimi-
tur, quo infuso tinguitur corpus et fit luteum. Cum ergo 6
pervenerit ad ea loca venarum, in quae pocula hausta
descendunt, duo mala iuncta, id est res acris ac dulcis,
cito auferunt animam; sicuti petrarum umidarum sudor
igni subiectus cito absorbetur ab igni, petra autem ipsa
exusta et concremata sfongea efficitur, unde calx vel gyp-
sum conficitur. Ita calore febrium excoquitur vitium cru-
ditatis ciborumque congestio. Quibus consumptis et exustis
frigida sine dubio superfundenda est, ne penitus arescant.
Nam nimirum aestimas, o bone imperator, calidam et fri-
gidam mortalibus inclusam esse corporibus, cum singulae
res propriam habeant naturam. Ignis ignem, aqua aquam
desiderat; sed ad horum iungendam societatem sive tem-
perantiam procurandam silvarum materies lignumque de-
poscitur, quod et nutrit ac suscitat et rapit ignem et
frigidam vertit in calidam; sed non ita in nobis est coae-
quandum. Accipe igitur, serenissime imperator, quod con- 7
veniens nobis putetur exemplum: thermarum scilicet ab
se calidarum mixtio temperata, ubi nec ignis videtur nec
lignum suggeritur, nisi vapor solus sponte conficitur et
aer calidus sine labore sentitur. Nonne duo unum sunt?
et diversa atque contraria invicem prosunt? divina pro-
videntia salubri permixtione ac temperie procurata non-
nullam corporibus abluendis sanitatem praestant competen-
temque medicinam praebentes varios languores a corpori-
bus mortalium pellunt? Haec cum ita sint, nihil aliud reor
mortalibus praebendum nisi id quod, cum infirmi essent,
desideraverunt et oblatum sibi profuisse senserunt. His
ergo utamur, quibus sumus bene experti et quorum bene-
ficio consecuti sumus optabilem sanitatem. Nam similiter 8

3 pinnae *1m* pennae *2m.*  7 id est] inde.  10 spongia *ex* sfongea *corr.*  12 exaustis *1m.*  22 a *ex* ab *corr.*

quidam, cum oculorum lacrimantium reumate carere non posset, productus est in medium conventum multorum spectantium medicorum. Qui cum inspectus ab his fuisset, dixerunt ei palpebras incidi debere, comburi etiam emicranium et raso capite venas secari, quod Graeci arteriotomein dicunt, inponi etiam escharas, et cum iam omnibus locis debilitatum et cauteriatum caput haberet nihilque ei tormenta, quae desiderio sanitatis patienter tulerat, profuissent, deflebat omnibus infelicitatem suam. In ultimum haec ab egregiis medicis inventa curatio est, ut cum dexter oculus lacrimam funderet, vena ei dextri brachii laxaretur: cum sinister, similiter in sinistro brachio fieret. Quod cum pati coepisset infirmus, flens et gemens illud Catonis saepe dicebat: Corporis auxilium medico committe fideli.
9 Ego autem dico: et perito. Restiti igitur his nec venam laxari permisi magnoque silentio facto auctores nostros in medium protuli ac recitavi dixique ad eos: Si ex multifario tormentorum genere miserandus iste vel unam medellam fuisset adeptus, merito vos pateretur; sed cum neque inunctio neque incisio neque conbustio inundationem lacrimarum reprimere potuerit, cur indocte venas ei laxari praecepistis, cum hic iam semianimis visionem ipsam ferri perhorrescat? Unde reddite mihi, sapientissimi viri, hodiernae causas curationis, cur fuerit desuper oculus incisus, cur rasum caput, cur meacula exusta venarum. Meatus enim inrigatio si venerit ad ea loca, in quibus habebat receptaculum collectionis suae, quo impetu exinde descendebat deorsum, recurrens rursus ad fontem cerebri ibique coangustatus, cum fervere coeperit, verendum est, ne perforans cutem ac pertundens cratem capitis generet

4 emigranium. 5 arteriotomein *Stephanus:* arteriotomon. 6 escas. omnibus] aconibus 7 cauteritum *1m.* 11 lacrimum. 14 auxilium *Stephanus:* exigua. 18 medellam *1m, nunc alterum* l *erasum.* 19 neque inunctionē q; (*delet.*) incisionēq; conbustio. 22 visionem *1m* incisionem *2m in rasura.* 23 perhorrescant. 28 rursum *Cornarius.* 29 conangustatus. 30 genere.

in eo vitia diversa, aut ne iterum per aliquam venarum erumpat ad aures faciatque hominem surdum, totum oppilans auditum, aut vermes in auribus generet, vel naribus polypos nutriat, aut oculis aegilopia excitet, aut dentibus sit molestus et faciat hominem oris fetidi atque corrupti, vel, quod maxime cavendum est, ne per uvae destillantis aut exulceratae vitium ipsa musica hominis corrupta languescat pulmonique et stomacho plagam inferat, lumbos quoque renesque dissolvat et incipiat umor noxius per inguina et coxas et crura decurrens facere contractiones talorum atque nervorum paulatimque auferat gressus totoque organo tabescente videamini potius consumpsisse hominem quam curasse, cum vere violenta morte videatur de hac luce migrare. Nam si ceparum acritudo aliquo- 10
tiens nobis non manducantibus nostris tamen oculis molesta est, aut senapi, ubi et mel mittitur, leniri penitus non potest, sed calore eius commotum cerebrum ita desudat, ut oculos et nares acer umor infestet, quid putamus illi patiuntur, quibus circa oculos cura rursus aut igni adhibetur aut ferro? Quare, imperator, fidem nostris auctoribus adhibentes non credamus quibuscumque medicinis nec vulneri vulnus superponendum putemus, sed ita aegris remedium porrigendum esse credamus, ut neque gravibus tormentis neque intolerabili medicinae curatione crucientur. Plura ergo de observatione medicinae pietati tuae ac posteris tuis digna memoria tradidi, quae homines docti de expertis remediis prodiderunt, quae tua divina serenitas oro suscipiat et ad memoriam ceteris relinquat.

6 destillantis *1m* distillantis *2m.* 7 ipsam uissicam h. corruptam. 16 mittitur] miscetur *Cornarius.* 19 adhibetur *om.*

# MARCELLI DE MEDICAMENTIS LIBER.

## CAP. I.

### Ad capitis dolorem.

1 Ad capitis dolorem etiam in febri primis diebus incom-
modi serpulli — I, rosae aridae — II incoquuntur cum duo-
bus sextariis aceti acerrimi, donec ad dimidias perducantur.
Inde sumitur cyathus et duobus rosae cyathis bene com-
miscetur frequenterque curatur ex eo caput; ubi enim
incaluit quod infusum est, nisi recens adiciatur, nocet.
2 Item prodest eodem modo ruta per se vel cum hederae
bacis decocta et capiti tepide infusa. Polygonos quoque
herba, quae Latine sanguinaria dicitur, et menta multis
profuit eadem ratione decocta et capiti infusa. Dolorem
capitis levat sfondylion et agni semen et platani pilulae
similiter aceto incoctae rosaque duplici mensura simplae
aceti commixta, sicuti et polygonos superius dicta debet
3 excoqui, id est ea quae sanguinaria dicitur. Cum autem
plurimis diebus manserit dolor capitis, tum omnium supra
dictorum oportet uncias singulas sumi hisque admisceri
lauri bacarum, castorei, nucum amararum, pulei, sabuci
foliorum uncias singulas et aceti sextariis quattuor de-
coquere ad dimidias et eodem modo rosa admixta dupliciter,
4 sed non tam frequenter caput curare. Ad omnem capitis
dolorem efficaciter prodest medicamen tale: Crocomag-
matis — I, aluminis scissi vel gallae — I, haec teri ex
acri aceto et rosa duplicis ponderis vicissim adiecta opor-
tet, usque dum mellis habeant spissitudinem atque inde
5 frontem et utrimque tempora oblinere. Ad capitis dolorem,
cum inveteraverit, bene facit haec conpositio: Myrrae X I,
croci X II, amygdalarum X II, rutae viridis X III, sfon-
dylii et panacis X singulos, lauri bacarum X III, serpulli X II,

4 duobus rosae cyathis *om.* pene cummiscetur. 7 per se *om.* 10 tepide *ante* infusa *add. Cornarius.* 11 sfondilion. hyagni. 12 rosa quoque *Cornarius.* simbla. 13 dicto. 14 exquoque. 17 nuchum. 21 crocoacmatis. 27 amygdalarum amararum *Cornarius.*

castorei X I. Teruntur haec omnia cum aceto et fiunt pa-
stilli; cum opus est, diluuntur aceto et rosa in mellis
spissitudinem atque ita frons et tempora obliuuntur. Per- 6
manente vero capitis dolore materiam quoque umoris
oportet detrahere ex eo per nares vel per os; quae res
etiam auriculam vel dentem dolentibus prodest nec minus
iis, quibus subitae vertigines obversantur, quos scotomaticos
Graeci dicunt; item comitiali morbo correptis prodest, sed
et caligine inpeditos ex magna parte levat. Debent autem
ii homines pridie abstinere et superioribus diebus aquam
potare. Per nares ergo purgatur caput his rebus infusis 7
per cornu, quod Graece rhinenchytes vocatur: Hederae suco
per se vel betae suco cum exiguo flore aeris vel cycla-
minis suco mixto lacte aut aqua pari mensura. Bene 8
detrahit e naribus liquorem et haec conpositio: Salis,
nitri, aceti, olei veteris, mellis, singularum rerum X binos,
cyclaminis suci, staphidos agrias, quam herbam pedicla-
riam, quod eos necat, quidam appellant, singulorum X
binos. Haec in unum mixta naribus per cornu infun-
duntur, vel pinna longiore nares interius perfricantur.
Cum satis visum fuerit fluxisse umoris aut sanguinis, ut
reprimatur, aqua frigida pura nares diutius oblui oportet
vel croco in eadem macerato pridie. Sed si per os magis 9
detrahere umoris materiam visum fuerit, quia non sine
tormento quodam per nares ea deducitur, suadebimus
pyrethri radiculam commanducare atque subinde hiantem
pati fluorem salivae, vel uvam passam cum piperis albi
totidem granis dabimus commanducandam et expuendam,
aeque enim et haec deducunt pituitam. Bene facit et
senapi ex aceto tritum, sed non excastratum, gargarizare
trium cyathorum mensura admixta mellis libra una; de-
trahit enim et haec conpositio largiter pituitam. Cum vero 10
diu caput dolet, et adtonderi pressius et adradi prodest,
ut possit diutius fricari, et aqua calida foveri pura vel

4 humoris. 7 scutomaticos. 8 cumiciale. 10 hii omines. abstineri. 12 rhinecytes. 21 humoris. 26 pyretri 27 cum *om.* 28 cummanducandam. 29 heque. 31 libram unam.

lauro incocta; quo tempore etiam sternutamentum con-
citare non alienum erit hoc medicamento, quod ex his
rebus conponitur: Veratri albi, castorei, struthii, quod est
radix lanaria, piperis albi, singulorum X singulos. Haec
contusa tenuiter forato cribro transmittantur; cum opus
fuerit, per pinnam aut calamum scriptorium naribus in-
sufflentur vel specillo tincto in aqua et excusso naribus
iniciuntur. Proderit autem ad sternutamentum etiam per
se contusum et eadem ratione iniectum veratrum album,
linguam enim siccam et aridam sternutatio statim inundat.
11 Capitis dolorem quamvis veterem et intolerabilem protinus
tollit et in perpetuum remediat torpedo nigra viva inpo-
sita ei loco, qui in dolore est, donec desinat dolor et
obtorpescat ea pars; quod cum primum senserit qui dolet,
removeatur remedium, ne sensus auferatur eius partis.
Plures autem parandae sunt torpedines eiusdem generis,
quia nonnumquam vix ad duas tresve respondet curatio,
12 id est torpor, quod signum est remediationis. Ad capitis
dolorem factum ex perustione prodest rosae bonae sucus
infusus capiti, sed cum suco de moris facto pari mensura
13 admixto. Ad capitis dolorem factum ex perfrictione satis
prodest oleum irinum cum serpullo et exiguo aceto infusum;
magis autem, si aut iridis radix aut peucedani sucus prioribus
admixtus fuerit. Prodest et ruta cum oleo irino et exiguo
aceto cocta et tepide infusa capiti nec minus prosunt folia
lauri cum irino oleo et exiguo aceto trita et infusa capiti.
14 Ad capitis dolorem factum ex vino nimio prosunt quidem
et ea, quae diximus proficere ad capitis dolorem ex peru-
stione factum: prosunt et rutae folia trita cum aceto, ad-
mixta eis rosa, et nuces amarae eodem modo. Faciunt et
agni folia, quae nascuntur in virgultis, quibus Graeci pro
viminibus utuntur eademque lygus appellant, cum iridis
15 aridae radice trita mixta eis rosa atque aceto. Ad capitis
dolorem factum ex ictu aut casu e sublimi prodest rosa

3 struthii] pyrethri. 7 spicillo. 13 dolore. 16 turpe-dines. 19 perustionem. 29 irita. 31 hacni. 34 aut casu e *om.*

et irinum oleum aceto decoctum, item rosae aridae folia
macerata prius passo, deinde cocta atque trita et ita in-
posita simili modo prosunt et sertula campana similiter
facta prodest vel myrti folia tenera ex vino trita cum
myrra et puleium ex vino tritum et mala cydonea e vino
cocta et trita atque inposita capiti plurimum prosunt.
Medicamentum quod repellere possit ea, quae ad caput 16
redundaverint: Castorei victoriati tertiam partem, sphon-
dylii X̄ I, nucis amarae X̄ X, rutae folia X̄ II, sili Massa-
liotici X̄ II. Cum aceto prius haec teruntur diligenter,
deinde rosae admiscentur. Ad diutinos capitis dolores salis 17
integri mensura, quantum manus plena conprehendere po-
terit, coquitur ex oleo superfuso, ita ut superet salem,
deinde cum omnino nihil incurrerit de sale asperum, perun-
guitur dolens capitis pars hoc oleo superque lana sucida
eodem oleo tincta inponitur. Sertulae campanae coronae 18
quinque ex passo et aqua frigida pari mensura coquuntur,
donec permadescant, tum teruntur admisceturque opii quod
satis sit, vel papaveris lacrima, quae sopora a quibusdam
appellatur, ad victoriati pondus adicitur. Ex his pannus
quantum satis est linitur et utrimque tempora tinguntur.
Ad capitis dolorem omnem efficaciter prodest bacarum lauri 19
X̄ semissis, scamoniae X̄ I, croci victoriati pondus. Teruntur
haec optime ex aceto et rosa; cum opus est, dolens pars
capitis perunguetur. Hoc medicamentum successus miri-
ficos habet. Ad dolores capitis puerorum, maxime eius 20
partis, quam bregma Graeci appellant, lini semen tritum
ex aqua inponere oportet vel olivae folia tenera trita
cum vino adiecto viridi oleo simili modo superponere, vel
opii, quantum fabae Aegyptiae magnitudo est, et salis duas
partes et pulei partem unam terere oportet cum aceto,
deinde adicere unguentum supra scriptum et sic perungi
dolentem partem capitis. Ad ulcuscula in capite similia 21
mammarum capitulis, ex quibus sanies manat, radi caput
oportet et ex nitro lavari; furfures quoque ex melle

1 acetum. 5 puleio. trito. e] et. 8 sphondilii. 14 perun-
guibitur. 16 inponetur. 18 admixtiturque. 20 pundus.

coctos inponere utile est vel bulbos scillae ex aqua coctos,
ita ut aluminis liquidi tantundem ponderis admisceatur et
22 sic caput inlinatur. Ad ea, quae fervescunt in capite cum
rubore, lini semen contusum et melle consparsum inpo-
23 nendum est. Ad capitis dolores in febri: Rutae silvaticae
seminis vel rutae noditis radicis, ex qua rhus nascitur,
murrae, pyrethri, aphronitri, salis ammoniaci, piperis longi,
hederae albae foliorum vel bacarum, bidelli, galbani, bal-
sami, iris Illyricae, singularum specierum Ӿ denos, castorei
Ӿ IIII, balani unguentarii Ӿ II, thamni Ӿ X. Trita om-
nia in unum coiciuntur cum aceti scillitici quantum sit
libra una. Sed ita temperabitur medicamen, donec spissi-
tudinem mellis recipiat, atque ita reponetur in vaso fictili
et cum opus fuerit, inde sumetur quantum satis sit, quod
in linteolo bene tenero spisso inlinatur, perunctumque
24 rosaceo modico inponetur. Si vastior fuerit dolor capitis,
medicamentum tam spissum fiat infra scriptum, quam est
emplastrum, et linteolo denso inponatur: Agni seminis et
peucedani radicis Ӿ IIII, iridis Ӿ II; aceto prius maceratas
has species excoques vel contundes et rosa dilues atque
25 ita raso capiti inpones. Ad vehementes feminarum capitis
dolores et suffocationes, quae de vulva veniunt, quod genus
valetudinis Graeci hystericen pniga vocant, et ad eos, qui ca-
duci appellantur, et ad freneticos et qui vertigines habent:
Sphondyli Ӿ sex, castorei Ӿ VI, peucedani Ӿ II, nucum ama-
rarum Ӿ VI. Haec cum aceto et rosa bene trita et per-
26 mixta capiti infunduntur. Ad diutinos capitis dolores, etiam
veternosos, quos Graeci lethargicos vocant, et freneticos et
ad omnia vitia, quae circa caput generantur, etiam ad poda-
gram: Cerae Ӿ LXXXIIII, olei veteris Ӿ LXXXIII, alu-
minis fissi Ӿ VI, glutinis taurini Ӿ X, peucedani Ӿ XX,
casiae Ӿ X, resinae terebinthinae Ӿ XX, picis liquidae Ӿ X,
galbani Ӿ XIIII, aloes Ӿ XVI. Taurinum gluten cum aceto
ad ignem solvitur, peucedanum et casia vino macerata con-

1 coctas. 6 rhus] chrun. 10 unguentariae *Cornarius*. 19 radices. 20 exquoques. 23 pignan. 28 veteranis. 31 gluttinis. 32 casiae Ӿ X *om*. 33 taurinus gluttis.

teruntur et taurino glutini commiscentur: cetera ad ignem liquidata, dum calent, supra scriptis admiscentur. Quae bene subacta manu reponuntur; cum opus fuerit, pondus inde denarii sumitur et dilutum aceto atque rosa capiti infunditur, sed melius facit hoc medicamentum linteolo inductum raso capiti inpositum. Ad capitis dolorem sine febri bene facit 27
de experimento capitis curatio, aquae potatio, cibi abstinentia, ventris solutio; sed tum etiam rosa atque aceto curandum caput. Prodest etiam pituitam detrahere senapi aut hysopo ex passo decocto, item herbae peduclariae semine, quam Graeci staphida agrian vocant, trito cum pipere et melle oleo admixto aut ipsius herbae peduclaris semine per se melle admixto. Permanente autem 28
diutino capitis dolore prosunt ei huiusmodi perunctiones: Ruta cum aceto et oleo calefacto, iridis radix cum aceto, salicis folia trita ex aqua, serpullum tritum et infervefactum cum oleo et aceto, milefolium, quod Graeci polygonon appellant, cum ruta tritum admixto aceto et oleo, nuces amarae purgatae tritae cum aceto et oleo, ita ut haec interdum velut cerotum cum linteo fronti inponantur; similiter prodest et ruta silvatica trita cum aceto et oleo quasi cerotum fronti superposita aut agni albi semen ex posca tritum aut ocimum viride vel semen eius ex aqua tritum et inpositum aut hederae albae folia quattuor cum aqua mulsa aut git, quod Graeci melanthion vocant, eodem modo fronti inpositum aut naribus iniectum prodest. Ad torridam et constrictam cutem capitis bene 29
facit castoreum et balsamum et peucedanum incoctum seorsum in vaso cum aceto et cum oleo capiti infusum. Faciunt etiam huiusmodi medicamenta capiti superposita, 30
quae Graeci cataplasmata dicunt: Iridis radicis contusae Ӿ VI et pusillum rosae silvaticae seminis cum farina hordiacia cocta aut feniculi radices similiter coctae cum farina hordiacia. Prodest etiam ad nimios dolores capitis con- 31
strictio eius per fasciolam non nimium latam, ita ut ea

1 cummiscentur. 7 curatio] derasio *Cornarius*. putatio. 12 pipire. oleo et mixto. 22 hagni. 32 ordiatia. 34 ordeacea.

per mediam frontem et utraque tempora circumdetur;
bene facit et fomentum per spongias molles aquae calidae
decoctis in ea prius lauri foliis et capitibus papaveris ad-
hibitum et unctio capiti facta ex foliis lauri et agni et
32 populi tritis cum aceto et oleo. Ad ulcera, quae in capite
effervescunt cum umoris manatione, prodest aqua calida
bis terve die per spongiam saepius super ulcera expressa,
33 quod Graeci catantlesin appellant. Perunctiones autem, quas
Graeci synchrismata vocant, et ea, quae superposita dolen-
tibus partibus idem cataplasmata appellant, eiusmodi pro-
sunt: Folia salicis ex aqua trita aut vitis albae radix aqua
pura cocta aut lenticula ex aqua cocta aut asparagi radices
34 ex melle coctae. Ad capitis dolorem folia lauri vel bacas
vel florem terere oportet cum aceto et irinum oleum illic
admiscere atque ita caput naresque perungere. Facit et
iridis radix cum malo cydoneo cocto ex aqua pariter in-
35 posita. Ad omnem capitis dolorem inter initia prosunt
aquae refrigerantes et repellunt eum, interdum admixto
pane vel polentae polline consparso aceto. Plantaginis
quoque sucus et rubi aut lentisci aut milefolii aut herbae
urceolaris aut rhus Syriaci aut maciae, quam Graeci ana-
gallida appellant, item mentae sucus vel intiborum vel
myrti vel staphidos agriae infusus capiti plurimum prodest.
36 Ad diutinos capitis dolores prodest infusum capiti oleum
vetus cyprinum vel irinum cum peucedano, sphondylio et
castoreo. Inponi autem statim oportet lini seminis farinam
et hordiaciam in unum coctam ex posca; sed postea prod-
est inpositum cerotum ex cyprino oleo factum cum ruta.
Item bene facit cerotum ex irino aut Syriatico oleo cum
butyro, dummodo calefacto medicamine caput perunguatur.
Opobalsamo autem cum serpullo et rosa vel peucedano prod-
37 est etiam lethargicos perungi. Ad omnem capitis dolorem

1 per *erasum*. circumdet *erasis* ur *litteris*. 2 per fomentum. aqua calide *1m* a. calida *2m*. 4 hagni. 6 hecfervescunt. 7 sphongiam. 8 cantantiasin. 12 puro cocto asparai. 19 consparsa. 21 siriachy. meciae. 23 myrti] musci. 27 ordiatiam. excoctam. 29 syriacino. 30 con butero.

bene facit centaureae tenuis sucus cum aceto calido infusus
capiti. Ad capitis molestum et diutinum dolorem medi- 38
camina infra scripta facies: Hederae nigrae folia trita ad-
mixto aceto, oleo, vino, aequis portionibus, quod sufficiat,
in vasculo quolibet fervere facies ac postea frontem et
tempora lines. Cicutae folia aut si folia non fuerint, ra-
dicem eius teres et fronti inlines aut in saccello lineo
ad frontem suspendes. Aloes 𐆖 VI, croci 𐆖 VI, gummis
𐆖 VI, album ovi et cocleas minutas numero V, haec
universa conteres in mortario marmoreo et aceto admixto
fronti inlines. Rasamen pastae, quod in magide adhaeret,
𐆖 VI et cretae 𐆖 VI et bulborum incoctorum 𐆖 III tritos
et medullam sive vitellum ovi gallinacii conteres pariter
ex aceto et fronti inlines. Muri cerebrum tolles et in
vino mittes ac maceratum et tritum fronti inlines. Euforbi
𐆖 I, croci 𐆖 VI permisce cum aceto et pariter bene tritum
fronti inline. Hederae sucus densus fronti et temporibus
inlinitur et cum siccatus fuerit, iterum inlinitur; quo facto
dolori capitis potenter subvenitur. Ad conpescendum capitis 39
dolorem pollinem turis cum visci scripulo pariter fronti
inline. Quod si dolore medium caput findi videbitur, hede- 40
ram contunde ac sucum eius oleo rosaceo misce et cum
linteolo mundo fronti inducito, tempora quoque ex eo et
nares perunge; quod si gravior dolor fuerit, etiam cerebro
superfunde. Limaci calculum, quem in capite habet, tolle; 41
quod non facile facies, nisi ei, dum in via repit, caput
subito abscideris: quem lapidem quamdiu tecum habueris,
numquam ullum dolorem capitis nec senties nec patieris.
Lauri bacas numero V ex aceto contere aut septem pilulas 42
stercoris caprini ex aceto tere et fronti inline. Herba in 43
capite statuae cuiuslibet nasci solet, ea decrescente luna sub-
lata capitique circumligata dolorem tollit; emicranio etiam
efficaciter medetur, si in panno rufo lino rufo ligata capiti
vel temporibus alligetur. Radicem atractylidos herbae, quam 44
nostri carduum vocant, vel eius ramum vel florem acia

2 capud. 8 alues. 28 ullo. 32 emigranio. 33 legata.

ligatum et capiti circumdatum dolori eius mederi constat
nec minus herbam polygonon, quam rubiam vocamus, cir-
45 cumdatam capiti dolorem tollere experti sumus. Ramus
spinae albae alligatus capiti efficaciter medetur, senapi quo-
que cum ruta et aqua tritum et ad mellis crassitudinem re-
46 dactum. Corona ex herba hiera botane, quam nos verbenam
47 dicimus, facta capitique inposita dolores tollit. Cucurbitae
viridis ramenta cerebro inposita infantibus quoque, qui ex
dolore capitis nauseam patiuntur, validissime prosunt.
48 Herba strumus contrita et cum oleo permixta inposi-
taque temporibus et toto corpori cum ipso oleo perducta
incredibiliter et capitis dolorem tollit et languorem, si quis
49 fuerit, corpore discutit. Radix cupressi tenuis capiti cir-
50 cumdata dolorem eius levat. Bacae lauri inpari numero
contritae et oleo adiecto calido fronti inpositae prosunt.
51 Oleum ex nuce iuglande, quae manducatur, expressum subi-
tum capitis dolorem, si eo perfricetur, mire conpescit.
52 Malum cydoneum, palmulae quinque, papaveris caput unum
dempto semine usque ad quattuor cyathos cum aqua ad
tertias decoctum et cum mulsa aqua potui datum valde
53 prodest. Folia mali Punici diligenter contrita et deinde
sucus eorum vel ipsa oleo permixta potenter etiam invete-
ratos dolores persanant, si inde adsidue frons et tempora
54 perfricentur. Cum intrabis urbem quamlibet, ante portam
lapillos, qui in via iacebunt, quot volueris collige dicens
tecum ipse ad capitis dolorem te remedium tollere, et ex
his unum capiti alligato, ceteros post tergum iacta nec
55 retro respice. Creta, quae Cimolia appellatur, cocta ex aceto
56 fronti inposita potenter medetur. Sal cum ruta tritum
adiecto melle fronti inlitum certissimum remedium est.
57 Faecula, qua infectores utuntur, si spondam lecti priorem,
qua vir cubat, perunxeris et spondae medio inligaveris,
58 dolores capitis remediabis. Ex eadem aqua, de qua bos
aut asinus biberit, paululum sumptum et potatum tollit

4 senapi *1m* sinapi *2m*. 6 redactum *om.* gerabotane. 28 cinomia. 29 frontibus posita. 32 peruncxeris. 34 paulolum.

efficaciter capitis dolorem. Porri sectivi sucum cocliaria 59
dua et unum mellis permixta ituro dormitum vel in nares
vel in auriculam tepidum infunde, statim proderit. Polli- 60
nem siliginis admixto ovi albo et quippiam salis confricato
et fronti inlinito et fascia superligato, mirabile est. Anethum, 61
ita ut de horto collectum fuerit, decoquitur ex oleo et
sucus eius capiti infunditur. Si de capitis dolore difficilis 62
somnus sit, amygdalino oleo caput perungi oportet. Si de
sole caput doleat, cupressi folia contrita cum polenta de
hordeo vel amygdalis et suco portulacae fronti inlinuntur.
Magnetes lapis, qui antiphyson dicitur, qui ferrum trahit 63
et abicit, et magnetes lapis, qui sanguinem emittit et fer-
rum ad se trahit, collo alligati aut circa caput dolori ca-
pitis medentur. Expertum est mihi puleium in oleo co- 64
quere eoque frontem et tempora et cerebrum perungere.
Glebulas de limine vel ipso cardine erasas cum aceto simul 65
permisce eoque luto frontem inline, quo caput confestim
gravissimo dolore relevabis. Terra viva in ovum inane 66
coniecta et sub lectum ad caput conlocata unice prodest.
Duo folia lauri circumcisa rotundabis resinaque terebin- 67
thina glutinabis et utrisque temporibus adfiges, nisi red-
dita sanitate non decident. Hirundinum pulli lapillos in 68
ventriculis habere consuerunt, ex quibus qui albi maxime
fuerint, si in manu etiam singuli teneantur aut circa caput
lino nectantur, veterrimos et diutinos capitis mulcent do-
lores, nisi contactu terrae lapillorum potentia minuatur.
Cornicis cerebrum coctum et cibo sumptum graves et 69
inveteratos dolores capitis effectu mirabili pellit. Vulturis 70
cerebro paululum cedri si inmiscueris et nares inde in-
trinsecus caputque perfricueris, omnes dolores statim minues.
Ex quacumque causa gravedinem capitis exortam, quae 71
intempestivum concitet somnum, sine dolore discutit, si
quis inpetigines in asini cruribus naturaliter natas de-
trahat easque in scobem delimatas inmixto aceto naribus

1 cocliaria *1m* coclearia *2m.* 2 dua *1m* duo *2m.* 6 ortum. 10 porcaclae. 11 antefison. 18 relevabit. 19 lectu. 21 gluttinabis. 22 herundinum. 29 paulolum.

penitus obstipet. Si dolor ex cerebro gignetur, hederae
folia septem et nucleos purgatos ex persicis septcm ex
oleo et aceto decoques pariterque conteres atque inde
73 tempora et frontem dolentis obduces. Ruta trita aceto ct
oleo rosaceo mixta mirifice dolorem capitis avertit cerebro
74 vel temporibus infusa. Caput ocimi tritum cum rosaceo
75 oleo aut myrteo et aceto fronti rectissime inponitur. Ser-
pullum decoctum cx aceto et tritum recte inponitur tem-
76 poribus et fronti. Corona de puleio prodest capiti inposita,
77 si terram non tangat. Si difficilis somnus est ex dolore
capitis, oleo amygdalino caput ungere oportet et tempora;
nucleorum vero persici farina cum melle et aceto fronti
inlita prodest; nuclei quoque amygdalini triti utiliter in-
78 ponuntur, etiam in febribus. Bacae lauri inpari numero
79 in oleo contritae et capiti inlitae sanant dolorem. Hederae
folia mollissima trita ex aceto ct rosaceo adversus omnem
80 dolorem fronti inlinuntur. Panaceae radix in oleo inte-
81 ritur et deinde capiti instillatur. Ossa de capitc vulturis
82 alligari prodest capiti dolenti. Gallinaceus pullus inclusus
abstinetur nocte ct die, deinde eius gallinacei pluma vel
crista alligatur ad collum aut dolentis caput ac statim
83 medetur. Surculus ex nido milvi pulvino dolentis caput
84 superpositus prodest. Murinarum pellium exustarum cinis
85 ex aceto fronti inlitus prodest. Cocleae matutinum rorem
pascentis caput arundine praeciditur et in linteolo licio
86 alligatur colloque suspenditur, continuo medetur. Fracto
capiti tela aranei ex oleo et aceto inposita non recedit,
87 nisi sanaverit. Corni cervini exusti cinis inlitus fronti ex
88 aceto et rosaceo prodest. Lanam oviculae de inter femora
velles et in aceto intingues et super tempora dolentis
89 ligabis. Lanam arietis de fronte velles ct conbures in
operculo ollae novo et in mortario confricabis atquc ex
90 aceto fronti inlines. Sertulae Campanae fasciculum ex aceto
91 decoques et fronti inlines. Caput si dolere coeperit, ovo

11 ungeri. 13 prosunt. 17 interitur (*sic codex*): conteritur *Cornarius*. 23 murenarum. 32 ullae ex *om.* 33 fascicolum. 34 dequoques.

cum melle mixto in balneo lava: statim cessabit dolor.
Intibi contusi sucum oleo rosaceo et aceto acri aequali 92
mensura mixtum capiti laborantis infunde. Serpullum in 93
aceto decoctum fronti laborantis infunde vel temporibus
inponito et si somnus difficilis est, oleo amygdalino caput
perunge. Betae nigrae sucus temporibus dolentis inpositus 94
mirum remedium est. Rutam viridem tritam cum aceto 95
acerrimo et oleo rosaceo aequali mensura toto capiti labo-
rantis infunde. Lauri bacas XXXV, piperis grana XXXV 96
tere et tritas cum ovi albo temperabis et fronti inpones.
Ossa de persicis etiam duracinis franges et nucleos eorum 97
colliges et siccabis in umbra et cum necesse fuerit, cum
ovi albo temperabis et fronti superinpones. Caput si quis 98
sic doluerit, ut medium findi videatur, hederae contusae
sucum per linteolum delicatum mundum exprimat et oleo
etiam rosaceo admisceat et sic frontem et tempora perun-
gat et cerebro et naribus inde et auriculis infundat. Caput 99
si ex frigore doluerit, unguentum irinum cum oleo laurino
misce et calefactum cerebro superfunde et insuper lanam
unctam circa caput pone. Si cui nulla de causa subito 100
caput et tempora doluerint, myrra ex vino crassius trita
tempora oblinat, vel fabam fresam in aqua prius mace-
ratam, postea in vino decoctam tritam bene inlinat fronti
vel bacas lauri inpari numero conterat prius, deinde ad-
mixto oleo diligentius terat ad instar collyrii et postea
in fictili calefaciat eoque caput perfricet. Purgatio autem 101
capitis, ne supra scripta nascantur, utilissima fertur haec,
si hysopi aut origani summitatibus contritis et ex mulsae
aquae cotyla dimidia coctis os adsidue conlueris. Capitis 102
ulcera cito sanantur, si suco de betae radice expresso
caput in balneo perfricetur. Si cui in capite tubera na- 103
scuntur, cupressi bacas virides in vino decoctas tritas
tuberibus adponat, ita ut per dies quinque in capite alli-
gatum et signatum medicamen maneat; post diem quintum
solvat ac renovet et hoc, si necesse fuerit, ter aut quater

1 cessauit. 10 ovi *scripsi:* ovo. 14 hederae] habere.
15 linteo. 20 circu. 28 mulsae aquae] mulsaque.

104 faciat: intra diem vicensimum persanabit. Brassicae sucus naribus infusus capite purgato dolorem quoque eius effi-
105 caciter adimit. Radix pyrethri in sole diu commanducata
106 etiam pituitam expellit. Hiera maior faciens ad capitis nimium et veterem dolorem et ad phlegmata spissa et constricta laxanda et provocanda ex calida aqua ieiunis data, ad spleniticos ex posca, ad epaticos ex vino Graeco, ad accessiones cotidianas ante suspicionem datur ex muria, quia et ventrem temperat; maxime prodest etiam melancholicis et scotomaticis, danda autem omnibus ieiunis et bene digestis ad modum nucis avellanae; quae constat ex speciebus his: Stoechados — I 𐆖 VII, agarici — I 𐆖 VI, colocynthidos, id est cucurbitae, quod habet interius molle inter semina siccatum — I 𐆖 VI, opopanacis 𐆖 XV, sagapeni 𐆖 XV, petroselini 𐆖 XV, aristolociae rotundae 𐆖 XV, piperis albi 𐆖 XV, cinnamomi, spicae nardi, myrrae troglodytis, folii, croci uncias singulas, mellis vero optimi despumati tantum mittes, quantum sufficiat pulveri specierum supra scriptarum colligendo ad spissitudinem congruentem, deinde confectum medicamen in vasculo vitreo
107 aut fictili sub signaculo reponatur. Cupressi tenuissimi
108 radice caput coronatum dolorem brevi ponit. Pulei florem destringes et teres ex aceti cyathis duobus, adicies rutae tantundem quantum pulei et unam cepam et salis bolum. Cum omnia trita erunt, adicies olei boni cyathum et tenuiter subcoques ac bene permiscebis atque adversus pilos caput ex eo diligenter perunges.

## CAP. II.

### Ad omnes dolores emicranii et eterocranii subitos et diutinos.

1 Hircinum fimum tritum cum aceto scillitico misce et fronti et temporibus inline; hoc ad dolorem emicranii

4 iera. 5 phleumata. 7 vino] feno. 12 stoechados] streados. 25 polum. 26 subquoques.
emigranii eerogranii.
27 scillitissimo. 28 emigranii, *item* 39, 1.

sedandum etiam in perpetuum prodest. Tus et myrram 2
et ovum simul teres et fronti induces vel temporibus, cum
subitus emicranii dolor fuerit. Laser Cyrenaicum cum 3
aceto tere et inline frontem cum temporibus. Emicranium 4
statim curant vermes terreni pari numero sinistra manu
lecti et in limine cum terra de limine eadem manu triti
et cum aceto optimo eadem manu fronti vel temporibus
inliti, cum dolor urgebit. Fimum vel cinerem coclearum 5
et granum senapis cum aceto ad ternos scripulos miscere
et temporibus inlinire prodest. Herba strumus et stercus 6
murinum contrita et ex aceto fronti inlita celeriter dolores
etiam eterocranii abolent. Ossicula in capite porci duo 7
naturaliter forata inveniuntur, id est unum in dextra parte
et aliud in sinistra: quae reperta et reposita et cum opus
fuerit, licio suspensa medellam capiti, prout inventa sunt,
praestant, id est dextrum dexterae parti et sinistrum
sinistrae; sed praeter te et aegrum ossicula tertius non
contingat, quae ad hanc necessitatem colligi diligenter et
servari debent. Piperis grana XXI, murini fimi pilulas XXI, 8
sinapis quantum tribus digitis possis tollere, teres et
aceto acri ad cerati modum permiscebis et ita fronti in-
pones et aluta desuper teges. Laseris granum medicina- 9
libus digitis auri inice ex ea parte, qua caput dolebit,
statim proderit. Herbae meliloti interiora et ovi cocti vi- 10
tellum cum vino modico tere diligenter et inde emicranium
vel tempora quae dolebunt inline, confestim sanabis. Pam- 11
pinum continuo de vite lectum cum oleo coques atque
simul tritis diligenter tempora inlines. De muris fimo 12
pilulas septem teres et cum aceto fronti vel temporibus
dolentibus inlines. Si vir aut adulescens aut infans emi- 13
cranium patietur, observet, ut semper luna septima et
septima decima et vicensima septima se tondeat: mirum

5 curat *1m* curant *2m*. 6 in limite. 9 senapis *1m* sinapis *2m*. 12 eterogranii. 13 dextram partem. 15 sospensa. 17 sinestre. 19 servare. 20 quanto. posses tolle. 21 ad] a. 23 et ex. 25 terit. 27 quoques. 28 trito. 30 lines. migranium. 31 et septima *om.* 32 tundeant.

remedium habebit; neque curet, si dies Martis aut Saturni
14 in has lunas inciderit. Eterocrania sive emicrania discutit
haec conpositio: Gallae Syriacae — III, crocomagmatis — III,
aloës — III, sed gallas prius tundes et criblabis, tum
cetera similiter tunsa et cribrata miscebis idque medica-
men in pyxide conditum servabis cumque usus exegerit,
ex aceto temperatum parte frontis quae dolebit inpones.
15 Terrae Aegyptiacae partes duas, crocomagmatis partem
unam cum aceto diligentissime ac minutissime contere et
16 partem quae dolebit inlinito. Opi — I, colophonii — I,
myrrae — I, hyoscyami — I, peucedani — I, anethi — III,
crocomagmatis — I, seorsum haec tundes et criblata in mor-
tario diutissime conteres et ex aceto optimo de hoc pulvere
collyria formabis cumque opus fuerit, in cote ex aceto teres
et spissum parti frontis et temporum quae dolebit ante dili-
17 genter detersae frequenter induces. Grana hederae et ser-
pullum pari pondere teres ex aceto et inde totum verticem
18 perfricabis. Bacas lauri ex aceto tritas adiecto oleo fronti
19 inpones adversum eterocranii molestias. Peucedanus herba
trita ex aceto et oleo fronti inlita eterocrania statim sedat.
20 Herba vel hedera in capite statuae cuiuslibet nasci solet:
ea si in panno rufo acia rufa vel lino rufo ligata capiti vel
temporibus alligetur, mirum remedium emicranio vel etero-
21 craniis praestabit. Novem grana piperis in vino optimo
teres atque ex eo frontem et tempora inlines in ea parte
22 capitis, quae de emicranio dolebit. Sucum de alio in eam
aurem, ex cuius parte dolor emicranii fuerit, infundes.

## CAP. III.

### Ad vertiginem capitis.

Ad vertiginem capitis, quam Graeci scotoma vocant:
1 Peucedani Ӿ II, castorei Ӿ I, sphondylii Ӿ I, bacarum lauri
purgatarum Ӿ I. Terentur haec omnia diligenter et ex his
conponetur medicamentum; quod cum opus erit, admisce-

2 incederit. Aeterocrania. 4 aloidis. 7 fronti. 11 piocedani. 13 conteris. 14 cute. 16 ederae. 19 eterogranii. 23 erograniis. 26 migranio.

bitur ei rosae et aceti quod satis sit; hoc enim mirabile
medicamentum. Cerebri dolores, ex quibus etiam subitae 2
vertigines oriuntur, discuties, si planta ulmea caput circum-
ligaveris atque ita coronatus triduo dormieris: expertum
est. Veterės dolores capitis et vertigines cito emendabis, 3
si betae nigrae suco tempora perlinas; idem praestat in-
tibi sucus, si cum rosaceo oleo et aceto mixtus capiti in-
linatur. Ad vertiginem abolendam efficacissimum est, si 4
abrotonum tritum in vini potione tepidum bibatur vel
cum oxymeli non acri accipiatur. Quibus vertigines fiunt 5
aut quibus mens perturbatione capitis alienatur, cocleae sin-
gulae contritae maiores cum suis testis ex calida passi vel
defruti potione datae diebus plurimis prosunt, si post tri-
duum continuum interpositum iterum plurimis diebus acci-
piantur. Qui unam cocleam maiorem semicoctam comederit 6
die primo, sequenti duas, tertio tres, quarto duas, quinto
unam, remedium experietur non solum ad vertiginem, sed
etiam ad suspiria et vomitus prodest. Vertiginem capitis 7
abolet vettonicae fasciculus cum aqua nitida ad tertias
excoctus aut apii viridis fasciculus cum ture similiter de-
coctus et ex mulsa aqua tepida potatus. Hyoscyami ramu- 8
sculum in aquae sextariis tribus usque ad tertias deco-
ques et dabis per triduum potui quartarios singulos aut
etiam minus pro habitudine vel aetate vel sexu. Trifolium 9
herbam, quae Gallice dicitur visumarus, aqua frigida mace-
rato et eam aquam diebus decem bibito, sed ut herbam
cotidie mutes. Misy libra una cum aceto acri contrita et 10
fronti inlita mirabiliter vertiginem sedat.

## CAP. IIII.

### Pityriasi et porrigini ac prurigini atque ulceribus et lendibus et pedunculis capitis.

Pityriasin et porrigines capitis, quae plerumque in 1
perniciem se convertunt, nisi occurratur, perungi oportet

7 suco. mixtos. 10 oxymelli. 12 con. 13 post] per. 14 iterum interpositis (plurimis *om.*) diebus. 22 dequoques. 23 dabis] *in hoc verbum desinit codex usque ad* VII, 4.

adsidue bulbis tritis, sulfure vivo et vino bono in unum
2 permixtis. Item prodest cedria tantum ungere caput vel
3 alio trito et aceto et nitro. Farina feniculi ex vino capiti
inducta porrigines expurgat; furfures quoque idem prae-
4 stant, si caput inde adsidue in balneo luatur. Hysopum ex
5 oleo tritum et instillatum capiti pityriasi medetur. ⟨Ovis⟩
ex vino et oleo et cedria pruritum scabiemque capitis tolli
6 manifestum est, si ungatur adsidue. Prurigines capitis
discutit fel ovillum inlitum cum creta Cimolia, donec are-
7 scat: mirum est. Nitrum alumini admixtum prurigines
8 capitis tollit, si inde frequenter fricetur et lavetur. Ulcera
in capite tamquam proprius morbus praecipue infantibus
nascuntur, sed et viros et mulieres graviter molestant.
Haec ergo felle taurino cum aceto tepefacto inlita efficaci
9 remedio sanantur. Sevum vituli cum sale subactum utilis-
10 sime adhibetur pityriasi. Testarum muricum vel purpura-
rum exustarum cinerem ex melle ulceribus capitis inponi
11 oportet. Alium cum sua reste conburitur cinisque eius
12 ex oleo capiti ulceroso inponitur. Oleum amygdalinum
13 cum vino optimo permixtum expurgat capitis vitia. Folia
rubi, in quo mora nascuntur, arida contrita capiti insper-
guntur et desuper lana sucida et charta superponitur.
14 Malva erratica cum urina humana, id est puerili, trita et
15 inposita valde siccat capitis umores. Omnia autem capi-
tis ulcera, cum purgata sunt, iucundissime ad cicatricem
perducuntur sic: Spumae argenti tunsae selibra et cerae
libra, cerussae libra, olei rosacei libra, cum liquefacta et
mixta et trita fuerint haec, refrigerantur et adiciuntur his
ovorum incoctorum quattuor lutea, id est vitella, et simul
pistillo in mortario permiscentur atque inde inducitur caput:
16 mirum remedium experieris. Nasturcii semen mixtum adipi
anserinae tritumque furfures capitis adsidua lavatione de-
17 pellit. Betae viridis contusae expressaeque suco porrigi-
nosum caput frequenter in balneo lotum omni tabe pur-

3 feniculi] feni graeci *Plin.* 5 hysopum] oesypum. 6 ovis *addidi e Plin.* 18 reste *Plin.:* veste.

gatur. Semine salicis contrito caput lautum furfures cito 18
deicit. Ovo gallinaceo caput inlinito, postea aqua vel suco 19
herbae cyclaminis, quae orbicularis dicitur, caput lavato:
hoc pacto lendes necati ultra non renascuntur. Puerile 20
lotium nitro admixtum ulcera quae erumpunt lauto capite
mire delinit: expertum remedium. Cornu cervinum in 21
scobem limatum et cum vino potum lendes enecat rena-
scique non patitur. Stercus scrofinum vino inmixtum cum 22
rosa liquida, id est rosae suco, lendes pedunculosque dis-
cruciat. Felle vituli caput perunctum lendes exterminat. 23
Axungiae veteris semuncia, sevi caprini semuncia, resinae 24
perlucidae semuncia, aluminis infectorii semuncia. Alumen
teres in mortario, cetera igni resolves et confundes ac
sic leni vapore deficere vel excoqui facies, ut ex omni
confectione uncia medicaminis restet; tum caput lautum
diligenter atque siccatum hoc medicamine perunges por-
riginemque discuties. Scobem citream ex aqua defervere 25
facies nitrumque asperges atque inde caput porriginosum
oportet lavare. Fimo bubulo usto sucum betae admisceri 26
atque inde caput porriginosum lavari oportet. Porriginem 27
potentissime hac potione purgabis: rosmarinum teres su-
cumque eius vino vel aqua scripulis tribus dabis potui,
sed qui sumit supra limen adsistat idque triduo faciat.
Fraxineo cinere lixiviam maturam nimis facies eaque caput 28
lavabis in balneo; quod cum siccaveris, saponem et ar-
genti spumam conteres eoque caput perfricabis porriginem-
que exterminabis, si capiti lauto atque siccato hoc medi-
camen addideris: Cretae Cimoliae P. I, nitri Alexandrini
P. I, sulphuris vivi P. I; haec omnia tunduntur atque cri-
brantur et capiti porriginoso inponuntur. Mali Punici co- 29
rium ex aceto coquitur et sucus eius capiti porriginoso
inponitur et frequenter abluitur, ita ut et ipsum pomum
excoctum teratur et sic exprimatur. Anethi surculi urun- 30
tur eiusque pulveris cribrati — I, cicharbae — III remit-
tes in olei Ꞩ I et adicies gallae tunsae semunciam inlines-

6 delinit *scripsi:* deliniunt.

que eo porriginosum et ulcerosum caput contra pilum et
31 postea lavabis in balneo. Conpositio optima et experta ad
vitia capitis omnia supra scripta: Pumicis unciam, castorei
— V, spumae argenti — VI, cyperi — III, myrrae — III,
myrobalani — IIII, sulphuris vivi — I; omnia tundes et
cribrabis et permixtis pro aphronitro in balneo uteris.
32 Adipis veteris suillae P. I et picis cedriae P. I igne dis-
solves, tum staphidos agriae tunsae unciam miscebis et
ante horam quam ad balneum vadas ita caput vitiis supra
scriptis laborans contra pilum fricabis, ut insideat medi-
camentum, quod non ante dilues quam ad solium venias.
Si autem medicamini huic adieceris ladani scripulum, capil-
33 lum nutries pulchriorem. Furfures capitis extenuabuntur,
si stercore murino liquefacto in aceto caput in balneo
34 perfricueris. Lotio taurino caput si laveris, porriginem
35 vetustissimam tollit. Vetustam porriginem mire adimes, si
herbae cyclaminis, id est orbicularis, suco sulphuris ali-
quantum miscueris et fel scrofinum atque inde caput in
36 balneo bene perfricabis. Ulcera capitis subito nata sanan-
tur, si asini stercoris suco et scillae contritae quantum
satis videbitur et bubulae adipis tantundem miscueris atque
37 ad capitis ulcera veluti ceroto usus fueris. Fel taurinum
mixtum cum nitro et vino et oleo, quod satis sit, ulcera
38 capitis vel fervescentem scabiem sanat. Ulcera recentia
et universa vitia ulcerum in capite sanant vermes, qui in
arbore cava vel putrida nascuntur, triti et in panno in-
positi. Iidem vermes conbusti et cum anetho sicco pari
39 pondere triti et inpositi sanant etiam carcinomata. Inula
in oleo discocta et contrita et cum butyro ovillo et melle
inposita cacoethe [maligna] emendat; eadem ratione curan-
tur et tubera, sed haec vice emplastri panno inlini debent.
40 Vermes ulceribus capitis vel quibuscumque innati ranarum
felle tolluntur; ea vero, quae intrinsecus serpunt, salsa-
mento vetere tunso in vicem emplastri inposito sanantur.
41 Radix peponis contrita et adposita sanat ulcera, quae capiti
42 in modum favi concrescunt. Semen rafani tritum et ex
43 aqua adpositum sistit omnia ulcera. Porrum capitatum

contritum et ex melle inpositum universa ulcera optime
purgat. Alium contritum cum sulphure et resina ulcerum 44
et fistularum quaelibet vitia extrahit. Vetera ulcera etiam 45
carcinosa foveri debent aqua calida, in qua excocta sint
holera diversa; deinde ipsa holera trita si inponantur,
valde prosunt. Farina lini seminis vel farina ervi vel lenti- 46
culae decocta et ex melle adposita suppurationes et pu-
stulas ulcerum sanat, etiam genitalibus laborantibus bene
adicitur. Cinis vitium cum axungia vetere inpositus pustu- 47
las omnes in qualibet parte corporis curat et sanat. Folia 48
olivae commanducata et inposita ulceribus manantibus me-
dentur. Oleastri cauliculi teneri decocti et cum melle in- 49
positi carnes supra oscula in vulneribus quaelibet pro-
hibent excrescere. Herba chelidonia contrita et cum axun- 50
gia vetere subacta et inposita ulcera vetusta et putria
purgat et sanat. Nuces iuglandes perveteres contritae vel, 51
quod melius est, commanducatae et inpositae singulare
remedium ulceribus praestant. Glandes de robore tritae 52
cum axungia et inpositae duritias, quas cacoëthes medici
vocant, emendant et reprimunt. Pix Bruttia cum melle trita 53
et inposita ulcera omnia purgat et sanat, eadem pix ex
uva passa purgata et cum axungia vetere inposita ulceri-
bus medetur. Aqua, in qua lentiscum decoxeris, ulcera 54
quae serpunt utiliter fovebis. Hedera ex vino decocta ul- 55
ceribus, quibuscumque inponitur, prodest. Cinis ex ossi- 56
bus agnorum recte adhibetur ulceribus, quae non trahunt
cicatricem. Pulmo arietinus calidus adpositus carnes ex- 57
crescentes in vulneribus exaequat et reprimit. Vim ser- 58
pentium ulcerum coercet calx viva ex aceto et oleo rosa-
ceo temperata atque inlita, rosaceo autem et cerae per-
mixta mox perducit ad cicatricem. Carcinomata curantur 59
coagulo leporis cum pari pondere capparis, quod utrum-
que vino aspersum una teritur et sic adponitur. Carcino- 60
matis, quae serpunt circa ulcera, fel ursinum vel cinis de
asini ungula exusta per pinnulam bene adponitur. Ulcera, 61
quae sordidata sunt, fimi vitulini cinere et muliebri lacte
purgantur. Vetustis ulceribus vettonica cum sale contrita 62

et adposita medetur. Idem praestat farina lupini incocti
63 et sine cortice inspersa cum vino. Ad porrigines deter-
gendas rutae fasciculum et sulphur vivum cum vino vetere
simul decoque et caput ex eo in balneo lava, ante tamen
64 aqua tepida, sicut est consuetudinis, elue. Ad papulas in
capite effervescentes vel qualibet parte corporis, etiam ad
ignem sacrum bene facit hoc medicamentum: Rutae viri-
dis P. II, spumae argenti P. I S, aceti S̸ I, olei viridis S̸ I.
Cum aceti parte spuma et ruta teruntur, donec levia fiant.
Postea quod superest aceti vicissim cum oleo adicitur vel
superfunditur medicamini, dum teritur, et cum bene tri-
tum et permixtum fuerit, tum inponitur locis necessariis.
65 Ad pedunculos necandos hoc medicamine uteris: Oleum
cum pulvere cineris cuiuslibet de foco, sed bene creti,
pariter miscebis et ita teres, ut sit ad spissitudinem mellis,
66 atque inde cum opus fuerit, caput unge. Ad pedunculos
in omni parte corporis necandos efficax hoc remedium
est: Ellebori radicis uncia, staphidos agriae uncia simul
trita adiectoque oleo totum corpus perunguito, etiam in
67 tunicis necabuntur. Nitri Alexandrini et staphidos agriae
aequale pondus, aphronitri quoque aliquam portionem et
sulphuris vivi particulam simul terito ac decimo die in
68 balneo corpus fricato: omnes pedunculos necabis. Serum,
id est aquam lactis, quae remanet facto caseo, si quis
adiecto aceto in potione aliquotiens sumpserit, ita libera-
tur a pedunculis, ut penitus extirpentur nec postea in eo
70 renascantur. Cervini cornus scobes limatae et ex vino
potui datae pedunculos in capite lendesque nasci non sinunt.

## CAP. V.

### Ad capitis reumata et purgationem et ad pituitae et phlegmatis deductionem et restrictionem catarri.

1 Ad reuma, quod de capite descendit, medicamentum
facies tale: Nitri — VI, pyrethri — I S, capparis — II,
struthii — II. Haec omnia tunsa et in pulverem tenuis-

simum redacta permisce atque in balneo ferventi ita utere,
ut tertiam partem pulveris de supra scripta mensura spe-
cierum mittas in caput et perfrices diu ac diligenter, ut
per sudorem digeras; postea aqua tepida laves caput et
in frigidam mergas et crasso sabano diligenter siccabis.
Ad reumata capitis: Talpam in vaso fictili clauso ita in 2
furno torreto, ut tenuissimum pulverem ex ea facias, cui
addes pulverem piperis albi ex granis decem et octo et
cocleare unum de suco ocimi. De quo medicamine dabis,
cui medendum erit, in potione vini veteris calida cocleare
unum, ita ut in balneo, in quo numquam lavit nec lautu-
rus sit, in solio remedium accipiat et interposito biduo
alternis iterum accipiat. Sed cui remedio opus est, XIX
ferme diebus porcina, liquamine et holeribus abstineat.
Ad idem trochiscus: Croci drachmas duas, myrrae — II, 3
chalcanthi — II, cymini — II, opi drachmas II, turis — I,
crocomagmatis drachmas II, aluminis scissi — I. Haec
omnia contrita austerissimo vino permiscebis, ut sint ad
crassitudinem mellis, et inde frontem densissime superlines
usque ad capillos, intermissa semita super nasum; prae-
cluso enim itinere, quod ad oculos umori patere con-
sueverat, viam facies, qua de cerebro per nares fluxus
omnis emanat, et hinc perpetuus decursus fiet, quo umo-
res oculorum ab omni inundatione siccentur. Hac cura-
tione in perpetuum lippitudo removebitur. Sed his, quos
nimium reuma umoris urgebit, ex aceto acri trochiscus
supra scriptus inponatur. Ad destillationes perfrictiones- 4
que et gravedines: Cyclaminis herbae, quae Latine orbi-
cularis dicitur, radicem supra carbones cultello radito
fumumque eius ramenti naribus trahito. Hyoscyami drach- 5
mas duas, apii seminis bene purgati drachmas quattuor,
anethi bene purgati drachmam unam, opii pondus victo-
riati argentei unius, haec omnia trita et cribrata per-
misceto et ex aqua pastillos temperato atque ex his sin-
gulos in aquae calidae cyathis duobus, cum dormitum ibit,
cui medendum erit, potui dato. Eiusdem herbae radices
si decoquantur sucusque earum ad crassitudinem mellis

missus in aquam naribus trahatur, omnem a capite pitui-
6 tam detrahit mire. Creta Cimolia ex aceto trita et quam
7 densissime fronti inposita pituitam sistit. Mastichen cum
pipere qui diu commanducaverit, calefacto cerebro umo-
8 rem pituitae naribus effundit. Ad catarrum sive destil-
lationem umoris ex capite: Turis ℥ unum, piperis ℥ unum
conteres diligenter et vini novelli quod sufficiat admisce-
bis et naribus tepidum infundes vel gargarizabis, sed uti-
9 lius est naribus infundi. Ad caput leviter purgandum:
Sinapi tritum ante diem in aceto infunde ad heminae
mensuram et ex eo intra os tene et gargariza in sole
calido ieiunus et aperto ore postmodum sede, ut umor
10 decurrat. Staphidem agriam sumito et pro modo sinapis
granum et uvam passam commisce cum betae semine et
ex eo facito pastillos; quibus, si opus fuerit, adicies ace-
tum et eos ieiunus in sole aut in balineo commanduca et
11 apertum os tene, ut umor defluat. Ad caput purgandum,
quod fuerit umorosum: Staphidos agriae ℥ III, pyrethri
℥ II, hysopi ℥ IIII; pariter haec pro modo adsidue in ore
missa comminues et masticabis incurvato capite, ut umor
ex masticatione defluat. Quod facito aut ad solem aut in
12 loco tepido. Ad pituitam ex ore evocandam: Aeris floris
scripulus unus et de suco hederae idem pondus in unum
mixtum et naribus infusum evocant pituitam et defluere
13 conpellunt. Radix pyrethri in sole commanducata pitui-
14 tam et umorem capitis patefacto ore depromit. Betae
radicibus tunsis recte sucus eius naribus ducitur ad umo-
15 rem capitis extrahendum. Mellis et sinapis triti aequa-
liter mixtae partes tepefiunt et umor multus e capite
16 post longam gargarizationem deducitur. Ad catarrum re-
stringendum mittes in ollam rudem pro modo ollae hemi-
nam rosae siccae et tres heminas aquae mulsae et hemi-
nam sapae, inhibe nucem pineam; haec coques ad tertias
17 et tepidum gargarizabis. Rumicis acumina tenera colliges
sive rubi et herbam, quam alii burdunculum vocant, alii

34 gargarizabis *Stephanus:* gargarizas *Cornarius.*

linguam bovis, addes etiam rosae heminam; haec omnia
in ollam mittes, praeterea addes furfuriculas in linteo liga-
tas ad hoc, ut amaritudinem herbae deliniant et sic fur-
furiculae ipsae in saccello combulliant, haec omnia ad ter-
tias decoques et tepidum gargarizabis. Experimentatum 18
remedium adversum ingruentem catarrum, ut cena te
abstineas et ab holere et a rebus salsis et liquaminosis,
nam indigestione cibi et vitio cruditatis nascitur catarrus;
abstinendum sane ante omnia pinguibus cibis. Sed si de
perfrictione fuerit catarrus, caldamentis adhibitis ilico
sopietur: quod si de cruditate, placabitur illa re sola, ut
non cenetur, donec penitus fluxus eius arescat; cum sub-
strictus fuerit, ad consuetudinem cenandi reverteris. Ad 19
catarrum restringendum: Sapae heminas tres et satureiae
fasciculum et hysopi aliquantum fervere simul facies, quo-
usque inde sextarius fiat, et sic gargarizabitur ter in die
in loco tepido aut ad solem atque hoc tam diu facies,
donec inhibeatur omnis catarrus, atque illis diebus, qui-
bus gargarizas, abstinebis liquamine et holere et salsis ac
pinguibus cibis. Ad catarrum restringendum quinque par- 20
tes vini et sextam mellis miscebis ac tepefacies et sic
gargarizabis.

## CAP. VI.

### Alopeciis et tineis et capillo fluenti atque infirmo.

Herba, quae dicitur trichomanes vel adianton, eadem 1
et callitrichos appellatur, contusa et cum oleo inlita vel
incocta alopecias facile curat. Cepe longum, quod ceputius 2
nominatur, super alopecias terito frequenter, quo facto
capillos maturius excitabis. Nucis escariae, id est iuglan- 3
dis, testa contusa vel combusta et minutatim trita atque 4
adiecto oleo inposita infantum alopeciis capilli nascuntur. 5
Infantum alopeciarum vitia anserinae adipis perfrictione 6
supplentur. Gallinaceorum stercus cum oleo utroque per-
mixtum alopeciis utile est. Adeps ursina cum fungis, qui
in lychno lucernae concrescunt, subacta et alopeciis perun-
ctione inposita pristino decori caput revocato crine resti-

7 tuit. Stercus murinum cum aceto tritum ad alopecias
8 unctas forma priore mirabiliter crines commodat. Lac
caprinum incoctum, sed non adulteratum aut vitiatum,
9 recte alopeciis infricatur: mirum est. Vitium capitis, in
quo sunt alopeciae, prius raditur; post illic cepa acer-
rima perfricatur, deinde hordeum combustum et in pulve-
rem redactum cum ursina adipe permixtum superinponi-
10 tur. Herbam cardui agrestis in mortario usque ad levi-
tatem terito sucoque eius expresso locum alopeciae VIII
diebus oblinito, sed bis per dies singulos perunctione
11 renovata. Cum sinape nasturcium tritum alopeciis inlini-
12 tum efficaciter prodest. Cydonea mala discocta cum vino,
dehinc trita ceraeque liquefactae addita et capiti inposita
13 capillum nutriunt. Opobalsamo operae pretium est alope-
14 cias ungere, ut cito capilli nascantur. Nitri rubri 𐆖 VIII,
pumicis 𐆖 II, salis ammoniaci 𐆖 VIII teres diligenter et
postea miscebis priusque caput alcyonio et nitro con-
mixto perfricabis, mox medicamen inpones: quo facto
15 capilli nascentur. Magnam foeditatem capiti adferunt alo-
peciae, quae sic emendantur: Ex pelle viperarum cinerem
facies atque adsidue illic asperges, emendabis sine mora
16 vitium. Fermentum sulphuris combusti, quod a fullone
factum fuerit, cum oleo rosaceo miscebis et de pinnula
17 capiti inlines. Roboris pilulae, quae gallas similant, cum
18 adipe ursina tritae emendant alopecias. Glandis quoque
faginae exustae cinis cum melle alopeciis inlitus prodest.
19 Cupressi pilularum exustarum pulvis tritus, ungularum muli
vel mulae exustarum cinis et oleum myrtinum, cinis quo-
que vel fimus murium tritus et cinis exusti erinacei re-
centis vel fimus erinacei recens et sandaracha: haec omnia
cum aceto et cum pice liquida mixta et inposita etiam
20 fluentes capillos continent. Leporinae lanae exustae cinis
cum oleo myrtino et felle taurino et alumine trito misce-
tur tepefactumque medicamen inlitum admodum prodest.
21 Muscarum capita combusta et cum melle trita capitique
22 inlita mire alopecias tollunt. Fimum columbinum si quis
cum aceto tritum capiti inponat, alopecias et cicatrices

omnes sanabit. Capilli et barbae nascentur etiam glabro, 23
si lichenem asini, id est collectionem duram, quae est
circa crura eius, comburas et teras et pulverem illum ex
oleo vetere inponas. Hoc ita validum est, ut si mulieri
inde maxillam unxeris, barbas ei nasci scias. Erinacei 24
caput et pellicula combusta cinisque ei adiecto melle in-
litus alopeciis cito prodest. Caput autem eius per se com-
bustum et adiecta ipsius adipe cinis ille alopeciis inlitus
etiam cicatricosis facit pilos renasci. Quod si totum ipsum
quis exurat et pulverem eius bene tritum cum adipe ur-
sina calvo ad integrum capiti inponat, decorem pristinum
restituet capillorum. Ad tineam curandam: Sulphuris vivi 25
— II, salis fossicii — I, tunsa et cribrata haec raso ca-
piti et loto in balneo confricabis, ita ut prius de oleo
locus capitis tineosus perungatur et sic pulvis iste asper-
gatur et diu fricetur, quousque liquefiat sudore capitis.
Hoc modo intra sex dies curabitur tinea. Facit hoc me-
dicamen et ad scabiosos, prodest et his, quibus pustulae
nascuntur in facie tamquam elephantiacae rubentes. Ad 26
capillos qui post infirmitatem decidunt confirmandos cedria
et oleo pari pondere mixto adsidue eos unge et leviter
pectina: laudabis effectum. Ad capillos decidentes confir- 27
mandos: Adipem ursinam cum ladano miscebis et caput
perunges vel loca defluentium capillorum aut ladani uncia
una et oenelaei unciis duabus tritis et permixtis caput
perungues. Ad fluentes capillos: Scobem de cornu cervino 28
permisce cum semine myrti nigrae adiecto butyro oleo-
que et capiti raso densissime obline; etiam ex infirmitate
fluentes capillos efficaciter continebis. Sandaracha cum 29
aceto incocta et emplastri more inposita fluentem capil-
lum validissime solidat. Si quis maleficiis capillos perdi- 30
derit, hac eos ad pristinam formam ratione reparabit, si
lacertum salsum martensem cum suo capite et lanae pur-
pureae optime in conchylio tinctae duas ligulas et char-
tam cubitalis mensurae separatim comburat cineremque
permisceat conteratque cum oleo cedrino paulatim adiecto,
ut crassitudinem velut glutinis faciat, eoque medicamine

glabrum locum perfricet, ita ut prius diu linteo asperiore
31 detergeat. Aphronitri floris pilulas XXX, nucem pineam,
de qua propter vetustatem nuclei deciderint, tunsam, sapo-
nis Gallici selibram, vini Aminei cyathos tres simul per-
miscebis et conteres et caput glabrum inlines: hoc medi-
32 camine etiam crispi capilli nascentur. Malva cum sua
radice vehementer coquitur, ex cuius aqua capillus, cui
33 curatione opus est, in balneo adsidue lavatur. Olei cicini
— III, ladani — III, ladano trito paulatim admiscebis
oleum et cum mellis crassitudinem feceris, radices capil-
lorum adsidue inlines.

## CAP. VII.

**Capillo nigrando et incrispando. His adiecta sunt quae phlegma et perfrictiones capitis deducunt.**

1 Crispando capillo conpositionem huiusmodi facies:
Aphronitri floris tortulas numero XXX, nucem pineam, de
qua propter vetustatem nuclei delapsi sint, tunsam et in
pulverem redactam, saponis Gallici — III et Aminei vini
cyathos III, atque inde caput inlines et in balneo lavabis.
Sphondylio quoque caput perungatur, sed prius radatur.
2 Cornum arietis uratur cinisque eius cum oleo conteratur
3 atque inde derasum caput frequenter ungatur. Capillis
nigrandis infectio optima: Hirundinum stercus, quantum
sufficiat, cum aceti sextario mitte in vas fictile atque in
fimo caballino per dies XXXV suffossum habeto ac sic
macerato atque hoc medicamento rasum caput inlinito in
umbra per peniculum pictoris. Sed sevo cervino faciem
prius perunge, ne quid inde destillet et maculet, et dum
siccatur infectio, oleum intra os teneto, ne et dentes in-
ficiantur, ac postquam imposueris medicamen, quarto die
4 caput lavato. Medium lapidem conterito eique admisceto
nardi puri quantum satis videbitur, quo medicamine si
frequenter caput unguas, prohibebis canos nasci et in locum

29 *a* videbitur *vocabulo codex rursus incipit.* 30 ungeas.

canorum nigri emicabunt capilli. Experieris verum reme- 5
dium, si agnum candidissimi capitis decoxeris atque inde
caput eius, quem canum esse nolis, ungi praeceperis. Hoc 6
facito, ne capilli canescant: Radicem unam caulis quanto
ampliorem et vetustiorem in furno siccabis eamque minu-
tissime concides et in ollam rudem mittes et aqua fon-
tana recenti inplebis et ad medium decoques operta olla,
tum in balineo caput sapone optime lavabis cumque satis
mundum effeceris, etiam ea aqua, quam paraveris de radice
caulis, caput ita confricabis tamquam solum ex ea laves;
mox capillum linteo involves nec ulla supra aqua uteris
et ita siccabis. Hoc purus ages puris etiam ministris usus.
Ad nigrandum capillum egregie facit, si ovi corvini quae 7
sunt interiora inpari numero in vas aereum mittas atque
illic diu coagites et raso capite in umbra per peniculum
pictoris inponas, sed donec siccetur infectio, et oleum in
ore teneri oportet et sevo cervino faciem perungi, ne de-
stillantibus guttis maculetur; tanta enim solet esse vis eius,
ut etiam dentes, dum siccatur, inficiat. Quarto autem die
caput lavari oportet post medicamen inpositum. Vermium 8
terrenorum cinis oleo adiectus, quo uti feminae in pectendo
solent, capillos prohibet senectute mutari. Folia cupressi 9
trita ex aceto capiti inlita et inficiunt canos et in eorum
locum nigros educunt capillos. Nuces iuglandes adhuc 10
virides et teneras et totidem glandes velles ex arbore ad-
huc virides et necdum maturitate solidatas atque in pila
contusas exprimes earumque suco ad inficiendos canos,
dum caput pectis, pectinem tingues. Sanguisugarum sex- 11
tarius duobus sextariis nigri vini miscetur et XL diebus
in vasculo plumbeo diligenter clauso maceratur, postmodum
cum ipso vino conteruntur hirudines et in sole calido
capiti deraso ad permutandos capillos earum sucus in-
ponitur oleo, ne dentes inficiantur, donec siccetur medi-
camen, in ore detento. Ervi siliquae priusquam arescant, 12
cum foliis et caule suo conteruntur et raso capiti, ut ca-

3 unge. 7 dequoques. 15 pinniculum. 31 erudines.

13 pilli nigrescant, protinus inlinuntur. Herba, quae Graece
acte, Latine ebulum, Gallice odocos dicitur, exprimitur
etiam cum suis granis eiusque suco cotidie inlito pectine
14 crines, qui inficiendi sunt, perducuntur. Pomorum de moro
maturrimorum — III, acaciae P. I, caricas numero VII
quanto nigriores pariter macerabis caelesti aqua in va-
sculo aereo clauso atque inde capillos semper inlines et
fricabis; sed quae superfuerint, in eodem vasculo per-
15 maneant, diuturnitate enim efficaciora sunt. Conpositio
efficax ad capillos inficiendos et confirmandos et specie
augendos: Fenograeci sextarium, lini seminis tantundem,
calami aromatici P. I, schoeni P. I, casiae P. I, gallae tri-
chitidos P. I, ladani — III, roris coriarii P. I, aquae flu-
vialis S XVIIII; omnia haec in unum vas mittes et die-
bus XL sub divo positum iubebis cotidie per puerum
virginem commoveri, ita ut, si quando puer ipse defuerit,
signetur neque a quoquam nisi a puero alio virgine con-
tingatur. Postea recondes diligenter et sub signaculo
habeto et cotidie aqua eadem caput inrora et pectine inde
16 madefacto caput pecte. Ad flegmata de capite et aqua-
liculo deducenda: Scillae libram unam in aquae S III
infusam coques ad tertias, postea aceti optimi sextarium
adicies et tam diu iterum simul omnia excoques, quamdiu
ad sextarium perducas; tum colabis et adicies mellis op-
timi P. II. Iterum omnia simul tam diu coques, quamdiu
17 ad mellis crassitudinem veniant. Conpositio pulveris ad
reuma totius corporis, sed maxime ad capitis necnon et
ad perfrictiones et constrictiones cerebri resolvendas: Eu-
forbi — II, piperis — IIII, bacarum lauri siccarum — IIII,
samsuci — II, centaureae — III, aristolociae longae — IIII,
iris Illyricae — IIII, myrrae — IIII, bidellae — IIII, ci-
cidae — IIII, stypteriae schistes — IIII, nitri Alexandrini
combusti et vino vetere extincti — IIII, salis ammoniaci
— IIII. Haec omnia contundenda, deinde cribranda et per-

1 nigriscant. 2 acte] chamaeacte *Cornarius.* 12 schoeni] scini. trichitidos *scripsi:* trichidos. 17 virginem. 20 fleumata. 23 exquoques. 26 veniat.

mixta in vasculo vitreo habenda; cum necesse erit, con-
spergendus in balineo capiti hic pulvis vel membris, dum
adhuc sicca sunt, id est antequam sudent, et perfricanda
diutissime, posteaquam pulverem consperseris; dehinc la-
vandum caput in calore frigida aqua et observandum, ne
in calidam caput mergas; in frigidam sane, quotiens vo-
lueris, merge et postea sabano diligenter exsicca. Con- 18
fectio sive dispositio emplastri, cui vocabulum
est dictamnos. Dictamni part. XXV, chamaemeli part.
XIIII, sphagnu part. VIIII, cyperi part. VII, poliu part. XII,
lithu gagatu part. VII, cerae rufae part. XII, resinae
terebinthinae part. XIIII, ammoniacae guttae part. XXXV,
propoleos part. XII, psimithii part. XII, chalcanthi part.
XXIIII, galbani part. XXV, chamaepityos part. VIII, tri-
folii part. IIII, pentafolii part. IIII, aristolociae grossae
part. XXXV, centaureae aut gentianae part. XII, lithar-
gyri part. CL, resinae colofoniae part. L, ges ampelitidos
part. XXI, picis Bruttiae vel siccae, si ge ampelitis non
fuerit, part. XII, lepidos chalcu, id est squamae ferri,
part. XVIII, diphrygis part. VIII, aloes part. XVI, libani
candidissimi part. XII, opopanacis part. VII, chamaedryos
part. XII, marrubii part. XII, artemisiae part. IIII, iris
Illyricae part. VII, libanotidos part. VI, olei veteris part.
XLVIII, resinae pituinae part. XXII, chalcu cecaumenu part.
XVIII, miltu part. XII, chalcitidos part. X, myrrae part. VII,
iu, id est aeruginis, part. I. Oleum vetus, quantum mitten- 19
dum fuerit pro modo specierum supra scriptarum, mittes
in ollam novam et calefacies leni flamma vel potius igne,
tunc mittes, sed paulatim de manu inspergens, lithargyrum
bene tritum et adsidue spathomela agitabis, quousque oleum
illud ita inficiatur, ut colorem lithargyri trahat et aliquan-
tulum spissescat, postea aut picem Bruttiam tritam mittes,

9 chamemili. 10 stagnu. 11 rufae *om.* 12 terebentinae. ammunici gutta. 13 psimithii. 18 durae *pro* Bruttiae. ges. 19 squama. 20 difryges. marruvii. 30 spatomeli. 31 in *add. ante* aliquantulum. 32 tritam *om.*

aut, quod melius est, gen ampelitim similiter |tritam, pro qua diximus picem Bruttiam mitti debere, quia ge ampelitis vera difficile invenitur; his additis cum coeperit medicamen bene permixtum esse, ceram rufam pro modo, ut supra scriptum est, postea resinam pituinam remissam adicies necnon et resinam colofoniam. Post haec mittes ammoniacum thymiama, id est guttam bene tritam et cribellatam, post addes lepidos chalcu necnon et chalcu cecaumenu, deinde addes milton, deinde diphryges, deinde chalcitin, postea chalcanthum et psimithium, post haec addes libanon leucon, id est tus album et myrram, et aloen, super his omnibus addes resinam terebinthinam et galbanum et lac vel umorem panacis, id est opopanacem. Sed omnes has species praedictas optime tritas et cribellatas mittere debebis ad mensuram vel partes supra scriptas, prout volueris conficere medicaminis copiam; quae cum omnia bene mixta fuerint et bene agitata, ollam tolle de foco et deinde calido adhuc medicamini herbas supra scriptas bene tritas et cribellatas infundes. Immo manu vel digitis moderantibus paulatim insperges et adsidue spathomela commovebis et permiscebis, post haec omnia mittes oleum chamaemelinum et iterum igni non nimio adposita olla lente et paulatim decoques medicamen, ita ut illud manu non contingas, sed spathomela agites.
20 Confecto autem medicamine uteris sic: Ad dolorem temporum vel emicranii linteo spisso induces medicamentum et sic fronti vel temporibus adpones. Si vero umore capitis reumatizantis oculi gravabuntur, per totam frontem emplastrum inductum linteo similiter inpones. Si in naribus vel in auribus dolor aut vulnus fuerit sive carnulentae erunt aut umor inde manabit, oleo rosaceo solutum medicamen inmittes. Si fauces angina vel glandulae et parotides occupaverint aut inguina paniculae temptaverint, in initio doloris medicamen linteo inductum, sed siccum adpones. Facit et ad splenis dolorem aluta inductum et ad-

1 ges ampelitem. propter quam. 2 ges. 9 defryges. 9 calciten. 12 terebentinam. umurem. 20 spatomeli, *item* 23. 21 chamaemelinum *scripsi:* chamaemilum. 25 emigranii.

positum necnon et laterum dolori prodest similiter inpositum. Empyicis vero vel aemoptyicis, id est qui sanguinem de visceribus per os eiectant, proderit, si thoraci inductum aluta inponatur. Facit et ad reumata et ad arthritim pro malagmate adpositum, protrahit et sagittas et sudes et si qua corpori inhaeserint, similiter adpositum. Ad loca vero pudenda, id est ad penem sive ad podicem, cum aliquod illic vulnus fuerit, solutum medicamentum cera et oleo myrtino adponetur. Si vero muliebribus causis fuerit necessarium, id est si vulva dolorem vel carcinomata contraxerit, ponetur cum oleo susinato, ita ut emplastrum contra illum locum, qui in causa est, adponatur.
Ad carbunculos sane et anthracas et escharas aliaque reu- 21
matizantia vel ad strumas et apostemata medicamen solutum aliquantulum melle debebis adponere. Cum autem purgatae fuerint pusulae vel collectiones et vulnera, tum sine melle emplastrum cum puro medicamine adpones. Facit et ad furunculos similiter siccum adpositum et ad omnem pusulam et maculam curandam; rumpit enim quae concreta sunt et purgat et cicatricat. Cum autem vulnus est, de quo inmodicus sanguis erumpit, adpositum hoc medicamentum ilico et sanguinem sistit et vulnus curat et cutem constringit et cicatricem tenuem facit. Resolutio 22
autem vel conpositio adponendi vulneribus medicaminis talis est. Mittes huius medicaminis — III et adicies cerae — I, olei veteris — VI; his vero, qui habent aut in capite aut in auribus aut in naribus causas et vulnera, adponendum sic resolves medicamen sine cera, oleum sane pro tempore, id est si aestas fuerit, minus adicies: si hiemps, amplius infundes. Facit et ad morsus hominis et canis rabidi. Nervorum quoque incisiones vel collisiones salubriter curat; quibus cum medendum fuerit, addes oleum rosaceum cum modico aceto lanae sucidae infuso. Cum autem adposueris his causis hoc medicamentum, post

2 aemoptoicis. 4 threumata: thraumata *Cornarius.* 5 arcthrisim. 13 escharas] scharadas. 19 malam. 29 hiemps. 30 infundas. 31 vel collisiones *om.*

triduum aut post dies quinque ligaturam quam feceris
23 solves. Si vero ictu aliquo caput fractum fuerit et testa conlisa, medicamen rosaceo oleo liquefacies et sic ipsi fracturae vel vulneribus infundes. Infuso vero interius medicamine nihilominus desuper solum medicamen linteo inductum adpones et supra ligabis lanam sucidam oleo et aceto modico infectam. De ipso autem medicamine, si succenderis in cubiculo vel in domo, fugabis serpentes et si qua illic mala sunt, foras eicies. Hoc ipso medicamine incenso suffita mulier facile purgabitur, etiamsi pecus intra uterum habuerit inmortuum. Saluberrimum autem esse omnibus et virilibus et femineis causis ne dubites, si primum diligenter ac sollicite conficias, deinde, ut supra scriptum est, scienter utaris.

## CAP. VIII.

### Ad omnes et multiplices oculorum dolores collyria et remedia diversa, etiam physica de probabilibus experimentis.

1 Ad conturbationes et lippitudines subitas epiphorasque oculorum scio multa collyria, tametsi tarde, magnos tamen effectus habere, sed nulli collyriorum tantum tribuo quantum lycio Indico vel per se; hoc enim inter initia si quis ut collyrio inunguatur, protinus et dolore praesenti et futuro tumore liberabitur. Supervacuum est autem nunc laudes eius referre; in aliis enim expertus intelleges simplicis rei vix credendos effectus. Oportet ergo ut minime quater quinquiesve ex intervallo lippientem inungi; deinde cum conbiberint oculi, ad singulas inunctiones ex aqua quam poterint sustinere calidissima spongeis expressis vaporari diutius eodemque die in balineum duci eum, qui inunctus fuerit, ita ut cum cetero corpore caput quoque et faciem calidae inmergat et foveat vinumque post bali-

18 Indico vel] indicove. 19 inungeatur 22 effectis oportit *(sic saepius)* menime. 24 coniverint. 25 sphongeis. 28 calide.

neum ita ut adsuetus est sumat. Postero die si qua vesti-
gia epiphorae remanserint, inungi collyrio aliquo acriore
aquato sub vespere debet et rursus in balneum duci et
vinum bibere. Hoc modo uno ferme die tolletur epiphora,
praecipue incipiens neque adhuc alio medicamento tacta.
Sed si ea vis fuerit epiphorae, ut non cedat uno die,
expectari oportebit, donec inpetus eius sedetur, et ita aeger
in balneum ducatur ceteraque fiant, quae praecepimus fieri.
Idem hoc medicamentum etiam supra oculos inlitum tar-
dius quidem, sed eosdem effectus praestat, maxime in
teneris corporibus, ut mulierum et puerorum, quorum
oculi nullius medicamenti vim sustinere possunt. Triduo
autem aut quadriduo plerumque tollit dolorem adiutum
ovi infusione et aquae calidae vapore. Conpositio collyrio- 2
rum, quam maxime probo, ad recentes epiphoras vel con-
turbationes oculorum tumoresque et dolores: Plantaginis
tritae suci cyathos II teri oportebit cum croco quod suf-
ficiat, id est denariis duobus, deinde cetera, quae infra
scripta sunt, admisceri pridie macerata cum suco herbae
supra scriptae, id est aloes Indicae X IIII, gummis X IIII;
postea eiusdem plantaginis suci cyathos duos addi, ut cum
spissata fuerit commixtio, collyria fingantur. Utrumque
autem genus medicamenti eximie prodesse iudico pro-
prietate quadam, sed praecipue quod nullam in se aspri-
tudinem habet, ut pleraque, quibus fere inunguntur homi-
nes. Nam quae ex cadmia aut aere usto eiusdemque
generis pigmentis conponuntur, quamvis curiose terantur,
naturam tamen suam amittere non possunt; numquam
enim ut sucus diluuntur, sed cum ad summam suptili-
tatem perducta sunt, tamen quasi pulverulenta necesse est
maneant, quae oculorum partes velut configunt, certe ex-
terius pungunt foramina primae tuniculae oculi, ab initiis
adhibita interdum molestiorem futuram concitant epipho-
ram. Quo nomine etiam quod dia glauciu dicitur probo 3

2 inungeri. 3 balneo. 6 concedat *Cornarius*. 8 prae-
cipimus. 16 tumuresque. 27 pigmentorum. 32 ad ini-
niciis. 33 concitantem.

in initiis. Namque prodest hoc genere, quod ex eadem materia constat, quae nullam aspritudinem habet, quandoquidem conponitur ex croci X V, sarcocollae X X, glaucei suci X XX, tragacanthi X V et opi X V. Hoc enim ego adicio et ita melius respondet. Sed opium et in hoc et in omni collyrio medicamentoque verum adici oportet, quod ex lacte ipso papaveris silvatici capitum fit, non ex suco foliorum eius, ut institores huiusce rei conpendii et lucri causa faciunt; illud enim cum magno labore et exiguum conficitur, hoc sine molestia et abundanter. Teritur ante omnia crocum, aqua pluviali infusum macerari debet, deinde adiciatur illic sarcocolla, glaucium, opium, tragacanthum. Prius enim omnia seorsum macerari oportet non multa eius generis aqua, id est pluviali, ut quam primum, id est si fieri poterit eodem die, fingantur collyria; solet enim hoc diu neglectum mortario inacescere. His fere utor primis diebus collyriis, non sine ceteris auxiliis, prout res postulat, abstinentia dico et sanguinis detractione, meli-
4 usque ea ceteris proficere adfirmo. Cum vero pluribus quis diebus vexatus fuerit epiphora et perseverantia umoris atque pituita ipso calore oculorum glutinosior visa fuerit, quod fere sexto septimove die accidere solet, tunc proderunt et ea collyria, quorum genus superius inprobavimus, conposita ex rebus metallicis; facilius enim tum patientur oculi, si modo exulcerati non fuerint, iniuriam. Quorum praecipue hoc mihi placet, quod a colore phaeon dicitur. Accipit autem haec: Aeris usti X XII, cadmiae ustae X XII, stibii cocti X VI, acaciae chylismatis X VI, croci X IIII, aloes X III, opi X II, castorei victoriati pondus, murrae, lycii idem ponderis, gummis X XVIII. Aqua pluviali quae sunt dura macerantur et diu teruntur, donec levissima fiant, postea cetera alio mortario singula trita admiscentur; cum tollendum est, id est cum sunt fingenda collyria, gummen adicitur. Hoc quidam etiam in initiis utuntur

2 materea. aspretudinem. 4 dracacanthi. 21 pituita quae *(add.)*. gluttinosior. 27 accipiat. 28 cylismatis. 31 terantur.

cum ovi aquato liquore per se. Necnon et hoc collyrio 5 quidam in initiis utuntur, quod a cinereo colore spodiacon appellatur, conponitur autem ex his: Cadmiae botryitidos ustae super testa, donec candescat, et vino Falerno extinctae X XL, cretae Samiae quam astera vocant X LXXX, stibii cocti X XX, opi X V, gummis Alexandrinae X XX. Teruntur haec omnia pluviali aqua macerata, ultimum gummi adicitur. Ante sane cetera ad levitatem summam terantur et ne prima tunicula oculi exesa aliasve exulcerata sit, ut purum ulcus sit, diluitur ovi albo, quod est fere tenuissimum. Collyrium psittacinum a colore ita 6 dictum facit ad epiforas, quae cum tenui et acri lacrima existunt, item ad ustiones et solutas cicatrices et vastum tumorem, quod quia loco interdum videtur propellere oculum, proptosin vocant, cum ovi albo quod est tenue inponitur, sed praecipue facit, cum quasi sanguine suffusi sunt oculi et ob id nullum nisi lenissimum collyrium patiuntur, recipit autem haec: Croci X IIII, cadmiae lotae X IIII, stibi X IIII, opi X II, gummis X II, amuli recentis et dulcissimi X IIII. Eodem ordine, quo scripta sunt, in mortario debent teri ex aqua pluviali. Amulum autem, cum iam fingendum erit collyrium, adicietur. Interdum autem et hoc superinunguantur qui prius Athenippio curati sunt. His fere collyriis lenibus omnia, quae cum tumore et dolore fiunt circa oculos, remediamus. Perun- 7 ctiones oculorum lippientium sive inunctiones, quae appellantur galacticae, huiusmodi sunt: Crocomagmatis X I, myrrae et croci X VII, aluminis fissi X VI, turis X VI, gummis X VI, rosae floris X VI. Vino Chio non salso conspersa teruntur haec omnia diligenter, deinde confecta in collyriis aut pilulis reponuntur. Perunctio oculorum ad 8 omnem epiphoram satis utilis: Croci — I, murrae — I, crocomagmatis — I, aeris floris — I, aluminis fissi — I, turis £. Ex vino teruntur haec optime. His Cosmus me-

3 botryidos. 5 *post* astera *add.* samias. 12 et] sit. 15 promptosin. 23 henippio. 27 galaticae.

dicus adicere solitus erat etiam mandragorae suci — I
et lentisci suci — I ac deinde permixtis omnibus formare collyria vel pastillos aut in vas stagneum recondere
et cum opus esset uti ad inunguendum vel superliniendum.
9 Est huiusmodi medicamentum, quod perichristarion vocant
Graeci, quod medicamentum satis efficax est, quo ita uti
oportet, ut palpebrae suptiliter inde superlinantur, ne quid
intra oculum fluat. Recipit autem haec: Croci Siculi X̶ III,
magmae croci X̶ XII, turis X̶ III, aluminis rotundi X̶ VI,
opi X̶ II, myrrae X̶ II, cummis X̶ III. Ex vino Falerno
teruntur haec vel asperguntur et cum bene levia facta
sunt, ad crassitudinem boni mellis spissantur, adicitur postea passi Cretici X̶ I et reponitur in pyxide stagnea.
Cum enim passum adiectum fuerit, collyrium erit; nam
10 ex ipso superlini debet. Bene facit hoc medicamentum
ad superlinendos oculos, quo Augustus usus est: Aluminis
fissi X̶ XL, turis X̶ X, aloes X̶ XV, croci X̶ XV, opi X̶ II,
gallae X̶ X, rosae foliorum aridorum X̶ X, plantaginis suci
vel seminis X̶ X. Ex vino Falerno teruntur haec vel
asperguntur et cum levia facta sunt ac mellis spissitudinem habent, adicitur his passi sextarius vel quod sufficiat
11 et reponitur in vaso stagneo vel argenteo. Collyrium
nigrum ab Antigono repertum ad omnia intacta faciens
accipit: Cadmiae X̶ XXXV S, stibis X̶ XXIIII, piperis
X̶ VIII, aeruginis rasae X̶ VIII, cummis X̶ XXIIII, teritur
ex aqua pluviatica atque conficitur. Cosmus adiecit huic
collyrio centaureae tenuis suci X̶ X, quod recte factum
12 reor. Collyrium, quod ad omnem epiphoram et inquietationem et tumorem facit sedandum sine dolore, accipit
haec: Pompholygis X̶ VIII, cicutae suci aridi, id est siccati, X̶ VI, opi X̶ IIII, mandragorae suci aridi X̶ V, acaciae X̶ VI, cummis X̶ V, teritur ex coriandri teneri suco.
Hoc collyrium prodest etiam extra oculos perunctum, id
13 est circumlitum. Collyrium ab Asclepiade ad epiphoras spe-

3 pastellos. 6 quo] quod. 8 recepit. Sicoli. 27 centauricae. 29 sine dolorem *(sic)*.

ciatim repertum: Cretae Samiae 𐆖 XI, opii 𐆖 X, stibi
𐆖 XL, cummis 𐆖 XX, aloes 𐆖 X, teruntur haec et con-
ficiuntur ex aqua pluviali. Collyrium, quod habuit Cosmus 14
medicus inter arcana, mirificum ad omnia oculorum vitia:
Acaciae 𐆖 XL, spumae argenti tritae bene et lotae, donec
candidissima et levissima fiat, 𐆖 XII, plumbi usti et loti
𐆖 XVI, stibii 𐆖 XI, cretae Samiae 𐆖 XII, cerussae 𐆖 XVIII,
cornuum cervinorum ustorum et lotorum quod erit can-
didissimum 𐆖 VIII, squamae aeris 𐆖 IIII, opii 𐆖 IIII, aeru-
ginis rasae 𐆖 VII, cardamomi interiora 𐆖 II, lapidis hae-
matitis 𐆖 IIII, lapidis fissi 𐆖 IIII, tamaricae seminis 𐆖 IIII,
croci 𐆖 IIII, turis 𐆖 IIII, murrae 𐆖 IIII, opobalsami 𐆖 IIII,
lycii 𐆖 IIII, aloes 𐆖 IIII, costi 𐆖 IIII, piperis albi 𐆖 II,
cicutae suci aridi 𐆖 VIII, ammoniaci guttarum 𐆖 VIII,
bidellae 𐆖 VIII, saliuncae purgatae 𐆖 VI, cummis 𐆖 XXV.
Teruntur haec omnia diligenter ex vino Chio non salso
austero vel ex vino Falerno ac deinde confestim collyria
finguntur et in umbra siccantur, quod et de aliis omnibus
collyriis observari oportet. Collyrium acharistum theodo- 15
tium ab Antigono inventum ad omnem epiphoram et omne
vitium oculorum, accipit haec: Acaciae 𐆖 XX, stibis 𐆖 X,
croci 𐆖 I S, aloes 𐆖 II, murrae 𐆖 II, cadmiae 𐆖 VIII,
castorei victoriati duas tertias partes, opii 𐆖 I, lycii 𐆖 II,
aeris usti 𐆖 VIII, cerussae 𐆖 IIII, nardi spicae 𐆖 I et
tertias eius, cummis 𐆖 XX, palmarum ossa sive nucleos
ustos 𐆖 XXX, trita haec ex aqua pluviatica conficiuntur.
Monemerum collyrium dicitur, quod dolores in inpetu sta- 16
tim tollit, conficitur sic: Lepidae — I, aeris usti semun-
ciam, haematitis — I, myrrae — I, opii semunciam, cum-
mis semunciam: unum hoc collyrium mirabiliter prodest
his, qui cicatrices non habebunt, ex ovo infusum et levi
admodum agitatione contritum. Ad suffusiones oculorum, 17
quas Graeci hypochymata dicunt: Feniculi suci liquidi 𐆖 III,
opobalsami 𐆖 III, mellis Attici 𐆖 III, olei viridis 𐆖 III,

10 ematitis, *item* 29. 13 licii. peperis. 14 aridi] et erui. hamoniaci. 19 oportit. theudotium. 23 tertiasve lycię. 33 hyposchemata.

hyaenae fellis X I, euphorbi X I; hoc oleo diluitur et ita admiscetur ceteris. Aquato uti oportebit hoc medicamento, est enim acerrimum et undique umores trahit; quamobrem non sunt inungendi, qui capitis dolorem aut gravidinem habent, et ante biduum aut triduum aquam bibant, quos destinaveris eo inunguere; quamquam melius facient, si etiam perseveranter aquam potaverint; vitio enim molestissimo facilius inter initia carebunt. Non autem praeterit me habere te prudentes ocularios, quibus si nomina dixeris collyriorum in hoc libro scriptorum, contendent forsan se quoque habere eadem conposita: sed si pondera aut effectus conparare voles, longe diversos invenies. Ego enim ipse eodem nomine multa conposita, non isdem ponderibus et rebus, interdum habeo, sed maxime probatis utor. Nec utique adfirmo non posse et alios eadem habere, nam et ipse ab aliis accepi, sed raro scio oculariorum quosdam simpliciter tradere conpositiones meque multum elaborasse, ut veras et incorruptas acciperem, conscius sum mihi. Neque illud rursus dico, novas omnes et non aliquibus notas me in hoc libro congesturum conpositiones, verum etiam quasdam vulgatas et, ut ita dicam, publicatas. Eiusmodi enim quia efficaces sunt, etiam plurimis in notitiam veniunt.
18 Collyrium efficacissimum ad tumorem oculorum et lacrimarum nimium fluorem, etiam supra perunctum vel inlitum efficax est, accipit: Acaciae X XVI, cadmiae X XII, aloes X II, croci, myrrae, opii lecti, singulorum denarios binos, castorei X I, cummis X VIII; teruntur haec omnia diligenter et ex aqua permiscentur atque inde statim collyria
19 formantur ex aqua, quae sunt omnino mirifica. Xerocollyrium optimum ad epiphoras acres et initia lippitudinis: Croci ℈ II, sarcocollae ℈ II, aloes epatitidos ℈ I, glauci ℈ I. Haec omnia diligenter trita simul recondes in pyxide cuprea et pro xerocollyrio uteris. Ad epiphoras et lippitudines oculorum remedia de experimento et

5 aut triduum *om.* 14 utor] ueor. 22 plurimi. notiam. 29 Xyrocollirium.

physica diversa. Ad lacrimas et tumores oculorum 20
lippientium restringendos atramentum sutoricium, id est
chalcanthum viride cyprinum tundes et cribrabis et factum
mollissimum pulverem ex ovi incocti albo, id est lacrimo,
consperges et facies collyria, quae in umbra siccabis atque
inde palpebras inunges et tempora inlines. Si ex reumate
lacrima abundans est, ovi albo collyrium temperabis. Si
lippitudo et sanguinis infusio est, ex aceto temperabis et
desuper oculos circumlines, ita ut nihil interius de medi-
camine ingrediatur; tempora quoque dolentis eodem super-
lines. Brassica cruda trita cum pane candido madefacto 21
subacta ac fronti inlita dolorem oculorum plurimum re-
levat. Medicamen ad oculum diutina lippitudine vel epi- 22
phora laborantem intrinsecus curandum: Lapidis gagatis
℈ III tundes, cribrabis et aqua pluviali vel fontana
consparsum pulverem liquidum facies, deinde in ampulla
vitrea repones; cum necesse fuerit, pinna aquilina vel
columbina laborantem oculum inungues: quo facto et ca-
liginem et infusum sanguinem absterges clarioremque visum
restitues. Dolores oculorum tempore hiemis frigore con- 23
tractos qualiter curare debeas: Concham aeream de melle
albo abintus perunge totam eandemque supra gastrum lotii
virilis ex ea parte, qua melle inlita est, superpone ad
lotium versus et per dies XXX bis in die lotium agitari
facito, ut omnis odor vel acritudo lotii et virtus eius ad
mel in concha haereat, postea rades concham ipsam, id
est quod melle inlitum fuerat, et rasuram tundes in mor-
tario et cribrabis diu et repones in ampulla vel vitrea vel
cyprea; cum necesse fuerit, ex melle temperabis et intrin-
secus oculum perunges; mirabile remedium experieris in
omnibus ferme oculorum etiam gravioribus causis. Gramen, 24
quod in summo trisulcum habebit, decrescente luna radi-
citus sublatum quam plurimum repone, deinde ex multis
unum auspicante lippitudine ad collum subliga, celeriter

1 phoesica. 2 refringendos. 3 cribabis. 11 candito.
17 pinna *1m* penna *2m*.

25 incumbentem epiphoram discuties. Si impetus oculorum
eruperit, huiusmodi remedium confestim adhibebis: Atra-
menti sutoricii — I in aquam mundam defundes idque
acriter fervere facies, tum operies, ut fervor paululum
conquiescat, atque ubi modicum intepuerit, in concham
transfundes ibique faciem demerges et oculos patefacies
intra ipsam aquam; paululum quidem admordebit, sed cer-
26 tissimo experimento dolorem incumbentem avertet. Colo-
fonii modicum phoenicio inliga et collo lippientis suspende,
27 statim proderit. Dolorem oculorum ut anno integro non
patiaris, cum primum cerasia erunt idonea esui, id est
quasi matura, de tribus cerasiis lapillos pertundes et Ga-
ditano lino inserto pro phylacterio uteris, voto prius facto
contra solem orientem, quod eo anno cerasia non sis man-
28 ducaturus. Herbam, quae appellatur peristereon, discoques,
ut madescat, ex aqua fontana ad tertias et inde oculos
29 fovebis impetu laborantes: intra triduum persanabis. Vi-
tandae perpetuo lippitudinis gratia observa, ut a Kal. Ian.
eo tempore, quo Kal. solis die fuerint, etiam hora prima
vel octava et deinceps alio die solis et tertio solis die
similiter collyrio tenui inungaris, tum conversus ad orien-
tem rogabis deum, ut eo anno dolere oculos tuos non
30 sinat. Cum primum hirundinem audieris aut videris, tacitus
ilico ad fontem decurres vel ad puteum et inde aqua oculos
fovebis et rogabis deum, ut eo anno non lippias, dolorem-
31 que omnem oculorum tuorum hirundines auferant. Ex-
pertum remedium ad lippitudinem, ne umquam temptetur,
si quis observet sine intermissione aut oblivione, ut quo-
tiens laverit, deducta utrisque manibus ad pedes infimos
aqua statim manus ambas ad oculos referat atque ad
angulos eorum utraque manu perfricet, et hoc ter facere
32 debebis. Adversus umores et subitos inpetus oculorum
et epiphoras radices betae maximo nigrae ex aqua tepida

7 paulolum. 8 colofhonii. 9 fenicio. 11 essui.
12 Gaditano *scripsi:* gaitano. 13 philacterio. 22 dolore.
23 erundinem. 24 illico. 26 herundines auferat.
27 temtetur.

lavabis et expressas sabano siccabis, deinde tundes in
pisone marmoreo et sucum inde linteo intorto exprimes,
tum leviter ad carbones despumatum tepefacies et naribus
infundes, ita ut is cui medeberis aquam tepidam in ore
contineat, et si unus oculus laborabit, diversae partis
nares infundes et melle Attico continges. Si tamen videris
oculos suci illius infusione turbatos, herbae, quam quidam
cerebellum canis appellant, radix ex aqua decoquitur eoque
umore oculi adversus epiphoras utiliter foventur. Farina 33
hordiacia et galla contusa cum aqua permixta et collecta
oculis cum tepore inposita tumores doloresque sedabis.
Coriandrum viride tritum lactique mulieris inmixtum et 34
tumentibus vel dolentibus oculis adpositum statim prodest,
idem et apium praestat similiter inpositum. Ros caeleste 35
manu munda collectum et rutae silvaticae contusae suco
admixtum in plumbea pyxide reconditum, cum opus fuerit,
adversum epiphoras oculorum fronti et superciliis inpones.
Vino, in quo laurus fuerit decoctus, oculi foti dolore poten- 36
tissime levabuntur. Spina alba conbusta et bene trita cum 37
ovo superinlita vel inuncta sedat mirifice dolores oculo-
rum. Gallae contritae turisque pari modo pulvis vino per- 38
mixtus et fronti inlitus tumorem oculorum doloremque
sedat. Crebro lacrimantes oculos ut exsicces, lucernam 39
oleo cedrino repletam accensamque superposito vel iuxta
suspenso aeneo vasculo permitte consumi, inde fuliginem
collectam in pyxide cyprina reconde et cum opus fuerit
inunge, miraberis efficaciam medicamenti. Caprinus caseus 40
recens coagulatus supra oculos positus dolores cito lenit.
Rumicis silvatici radicem luna decrescente collige et tecum 41
habeto nitidissime: quamdiu eam tecum habueris, non lip-
pies. Democritus adfirmat, felle hyaenae si frons perfricetur, 42
epiphoras incipientes et omnem oculorum dolorem posse se-
dari. Si mulieris saliva, quae pueros non puellas ediderit 43
et abstinuerit se pridie vino et cibis acrioribus et inprimis
si pura et nitida erit, angulos oculorum tetigeris, omnem

10 ordiacia. 16 pixide. 27 efficacia. 30 lyppies.

44 acritudinem lippitudinis lenies umoremque siccabis. Cheli-
donia herba in hirundinum stercore nascitur, quae oculis
plurimum suffragatur, maxime autem caliginem deterget,
si paulatim inde oculi suffundantur, quos cito in pristinam
45 formam revocato vigore reparabit. Hirundinis ventriculo
scisso albi ac nigri lapisculi inveniuntur, qui si lupino
aureo includantur et collo suspendantur, omnem dolorem
oculorum perpetuo avertent; sed et contra quartanas pro-
sunt croceo linteo vel panno involuti linoque ad collum
46 validiore suspensi. Mel, in quo apes fuerint mortuae, uti-
lissimum est oculis, si nitidum ac purum opportune et
47 paulatim infundatur. Qui ciconeae pullum elixatum come-
48 derit, negatur multis annis continuis posse lippire. Hirun-
dinum pulli plena luna excaecantur restitutaque eorum acie
capita conburuntur: horum cinere cum melle mixto recte
49 usus fueris ad reparandam oculorum claritudinem. Lacer-
tam viridem excaecatam acu cuprea in vas vitreum mittes
cum anulis aureis, argenteis, ferreis et electrinis, si fuerint,
aut etiam cupreis, deinde vas gypsabis aut claudes dili-
genter atque signabis et post quintum vel septimum diem
aperies, lacertam sanis luminibus invenies, quam vivam
dimittes, anulis contra lippitudinem ita uteris, ut non solum
digito gestentur, sed etiam oculis crebrius adplicentur, ita
ut per foramen anuli visus transmittatur. Observandum
sane inprimis, ut in loco nitido atque herbido deponatur
ampulla, et cum lacerta discessit, tum anuli colligantur;
observandum etiam, ut luna vetere, id est a luna nona
decima in vicensimam quintam, die Iovis Septembri mense
capiatur lacerta atque ita remedium fiat, sed ab homine
50 maxime puro atque casto. Lacerti viridis quem ceperis
die Iovis luna vetere mense Septembri aut etiam quo-
cumque alio oculos erues acu cuprea et intra bullam vel
lupinum aureum claudes colloque suspendes: quod reme-
dium quamdiu tecum habueris, oculos non dolebis. Lacer-

1 celidonia 2 herundinum *(sic saepius)*. 11 oportune. 15 cinerem. 16 *post* claritudinem *add.* sedandam. 18 anolis. 19 cypsabis. 25 deponatur] defundatur.

tum sane eodem loco in quo ceperis dimittes, vel etiam
si sanguinem de oculis eius lana munda excipias eamque
phoenicio convolvas colloque suspendas, uteris efficacissimo
adversum oculorum dolorem remedio. Cancri oculus sub 51
tiliter sublatus et in phoenicio conligatus colloque su-
spensus lippitudini incipienti medetur, si tamen remedium
a casto homine fiat. De manu sinistra muscam capies et 52
dum capies dicere debebis nomen eius, cui remedium factu-
rus es, te ad curandos oculos eius muscam prendere; tum
vivam eam ligabis in linteo et suspendes collo dolentis
nec retro respicies. Ad epiphoras oculorum sedandas lima- 53
ces conplures tere in mortario novo vel nitido et adice
ibi ovum gallinaceum incoctum et tingue illic lanam suci-
dam et fronti inpone. Ad epiphoras oculorum pultem fa- 54
baciam sine sale, sine ullo uncto, tepidam linteolo inline
et oculis de nocte inpone, ita ut non alliges, continuo
fervor recedit. Ut omnino non lippias, cum stellam cadere 55
vel transcurrere videris, numera et celeriter numera, donec
se condat; tot enim annis, quot numeraveris, non lippies.
Ad lippitudinem inter principia sedandam in chartam vir- 56
ginem scribe *ουβαικ* et licio, quod in tela fuerit, collo lip-
pientis innecte. Incipiens lippitudo mirifice et sine dubi- 57
tatione depelletur, si in charta virgine scribas et collo
dolentis licio suspendas: *φυρφαραν*, et hoc praeligamen
purus castus facias. Hoc etiam remedium indubitate in- 58
petus oculorum, si praevenias, prohibebit, scriptum in charta
virgine: *ρουβρς ρυοπειρας ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ'
ἐπακούει*, quod ad collum dolentis licio suspendi debet;
sed et coeptam atque inveteratam lippitudinem sedat, si
in faciendo ac suscipiendo praeligamine castimonia ab
utroque servetur. In lamella aurea acu cuprea scribes 59
*ορυω ουρωδη* et dabis vel suspendes ex licio collo ge-
standum praeligamen ei qui lippiet, quod potenter et diu
valebit, si observata castitate die lunae illud facias et ponas.

4 remedium. 5 suspensos. 7 mulcam. 11 limices. 20 lipitudinem charta, *sed* virginem. 24 praelegamen. 25 casto. 27 Odyss. XI, 109.

60 Ne anno perpetuo lippias, de acinis novem uvae albae, ante-
quam uvam gustes, novies te inunges, ita ut intra oculos
61 tuos grana singula singulis vicibus infundas. Stercus ca-
prinum vino conspersum tritumque et inpositum oculis
atque obligatum omnem dolorem tumoremque detergit.
62 Oculos cum dolere quis coeperit, ilico ei subvenies, si
quot litteras nomen eius habuerit, nominans easdem, toti-
dem nodos in rudi lino stringas et circa collum dolentis
innectas. Si impetus dolorem praevenerit, absinthium vetus
et fuliginem conteres diligenter, tunc mellis quantum satis
videbitur adicies et denuo teres atque ex eo oculos inlines,
63 validissime proderit. Ne anno perpetuo lippias, cum pri-
mum cucumerem nanctus fueris, in fontana aqua eum per
triduum esse in vasculo mundo permittes, deinde oculis
64 adapertis faciem tuam ea aqua fovere curabis. Qui crebro
lippitudinis vitio laborabit, milefolium herbam radicitus
vellat et ex ea circulum faciat, ut per illum adspiciat et
dicat ter: Excicum acrisos, et totiens ad os sibi circulum
illum admoveat et per medium expuat et herbam rursus
plantet. Quae si revixerit, numquam is qui remedium
fecerit vexabitur oculorum dolore; ad utrumque oculum
hoc facito; quae si minus revixerit, ex alia iterum faciat.
Oportet autem dari operam, ut non nimis herba constrin-
65 gatur, quo facilius plantata consurgat. Cepae longae sucus
opobalsamo mixtus et suco feniculi adiecta adipe anserina
incipientes ypochyses discutit et suffusiones reprimit cali-
66 ginesque extenuat. Accipitrem si decoquas in oleo susino,
donec caro eius resolvatur, et ex eo oculos frequenter inun-
67 guas, et ypochysim et caliginem discuties. Chamaeleontis
fel tantam vim habere creditur, ut ypochyses intra triduum
inunctionibus sanet. Lupi fimus diu perfrictus ad summam
68 levitatem cum melle mixtus et inunctioni adhibitus ocu-
lorum ypochyses discutit et ad summam claritudinem eos

6 oculos cum dolere] oculorum dolorem. 9 absynthium. 10 tumellis *litteris* n c *superscriptis.* 17 et dicat *om.* 26 ypochesis. 29 ypochesim. 30 ypocheses. 32 inunctioni *scripsi:* inuictione. 33 ypocheses.

perducit suffusione siccata. Xerocollyria et remedia
physica diversa ad xerophthalmiam et caliginem
et aspritudinem detergendam. Ad caliginem et aspri- 69
tudinem oculorum siccamque perturbationem sine tumore,
quam xerophthalmiam Graeci appellant, facit hoc collyrium,
quod psoricon dicitur, accipit autem haec: Croci X XII,
psorici X XIIII, psimithi X IIII, opii idem, piperis albi
idem, gummis X II. Cum aqua pluviali teruntur haec; col-
lyria statim inde finguntur, ne confectio dilata vanescat.
Collyrium ad caliginem et aspritudinem, quod stratioticon 70
dicitur, recipit haec: Psimithi X VI, piperis albi X I,
omphaci X II, cadmiae X III, opobalsami X II, opii X I,
gummis X II. Ex aqua pluviali hoc teritur atque con-
ficitur, quod melius superiore ad caligines facit. Collyrium, 71
quod stacton vocant Graeci, ad eadem fere, quae supra
scripta sunt, utile, sed magis mulieribus prodest, accipit
haec: Cadmiae X II, stibii X VI, piperis albi X II, aeru-
ginis rasae et misui, donec puniceum fiat, usti X singulos
semis, aeris floris X I S, gummis X VII; quidam his
addunt opobalsami X II; trita haec diligenter pluviali aqua
asperguntur et in collyria colliguntur. Collyrium acre ad 72
extenuandas cicatrices quamvis veteres caliginesque et aspri-
tudines angulorum, quod semel inunctum plurimis diebus
effectum praestat, oportet autem eo aquato uti, diu enim
tenet morsum, accipit haec: Ammoniaci guttae, quae sit
sine sorde, P. I, aeruginis P. S, gummis P. I. Primum cum
aqua pluviali teritur aerugo, postea cetera adiciuntur ma-
cerata aqua pluviali et tum collyria finguntur. Fel testu- 73
dinis cum melle optimo mixtum et diu coagitatum mire
caliginem tollit, si oculi inde adsidue circumlinantur aut
subtiliter suffundantur. Calliblepharum xerocollyrium pri- 74
mum accipit haec: Aes ustum, stibium, cadmiam, aequis

1 ·X· yrocolloryria *(sic)*. 2 phoesica. xeroptalmiam *(sic saepius)*. 6 origon. 7 psori. psimbthi. peperis. 11 recepit. 18 rasae *om.* pumiceum. usti] rasi. 21 collyriis. 30 aut subtiliter suffundantur *om.* 31 xirocollirium.

ponderibus miscebis teresque diligenter et donec spumam
non faciant neque crescant, ad ignem lentum agitabis in
vaso aereo ibique tam diu esse patieris, donec refrigerentur
atque siccentur; quae postea ad mortarium nitidissimum
transferes atque illic iterum ex vino vetere optimo teres
tam diu, quousque siccentur; de quibus pulverem tenuissi-
mum factum intra pyxidem aeream condes eoque velut
75 stibio, cum volueris, uteris. Xerocollyrium optimum con-
ficitur sic: Lapidis Phrygii — II, croci — I, salis ammo-
niaci 𐆖 II, folii 𐆖 II, aeris usti 𐆖 IIII, piperis albi 𐆖 I,
omnia seorsum diutissime et diligentissime teres, ut pul-
verem tenuissimum facias, quem permixtum recondes in
doliolo vitreo, et cum volueris pulvere ipso prout volueris
76 uteris. Xerocollyrium optimum et ad initia lippitudinis
probatum constat ex his: Croci 𐆖 II, sarcocollae 𐆖 II,
aloes epatitidos 𐆖 I, glauci 𐆖 I. Teres haec omnia dili-
genter et pulverem tenuissimum in pyxide cyprea recondes
et cum opus fuerit, et intra oculos et ad superlinendos ute-
77 ris. Capilli muliebres super testam conbusti et cum spuma
argenti contriti atque ad summam levitatem redacti xero-
phthalmias et prurigines oculorum efficaciter sanant, si inde
78 inungantur. Ad caliginem abolendam de experimento uteris
hoc remedio: Salem ammoniacum exustum tere et permisce
cum lotio pueri investis atque inde adsidue oculos inunge
79 vel superline. Naturalem sucum argimoniae et sucum mile-
folii et sucum arnoglossae, id est plantaginis, colliges dili-
genter ac nitide aequali mensura et de suco marrubii,
rutae, serpulli, euforbii exprimes per linteum delicatum
et admiscebis 𐆖 binos hisque adicies mellis optimi despu-
mati libram unam atque omnia simul diu conteres; deinde
iterum colabis tenui linteo et recondes in vasculo vitreo
atque uteris, cum opus fuerit, ad suffundendos et super-
linendos oculos caligine laborantes, quibus hoc remedio
80 cito aciem acutissimam reddes. Malvae sucus expressus

2 lento. 4 mortario. 7 pyxide. 9 frigii. 14 ute-
ris *om.* 15 constat] contra. 16 epititidos. 20 xero-
pthalmias. 21 prorigines.

cum farina tenui miscetur ac diutissime teritur, postea
adicitur mellis despumati aliquid ac vini, ut liquidius fiat,
potenter inde inunguntur oculi caligine laborantes. Ros 81
nocturnum colliges nitidissime in prato et in ampullam
mittes atque adicies illic mellis Attici ℥ XII et opobalsami
℥ VI ac pariter utrumque miscebis et sic uteris ad un-
gendum vel superlinendum, mirum remedium experieris.
Sucum vettonicae tenuissimum oculis infunde, clariores 82
eos facies et inportunam lacrimarum destillationem cito
siccabis. Fel cameli solum per se fronti inlitum prodest 83
adversum caliginem, sed ne omnino lippiatur, decoctum
cum mellis optimi cyathis tribus et croci uncia in unum
miscebis et sic suffusionem ad oculos facies vel etiam
superlines inde caligantes et lippientes oculos; hoc medi-
camine etiam excrescentes carnes in oculis et cicatrices
curantur. Ad caligines oculorum detergendas medicamen 84
valde efficax: Rosae siccae pugnos duos plenos cum radice
feniculi diligenter purgati et feni graeci pugnum unum
plenum in ollam novam mittes et decocta prima aqua effusa
sic postea decoques, ut spissescat; deinde mellis Attici un-
ciam supermittes et piperis scripulum bene triti, addes
etiam passi Cretici aliquantum, ut liquidius facias, deinde
per linteolum delicatum colabis et ad suffusionem vel
superlinitionem oculorum uteris. Perdicis fel mixtum melli 85
Attico caliginem tollit, si oculis adsidue infundatur, sed cum
modo et aequali mensura. Aquilae fel cum melle Attico, 86
myrra vera et nitro albo singulis unciis mixtum oculis
visionem acutissimam praestat, si cum modo infundatur.
Ut acie certiore intueri omnia possis, ficus Africanae etiam 87
veteris dummodo pinguissimae ad ignem calefactae suco
expresso vinoque diluto oculos inunge, gratulaberis re-
medio. Vipera viva mittitur in vas novum fictile et adi- 88
citur ei suci feniculi cyathus unus et turis granum unum,
deinde vas obturatur argilla et circumlinitur et in furnum

2 ut *litterula erasa.* 8 vetonicae. 13 miscebis *om.*
20 dequoques. 31 gratulabis. 34 circumlinc.

ferventem mittitur atque illic excoquitur, donec cinis fiat;
hoc de experimento ypochyses caliginesque potenter atque
89 mirifice purgat. Anagallidos herbae flos purpureus ad men-
suram obolorum trium diligenter tritus et cum pausillo
vini veteris mixtus inunctioni caligantium oculorum mira-
90 biliter prodest. Lacertas pisinnas, quae in segetibus mo-
rantur, quas Graeci aruras vocant, conburito et ad tenuis-
simum pulverem redigito atque ex eo cum vino aut melle
91 optimo caligantes oculos inunge, valde proderit. Centaureae
minoris suco oculi ex melle inuncti caligine cito deposita
92 tenuissimam aciem resumunt. Feniculi radicis contusae
suco tantundem mellis optimi despumati utinam Attici
misceto eaque lento igne ad mellis crassitudinem disco-
quito repositaque in pyxide etiam aerea habeto; cum erit
opus, cum aqua cisternina aut muliebri lacte inunguito,
93 quamvis crassas caligines cito discuties. Feniculi radicis
decoctae aqua oculos adsidue foveto, cito omnem caliginem
94 tolles. Caliginantibus oculis visus acutior restituetur neque
facile in hoc vitium incidet, qui usus fuerit remedio tali,
ut centaureae manipulum nitidum in vini optimi, sed no-
vellastri congium mittat aut etiam excoquat ac triduo in
vasculo clauso vel operto macerari faciat; deinde post tri-
duum heminam eius vini mixtam cum calida aqua adiecto
95 melle ieiunus manente illic centaurea cottidie bibat. Lauri
folia XX leviter contrita passo diluito et linteo colato et
in caccabulo decoquito ad crassitudinem mellis atque ex
96 eo inunguito, efficaciter caliginem discuties. Bacae myrti
supra carbones vivos ad suffumigandum positae caliginem
extenuant, si oculis apertis fumum earum patienter ex-
97 ceperis. Pulli hirundinum vel assi vel elixi in cibo saepius
98 sumpti oculis caliginantibus efficaciter prosunt. Lapidem
bostrychitin tecum semper habeto, qui ad aciem oculorum
99 excitandam efficaciter prodest. Muris agrestis, id est qui
in campis invenitur, conbusti cinis contritus et cum melle

2 ypocheses. 15 inungueto. 27 innungueto. 30 herundinum. 31 bostrychiten.

adsidue inlitus aciem oculorum caligine extenuata con-
firmat. Scarabaeus coloris smaragdini tantum beneficii ocu- 100
lis praestare dicitur, ut visionem ei acutissimam reddat,
qui eum contemplatus fuerit adsidue. Cocleas Africanas 101
veras super spissam craticulam dispositas ponito et car-
bones acres adsidue suggerito, ut aequaliter conburantur,
deinde mortario terito, ut tenuissimum ex his pulverem
facias, adiectaque mellis Attici cotyla una iterum validis-
sime terito et postmodum in vasculo fictili repone et
signa et cum alicui mederi voles, specillo inde eum inunge,
intra paucos dies integram aciem eius claramque restitues.
Fit ex vipera collyrium ad caligines oculorum adaperiendas 102
discutiendasque mirificum. Comprehensam igitur occisam-
que viperam in vaso fictili repones eamque illic putrescere
permittes, donec ex ea vermiculi nascantur; hos eliges et
conteres et adicies his croci paululum et iterum teres
atque inde collyria facies et sic cum melle Attico aut lacte
muliebri oculis inunges; idem praestat et cinis viperae
conbustae, sicut supra scriptum est, sed cum his quae
hic adiecta sunt temperatus. Salem quam candidissimum 103
ieiunus si cotidie gustaveris, omnem oculorum caliginem
cito extenuabis. Fel ursinum atque hyaenae cum melle 104
optimo mixtum et diu coagitatum caligines eximit, si ad-
sidue inde oculi suffundantur aut superlinantur. Adipes 105
omnium fluvialium piscium in sole liquefactae adiunctoque
melle inunctioni adhibitae mirifice oculis caligantibus pro-
sunt. Herbae chelidoniae sucum, feniculi sucum ad quar- 106
tarios singulos misce cum mellis optimi quartariis quat-
tuor et oculos gravedine et aspritudine laborantes inunge,
mire proderit; sed simul omnia decoque in vaso aereo
et sic inunctioni reserva. Lapis medius in lupina pelli- 107
cula subligatus collo atque ita diu portatus, sed prius
muliebri lacte pertractatus non tantum caligines tenuare,
verum etiam ypochysim discutere et obductam aciem aperire
consuevit. Hygra, quae prodest valde ad caliginem deter- 108

1 *in* confirmat *vocabulum desinit codex usque ad* § 168.

gendam, conficitur sic: Croci — II, piperis albi unciam,
aphronitri unciam, myrrae unciam, mellis Attici un-
ciam. Crocum et piper ex vino teres, novissime aphro-
nitrum et myrram seorsum conteres et sic universa con-
109 iunges atque ad suffundendum uteris ex melle. Hygra
mirifica, quae et caligines abigit et oculis suffusis lumen
instaurat, accipit haec: Opobalsami 𐆖 III, myrrae 𐆖 III,
opopanacis 𐆖 I S, mellis Attici selibram. Opopanacem
primum ex vino teres diligenter, tum myrram adicies et
teres, postremum opobalsamum addes atque omnia com-
muniter terendo admiscebis et postea ad inungendum ute-
110 ris. Fellis gallinacei vel vulturini, quod longe magis prod-
est, scripulum et mellis optimi unciam bene trita con-
iunges atque in pyxide cuprea habebis et opportune ad
inungendum uteris, hoc nihil potentius caliginem relevat.
111 Ros matutinum, quod inhaeserit rutae, et sucum cheli-
doniae et mel optimum despumatum pari mensura per-
misce atque ad tertias decoque et in pyxide cuprea re-
112 conde et caligantes oculos infunde. Fellis terrae et cheli-
doniae utriusque herbae sucum cum mellis optimi despu-
mati pari mensura permisce atque ex eo caligantes oculos
113 inunge, efficacissimo medicamine uteris. Satureiae viridis
suco tenuissimo si adsidue angulos oculorum contingas,
caliginem cito discuties. Idem praestat et rutae sucus
per linteum tenue expressus in pyxide aerea conditus
atque angulis oculorum caligantium adpositus. Hoc cuius-
libet aetatis hominem infirmissimi visus mirabiliter curat,
114 certe 'si aliquid mellis Attici fuerit admixtum. Reme-
dium ad tumorem oculorum vel nimiam destil-
lationem. Pulei flores destringe eosque madefacito ex
aqua frigida et contere bene atque ex eo panni tenuis-
simi partem dimidiam line, ut ex altera parte panni in-
tegas oculos et cum ibit dormitum, cui medendum erit,
supra oculos pones, ipsa nocte tumorem umoremque
115 oculorum eius sedabis. Ad oculorum subitum impetum
vel dolorem remedium efficax sic: Sucum cardonis, su-
cum urticae Alexandrinae, sucum bugillonis, crocum, atra-

mentum sutoricium, aequis mensuris ista coniunges et addes his sapae modicum et aceti quantum sufficiat et decoques ad spissitudinem mellis liquidi atque ita oculos inde superlines, ut modicum ingrediatur eos et delacriment, continuo sanabuntur. Ad vulnera ulceraque et cicatrices atque carbunculos crustasque oculorum et glaucomata atque albugines detergendas et palpebras componendas collyria et remedia de experimentis physica et rationabilia diversa. Ad sordida ulcera oculorum crustasque haben- 116 tia, quas medici escharas vocant, et ad carbunculos oculorum, quos anthracas dicunt, facit bene et per se mel Atticum purum pyxide cuprea conditum et repositum sub signaculo mensibus ferme duobus; quanto enim diutius in pyxide ea manserit, efficacius fiet. Sed praecipue hoc 117 quod quidam dia smyrnon, nonnulli euodes, quia boni odoris est, nominant, quod etiam ad pustulas papulasque et suppurationes oculorum et ad cicatrices non veteres et ad palpebrarum recentem etiam in corporibus tenerioribus aspritudinem facit. Oportet autem eo ad sordida ulcera diluto ovi albo, id est aquatissimo, uti, deinde cum lacrimae fluere desierint, cineraceo collyrio superinungi, item ad pustulas ex ovo tritum facit; ad papulas vero et ad dolores cum rubore et distensione oculi sicca bene inponitur cum lacte mulieris, ex aqua autem ad cicatrices recentes extenuandas et palpebrarum aspritudinem tollendam teri debet et subiecto specillo aut inversa palpebra oculis inseri. Conponitur autem ex his rebus: Pompholygis lotae 𐆖 VIII, aeris usti 𐆖 VIII, croci 𐆖 IIII, myrrae 𐆖 IIII, nardi spicae 𐆖 I et pondus victoriati, lapidis haematitae 𐆖 II S, piperis albi grana X, opii 𐆖 I et pondus unius victoriati, gummis 𐆖 X. Teruntur haec cum Chio vino et confestim collyria finguntur atque in umbra siccantur. Acriore autem collyrio ad cicatrices extenuan- 118

1 sutoricium *scripsi:* sutoritum *Cornarius.* 27 specillo *Stephanus:* spicillo *Cornarius.*

das et ad palpebras asperas utimur, quod quia ex quat-
tuor rebus ut quadriga equis constat et celeres effectus
habet, harma dicitur; recipit haec: Aeris usti X IIII, tu-
reae arboris corticis X IIII, ammoniaci guttae X IIII, gum-
mis X IIII; teruntur haec ex aqua pluviali. Hoc etiam
superunctum ad puerorum epiphoras et qui non sufferunt
119 unctionem optime facit. Collyrium quod proprie facit ad
aspritudinem palpebrarum et callositatem, oportet autem
aut subicere specillum palpebrae aut invertere ipsam palpe-
bram et sic inungere, recipit: Aeris usti X XIIII, aeru-
ginis X VI, croci X, myrrae X I, casiae rufae fistularum
victoriati pondus, piperis albi grana XLV, gummis dena-
rios novem. Cum vino Chio haec teruntur et sic colli-
120 guntur. Ad palpebrarum veterrimam aspritudinem et ex-
crescentem carnem, quam sycosim Graeci vocant, in qua
est callum durissimum; est autem liquidum medicamen-
tum, quod ideo hygra appellatur, quod etiam carnem ex
palpebris tollit sine magno dolore, recipit haec: Myrrae,
turis, croci, misui, singularum specierum denarios ternos,
chalcitidis X VI. Haec teruntur diligenter ex aceto acri;
ubi levia facta erunt et habebunt spissitudinem passi,
miscetur his mellis Attici P. I; deinde in patella aeris
Cyprii super carbones posita infervescit, donec mellis ha-
beat non nimium liquidi spissitudinem, atque ita reponi-
tur in pyxide aeris Cyprii. Cum opus est, invertitur pal-
pebra et per specillum adponitur. Quod medicamentum
suffricatur curiose in oculo ad delacrimationem et ubi
desierit mordere, rursus inverti oportebit palpebram atque
ita pollice inpresso membranas innantes adducere, quae
facile subsequentur; post hoc cinereo collyrio ex aqua
inungendi erunt oculi crassius. Hoc medicamentum mul-
torum annorum callos et aspritudines palpebrarum despe-
ratas a quibusdam medicis ocularis paucis diebus tollit.
121 Collyrium ad ulcera, papulas et epiphoras: Cadmiae X VIII,

9 specillum *Stephanus:* spicillum *Cornarius.* 19 mysios *Cornarius.* 26 spicillum *Cornarius.*

cerussae X IIII, amyli X III, opii X II, acaciae X I, gum-
mis denarios duos, tragacanthi denarium unum, ovorum
semicoctorum vitellos duos, fabae sine cortice, id est pur-
gatae, modicum, quae ante diem ex aqua macerari debet
cum tragacantho atque ita teri, tum formari collyria, quae
lacrimarum impetum et iugitatem potentissime sedant ac
reprimunt. Collyrium Dionysianum, quod appellatur theo- 122
dotion, ad lacrimam tenuem restringendam et ad ulcera
et aspritudines palpebrarum et ad cicatrices recentes effi-
cacissimum, conficitur sic: Cadmiae X III, aeris usti et
loti X VIII, crocomagmatis X VIII, stibii X IIII, opii X IIII,
castorei X IIII, nardi Syriaci X IIII, lycii X IIII, acaciae
X XVI, croci X VIII, myrrae X VIII, palmularum ossa vel
nucleos ustos numero XII, gummis X VI, vini austeri
veteris bene odorati sextarium unum. Teruntur haec di-
ligenter et confestim ex his collyria finguntur atque in
umbra siccantur. Collyrium stratioticum facit ad tumores 123
oculorum et lacrimam acrem compescendam atque ad
palpebras asperas et ad caligines et cicatrices ex itinere
et pulvere et fumo collectas: Cadmiae denarios octo, cerus-
sae X VIII, crocodili stercorum X IIII, aeruginis rasae X II,
castorei X S, omphacii aridi, aluminis fissi atque usti
denarium unum, piperis albi X V, opii X I S, gummis
X VI. Teruntur haec diligenter et ex vino Falerno colli-
guntur atque inde collyria formantur. Collyrium, quod 124
appellatur sphragis, ab Antigono medico inventum, facit
ad omne ulcus et ad omnem ustionem et plagam et rup-
tionem tunicularum oculi et ad omnia oculorum vitia
praeter epiphoram incipientem, accipit haec: Cadmiae
X IIII, pompholygis X X, opii X IIII, amyli X IIII, acaciae
X IIII, tragacanthi X IIII, gummis X II, teruntur diligen-
ter hae species et ex aqua pluviatica collyria componun-
tur. Collyrium stratioticum psoricum compositum ex cad- 125
miae X XIII S, croci X XII, piperis albi X XV, cerussae
X II, opii X II, gummis X IIII, chalcitidis X I. Componi-
tur autem psoricum sic. Teruntur haec seorsum singula
bene siccata, deinde in unum collecta aceto consperguntur

ac postea in ollam fictilem novam coniciuntur cum ipso aceto, quam bene opertam in equino stercore obrui oportet atque illic haberi per dies XL; postea haec permixtio in sole arefieri debet ac deinde teri et tum aqua pluviali collyria formari convenit, de quibus et inungi oculos, ut supra scriptum est, causis gravibus laborantes et
126 superlini optimum est. Ad oculorum omnem dolorem et praesentem et veterem et ad caliginem atque albuginem et pruritum atque antiquam, ut ita dixerim, caecitatem. Nam ut auctori huius remedii de experimento credamus, duodecim annorum caeco intra dies viginti visum restituisse se dicit. Quanto autem recentior valetudo fuerit oculorum, tanto velocius curabitur medicamine tali. Collyria multi generis, id est vel decem confectionum, aequali vel numero vel pondere infundes in lotium pueri virginis et ad uncias singulas collyriorum, quae infuderis, septena grana piperis in mortario nitido diligentissime teres, ut pulverem subtilissimum facias et cum mellis optimi despumati coclearibus tribus miscebis et iterum diligenter teres; postea simul confundes omnia, id est collyria, lotium et piper illud cum melle et iterum diutissime ac diligentissime teres collectumque nitide in pyxide cuprea recondes atque ex eo quemlibet oculorum causarium intus, id est intra oculos, inunges. Quod si per tempus medicamen spissatum fuerit, lotium puerile infantis quantum opus fuerit, ut more collyrii liquidum fiat, infundes et sic sub cilio et palpebris, id est intra oculos, sicut diximus, sollicite inunges. Hoc medicamine multis experimentis probato constat nihil esse praestantius, si quis eo castus et
127 purus utatur. Medicamen barbaricum ad omnis oculorum causas vel impetus, sive sint scabri et lacrimosi sive etiam vermiculos habeant aut brigantes, qui cilia arare et exulcerare solent. In ollam rudem mittes tres sextarios aceti acerrimi et ferrum, id est clavos veteres minutos vel alia minutalia ferri vetusta, et claudes ollam diligenter, operculum tenuiter pertundes et in illo foramine pones aut cannam aut sambucum perforatam, unde habeat spira-

mentum; mittes tamen in eandem ollam cum aceto Jbet ferro rosae siccae unciam semis ac postea ollam ipsam cooperies fimo caballino reccnti, ita ut spiramcn illud ollae per calamum liberum sit, hoc est ut supra molem illam fimi caballini, quo fuerit olla constricta vcl operta, solum spiramen emincat, ut semper habeat anhelitum quindecim diebus, quibus neccsse est, ut in fimo illo perseveret; nam omnino observabis, ne umquam illis XV diebus deoperiatur. Sexta decima die tolles ollam de stercore illo et diligenter mundabis, ne quid illic sordidum haereat, et cum patefeceris ollam, mittes in eam feniculi viridis sucum, quanta est mensura bonae potionis in vino; deinde agitabis diu et colabis linteo tenui et mittes in bucculare rude vel diligenter nitidatum, deinde lento igne decoques et semper agitabis; cum aliquantulum coxerit, addes in sextarium medicaminis tria coclearia mcllis optimi despumati et iterum diligenter coagitatum repones in ampulla vitrea aut pyxide cuprea ac sub signaculo habebis et cum opus fuerit, ad caliginem et albuginem detergendam interius oculos inunges. Ad praesentem autem impetum vel dolorem, quamvis vchemens sit, desuper oculos inlines. Quod si grandis fervor oculorum et acres vel frequentes lacrimae erunt, etiam tempora et frontem medicamine inlines, ita ut in die vel quater superlinas, et cum siccata fuerit superlitio ipsa, non elues eam, sed semper addes novam inductionem. Quod si scabri oculi fuerint aut vermes, qui palpebras exarent, et inde sit tumor invectus, cilia superiora et inferiora, id est palpebras ipsas, ubi causa valetudinis cst, inunges: cxperieris ad omnia fere oculorum vitia mirificum medicamcntum, si castus et purus eo utaris; de quo tamen, dum in fimo est, vix tertia aut certe media pars remanere debet, ita enim melius fiet. Nam quanto plus consumitur vapore fimi illius, tanto magis confortatur et ideo maior olla esse debet, ut propcnsius medicamen fiat, quod et diu scrvari oportet et multis necessarium cst.

Ad oculos scabros et palpebras pcrforatas umore 128

vetusto vel pedunculis exesas remedium praesens bar-
baricum quidem, sed multis probatum: Scarabaeum pilo-
sum, qui similis est scarabaeo vero, in sepibus vetustis
lapidosis aut in fossatis sepium requires, qui cutiones
sunt colore pseudoflavo quasi leonino pilosi lucentes.
Ante ergo quam illum cutionem tollas, folium caulis primo
mane cum suo sibi rore vel gutta conclusa in eodem folio
teneatur, ut, ubi cutionem illum inveneris digitisque pol-
lice et medicinali adprehenderis, confestim supra folium
illud caulis teneas, ut supra guttam illam lotium eius ex-
cipias, quia ubi manu adprehensus fuerit, statim se sub-
meiit. Providendum ergo, ut velocius supra folium illud
caulis ponatur, ne lotium eius, quod cito effundit, alibi ex-
cidat; quod commixtum cum illo rore caulis per specil-
lum palpebris inpones et loca scabra vel exesa inter pilos
perunges, effectum rei cito miraberis. Quod si casu uno
in loco vel in diversis plures istos cutiones inveneris,
omnium lotium vel umorem, quemadmodum diximus, in
folio caulis umidi statim de horto suscipere debebis et
adiectis guttis aliorum de caule foliorum in vasculo vitreo
recondere, ut cum opus fuerit praesto habeas, quia dif-
129 ficulter huiusmodi bestiolae inveniuntur. Ad albuginem
oculorum detergendam efficax hoc remedium: Vulpem vivam
capies eique linguam praecides ipsamque vivam dimittes,
linguam autem eius arefactam phoenicio ligabis et collo
130 eius, qui albuginem patietur, suspendes. Herbae symphonia-
cae surculum collo eius, qui albuginem patitur, lino sus-
pendes, ita ut per dies triginta illic sit: quanto recentior
131 albugo fuerit, tanto citius sanabitur. Rosmarinum com-
bure et pulverem eius cum melle Attico diligenter tere
ac permisce atque inde inunge, confestim subvenies ei,
132 qui albuginem patitur. Fabam fractam purgatam atque
ustam ad summam levitatem teres et oculos inde albugine
occupatos adsidue ex aqua circumlines, miro remedio sub-
133 venies. Piscis marini felle, qui scorpios dicitur, oculi
inuncti caligine atque albugine quamvis crassa cito libera-
134 buntur. Sanguis columbarum de loco pinnarum eo mo-

mento, quo pinna avellitur, oculis, dum adhuc tepet, debet
infundi, qui ictu aliquo vulnerati aut sanguine suffusi fue-
rint; album quoque ovi incocti cum croco trito oculis
superpositum et lana alba sucida involutum medetur. Ranam 135
de lacu prendes et spina oculos ei subtiliter erues atque
in panno coccineo de licio ligatos oculis interius cruentis
superpones, cito medeberis. Mel Atticum et stercus in- 136
fantis, quod primum dimittit, statim ex lacte mulieris, quae
puerum allactat, permiscebis et sic inunges; sed prius
eum qui curandus est erectum ad scalam alligabis, quia
tanta vis medicaminis est, ut eam nisi alligatus patienter
ferre non possit; cuius beneficium tam praesens est, ut
tertio die abstersa omni macula mirifice visum reddat in-
columem. Ad cicatricem vel plumbum extenuandum et 137
aspritudinem pruriginemque oculorum purgandam et umo-
rem siccandum et ad scabras ac scabidas palpebras atque
alia oculorum vitia unum hoc remedium vel praecipuum
est: Folia oleagina commanducato diligenter eorumque
suco, quem in ore collegeris, cotidie ieiunus oculos ab-
lingito vel inlinito per linguam, celeriter vitia supra scripta
discuties. Ex hirundinum pullis fit calliblepharon bonum, 138
quod aspritudinem pruriginemque oculorum potenter ex-
purgat nec patitur quicquam in his molestiae concrescere,
umidos quoque naturaliter oculos exsiccat, quod hoc modo
componitur: Capita pullorum quam plurima igne lentissimo
comburuntur et trita in pulverem tenuissimum rediguntur-
tur, quae admixta recenti adipe gallinae inunctioni maxime
prosunt. Intibi rustici, de quo nascuntur cauliculi com- 139
plures, contriti sucus in oculum instillatus celeriter cica-
trices et plumbum oculorum eximit. Caput stellionis com- 140
bustum et tritum et melli Attico admixtum oculos lacri-
mosos inunctione adsidua siccat et sanat. Pulmonis haedini 141
combusti cinis prurigines oculorum discutit et scabras pal-
pebras emendat, si quasi stibium inponatur. Felle catelli 142
dierum septem oculi ex melle inuncti cito a leucomate

21 calliblepharion *Cornarius*. 28 cauliculi] articuli *Stephanus*.

liberabuntur; quidam etiam adfirmant efficacissimum re-
medium esse ad detergenda glaucomata, si catello dierum
septem caput viventi diffindatur et de dextra parte cere-
bri oculus dexter, de sinistra sinister intincto illic spe-
143 cillo inungatur. Ut leucomata et albuginem quamvis den-
sam ex oculo detergeas, turam et anturam herbas virentes
nitidissime collectas contundes et per linteum tenue su-
144 cum earum exprime eoque oculos inunge. Leucomata ut
extenues et discutias, utere medicamine, quod conficitur
sic: Pumicis combusti triti 𐆖 XIIII, chalcitidis 𐆖 VIII,
gummis 𐆖 IIII et sinapis pusillum, ut toleretur, adicies;
haec omnia in tenuissimum pulverem redacta in unum
permisce et ex aqua fontana facito collyria crassiora; qui-
bus sic uteris, ut circumdetur tribus partibus cera col-
lyrium, sed extremum collyrii sit leve ac tenue, quod in
ipsum leucoma inponas et iube oculum adoperiri pauli-
sper, ne excidat collyrium; quod si exciderit, iterum repo-
natur, post haec inunge oculum leni collyrio, statim emittet
quasi squamam. Si ergo magnum leucoma fuerit et cras-
sum, ita curabis: sin autem tenue, cum inposueris medi-
camen, maturius tolles; postea vero utere ad inunctionem
collyrio, quod Graeco vocabulo diacopon appellatur; etenim
apud medicos hoc collyrii genus magnam habet effectus
145 sui dignitatem. Turturis fimus ad summam levitatem tri-
tus et cum melle Attico aut etiam alterius generis dum-
modo optimo et despumato inunctus leucomata oculorum
146 potenter extenuat. Galli gallinacei maxime albi fel ex aqua
dilutum et inunctioni adhibitum leucomata oculorum et
147 ypochyses sanat et aciem luminum confirmat. Stercus
quoque gallinaceum album cum oleo vetere tenuissime tri-
148 tum et adpositum idem oculis remedii praestat. Fel vituli
diligenter collectum ad cotylae mensuram in vas aereum
mittitur tenuique igne admoto ita excoquitur, ut spisse-
tur, deinde mellis boni tantum mittitur, quantum fellis
illius decocti remanserit; adiciuntur postea myrrae tri-
tae drachmae duae et croci una et aeris floris pauxillum ac
postea simul omnia diu coagitata ad tertias decoquuntur;

quod medicamen in pyxide aerea debet reponi, satis utile
et leucomatis et cicatricibus et omnibus vitiis oculorum,
si adsidue inde et opportune inungantur. Ut leucomata 149
oculorum efficaciter discutias, ungulas asini viventis lima
et scobe earum quam tenuissimo, qui levitate sua oculos
non offendat, cum lacte muliebri mixto frequenter inungito.
Araneus albus cruribus longissimis cum oleo vetere con- 150
tritus per inunctionem adsiduam leucomata eximit et ideo
plures cum oleo sufficienti teri oportet, ne ante confir-
matam sanitatem medicamen necessarium desit. Cepa 151
longa contusa exprimitur eiusque sucus opobalsamo vel,
quod efficacius est, lacti mulieris admixtus leucomata et
cicatrices et quae Graeci argemata appellant miro effectu
inunctioni adhibita extenuat atque persanat. Anemone di- 152
citur a Graecis herba, quae tantam vim remedii habere
creditur, ut portata ab eo vel subligata collo eius, qui
glaucoma patitur, intra dies quadraginta quinque eum sanis-
simum reddat. Ut glaucoma incipiens celeriter discutiatur, 153
herbam serpyllum decoque et eius aqua oculos adsidue
fove, postea pice liquida pura ac nitida velut collyrio in-
unge, cito recipies sanitatem. Perdicis unius fel, opobal- 154
sami cyathum unum, cyperi Sidonii cyathi partem dimi-
diam, trita haec et ad summam levitatem perducta per-
mixtaque in pyxide plumbea repones et inunctione adversum
glaucomata et ypochyses et caliginem mire uteris. Corvi ma- 155
rini fel inunctioni adhibitum caligines tollit, albugines et
cicatrices extenuat, carnes excrescentes compescit fluores-
que oculorum reprimit. Pisciculi, qui equum marinum 156
similat, fel ovorum albumini mixtum et cum lana sucida
oculis adpositum melius remedium supra scriptis oculo-
rum causis quam ullum aliud medicamen praestare mani-
festum est. Scrofina adipe recenti si quis contritos angulos 157
oculorum, quos Graeci canthus vocant, interius exterius-
que inunxerit, vermiculos, qui noxii sunt oculis, potenter
educit. Sepiae testa interior, quae mollis est, diligentis- 158
sime trita et muliebri lacte permixta atque inunctioni
adhibita supra dictis oculorum causis plurimum prodest.

159 Nardi Indici vel Syriaci ex vino vetere triti siccatique
pulvis pro xerocollyrio oculis inpositus mirabiliter prodest
160 ad valetudines supra scriptas. Mel optimum despumabis, ut
bene purum sit, et admiscebis pari mensura sucum rutae
et herbae chelidoniae atque ad tertias decoques et cum
omnia bene permiscueris, in ampulla vitrea sub signaculo
servabis et uteris miro medicamine ad scabros et lippos
oculos inungendos. Item ad oculorum causas reme-
dia physica et rationabilia diversa, id est oculis
ictu laesis et si quid subito eos fuerit ingressum
et adversum molestias pilorum et ad aegilopas et
ad nyctalopas et ad varulos, id est hordeolos ocu-
lis infestos, his additae infra collyriorum diver-
161 sorum confectiones. Quocumque ictu laesus oculus si
sanguinolentus videbitur, palumbinus ei vel perdicis vel tur-
turis sanguis, aut si haec animalia non erunt, columbinus de
162 pinna sublatus statim, id est adhuc calens, infundatur. Bitu-
mine, sulphure et ture permixtis oculos ictu laesos suffumi-
163 gato, statim sanabis, si frequenter id feceris. Herba, quam
Graeci sarcocollam, nos argemoniam appellamus, si viridis
erit, trita, sin arida, calida aqua macerata, quo facilius teri
possit, inlita oculis sugillationes livoresque eorum mature di-
164 scutit. Sanguine hirundinis recenti ac tepido inunctus ocu-
165 lus ictu laesus et cruore suffusus statim sanabitur. Radix
rutae trita et inlita oculis cruore suffusis etiam commansa et
adsidue posita plurimum prodest; vinum quoque, in quo ruta
166 diu fuerit macerata, rationabiliter infunditur. Mulieris primi-
parae purae ac nitidae saliva ieiunis instillata oculis livorem
167 suffusionemque quamlibet cruentam efficaciter adimit. Her-
bae vettonicae folia teres et salis triti modicum adicies et
super ictu perculsum vel cruoribus suffusum oculum con-
ligabis, mire proderit; nam quando ei id solveris, videbis
ex eo sanguinem destillare, ita omnem causam extrahet.
168 Lana sucida madefacta oleo vinoque permixto ac tepens
oculis superposita optime vitia supra scripta persanat.

33 distillare *Cornarius.*

Ad eicienda, quae casu oculum intraverint, herbam artemi- 169
siam velles radicitus et inde coronam factam capiti inpones;
sed is, cui medendum erit, dum coronam illam in capite
habet, quantum fieri potest, oculos apertos habeat. Digitis 170
quinque manus eiusdem, cuius partis oculum sordicula
aliqua fuerit ingressa, percurrens et pertractans oculum
ter dices: tetunc resonco bregan gresso, ter deinde spues
terque facies. Item ipso oculo clauso, qui carminatus erit, 171
patentem perfricabis et ter carmen hoc dices et totiens
spues: in mon dercomarcos axatison; scito remedium hoc
in huiusmodi casibus esse mirificum. Si arista vel′ quae- 172
libet sordicula oculum fuerit ingressa, occluso alio oculo
ipsoque qui dolet patefacto et digitis medicinali ac pollice
leviter pertractato ter per singula despuens dices: Os gor-
gonis basio; hoc idem carmen si ter novies dicatur, etiam
de faucibus hominis vel iumenti os aut si quid aliud hae-
serit potenter eximit. Leporem marinum vel eius san- 173
guinem cum oleo tere atque ex eo vulsorum de oculis
pilorum loca frequenter perunge; post quod et si rena-
scentur pili, molliores erunt; quibus iterum evulsis supra
dictum medicamen inducito, tum vero non renascentur.
Si autem etiam lacrimas oculi destillantes adsidue vitare 174
vis, hederam et vitem exustas et in pulverem tenuissimum
redactas pari mensura cum supra scriptis permisce ad
spissitudinem mellis atque inde inducito vel superline fre-
quenter oculos et confestim defluet umor noxius et ad-
versum vulsos palpebrarum pilos proderit. Si felle hyaenae 175
loca, quibus molesti sunt pili in palpebris nati, adsidue
tangantur, confestim tabescent; certe si prius vulsis super-
ducatur, non renascentur. Pilos oculis molestos si extir- 176
pare penitus volueris, loca eorum, cum prius evulseris,
ranae marinae felle continge; quod si fel eius repositum
aruerit, aquam marinam ei modice admisce. Si cui volueris 177
pilos vulsos non solum in oculis, sed etiam in locis vere-

1 *a verbis* ad eicienda *codex rursus incipit.* eiciendam.
14 pertracto 30 superducantur.

cundioribus non renasci, lacte mulieris eo die expresso
quo peperit continge crebrius loca, de quibus pilos tuleris.
178 Pili si oculis molesti erunt, potenter uteris hoc medi-
camine: Lacertae viridis fel misce cum vino albo, quantum
sufficere existimaveris, et mitte in vas aereum positumque
ad solem tam diu agita, donec crassitudinem mellis habeat,
179 atque ex eo loca pilorum vulsorum unge. Lucernam ficti-
lem de papyro et medulla vaccina concinnato atque eius
fumo sive fuligine vel ligny pro calliblepharo utere, quo
palpebras exesas et glabras saepius inungendo decentissi-
180 mas facies. Glabris palpebris pilos induces, si oesypo,
quod sub armis ovium nascitur, adiecta myrra pariterque
in mortario trita specillo calido loca pilis nuda perduxeris.
181 Pilos oculis molestos diligentissime velles atque eorum
loca hircino sanguine recenti aut leporis aut vespertilionis
inlines vel canino lacte continges aut acu cuprea calido
182 aceto saepius delibuta perduces. Capnos nomine est herba,
cuius sucus vino mixtus atque inlitus locis, de quibus pili
183 ab oculis fuerint extirpati, renasci eos non permittit. Ra-
nunculum viridem conprehensum acu cuprea pungito et
sanguine eius excepto palpebras, de quibus pilos tuleris,
184 subinde continge, numquam renascentur. Sanguisugarum
in olla conbustarum tritus delicatissime cinis et vulsis pilis
palpebrarum inpositus vel inspersus renasci eos non sinit.
185 Adipe vituli si palpebras crassiores perunxeris, extenuabis
eas et ad sanitatem perduces. Eiusdem medulla cum cera
et oleo rosaceo aequis ponderibus liquefacta et permixta
et ad emplastri modum inposita duritias palpebrarum et
si qua illic in modum pilularum nascuntur, conmollit ac
186 discutit. Aegilopia emendat fimus columbinus ex aceto
coctus et inlitus; cicatrices quoque oculorum et albugines
187 mire detergit. Inulae rusticae radix valide commanducata
et cum suco suo inposita aegilopas potenter emendat; quae
quia ubi aruerit cadit, recentior, donec persanet, adsidue

9 calliblefario. 11 ysopo. 12 mirra. 13 spicillo.
15 vespertillionis. 25 peruncxeris.

debet inponi. Ad nyctalopas abolendas lychnitem lapidem, 188
quem nos carbunculum dicimus, tecum habeto, magno remedio uteris; quem ut verum esse scias, sic experire, si festucas leves admotas ad se rapit, sicut lapis magnes ferrum rapere consuevit. Iecur ovillum, id est ovis candidae, 189
discoctum cum aqua madefactum contritumque et oculis superpositum nyctalopas purgat. Varulis, id est hordiolis 190
oculorum, remedium tale facies: Anulos digitis eximes et sinistrae manus digitis tribus oculum circum tenebis et ter despues terque dices: rica, rica, soro. Si in dextro 191
oculo varulus erit natus, manu sinistra digitis tribus sub divo orientem spectans varulum tenebis et dices: Nec mula parit nec lapis lanam fert nec huic morbo caput crescat aut si creverit, tabescat. Cum haec dixeris, isdem tribus digitis terram tanges et despues idque ter facies. Efficax 192
hoc remedium hordiolis: Novem grana hordei sumes et de singulis varum punges perque singula puncta carmen dices et proiectis novem granis septem alia corripies et similiter de singulis punges et carmen septies dices, abiectis etiam his quinque sumes et idem quinquies facies, idem de tribus granis similiter, idem de uno similiter. Carmen autem hoc dices: *κυρια κυρια κασσαρια σουρωρβι.* Item hoc remedium efficax: Grana novem hordei sumes et 193
de eorum acumine varulum punges et per punctorum singulas vices carmen hoc dices: *φεῦγε φεῦγε, κρείων σε διώκει.* Item digito medicinali varum contingens dices ter: vigaria gasaria varumque grano hordei ardenti aut stipula faeni aut palea ures. Confectiones collyriorum diversorum de experimentis sic. Collyrium stactum ad 194
recentes caligines et coeptas suffusiones oculorum conficitur sic: Cadmiae X VII S, nardi Celticae X IIII, acaciae X I S, aeris usti X I S, stibii cocti X I S, myrrae X I, lyci X I, croci X I, cerussae X I, aloes X I, aeruginis X I, lepidae Cypriae X I, opii X I S, piperis grana XX, castorei X I S, gummis X VII. Haec omnia in pulverem tenuis-

2 quam. 4 fistucas. 7 ordiolis. 18 et *post* dices *om.*

simum redacta aqua pluviali colliges et collyria inde for-
195 mabis, quae in umbra siccentur. Collyrium nomine mone-
meron facit ad impetus lippitudinis ex ovo inunctum, ita
ut cum ovi liquidissimo inunxeris lippientem, pusillum su-
stineat et iterum eum inungues; quem cum bis aut ter
inunxeris, eadem die iubebis lavari. Hoc collyrium facit
ad scabritudines et diatheses tollendas ex aqua inunctum,
recipit autem haec: Lapidis haematitis X̄ XII, pompholygis
X̄ XII, croci X̄ XII, myrrae X̄ XII, aeris usti X̄ VI, nardi
Syriaci X̄ XII, piperis albi grana XX, opii X̄ VI, gummis
X̄ VIIII. Haec universa in pulverem tenuissimum redacta
postea cum Falerno vino conteres atque inde collyria facies,
196 quae diu in umbra siccentur. Collyrium dia libanon ad sup-
purationes oculorum conficitur sic: Cadmiae X̄ S, cerussae
X̄ II, opii X̄ I, gummis X̄ S, rosae siccae X̄ I, gentianae
X̄ S; pulverem tenuissimum ex his factum cum aqua plu-
197 viali teres et ita collyria qualia volueris effinges. Colly-
rium dia lepidos accipit haec: Croci X̄ IIII, spicae nardi
X̄ V, cadmiae X̄ I S, haematitidos X̄ I, piperis grana V,
myrrae X̄ I, aeris usti X̄ S, lepidae X̄ I, gummis X̄ I, rosae
viridis foliorum purgatorum X̄ II; haec, ut supra de aliis
collyriis scriptum est, trita aqua pluviali subiges et ita
198 collyria formabis. Collyrium ad lippitudines et primos im-
petus oculorum conficitur sic: Acaciae X̄ X, cadmiae com-
bustae et de lacte capruno aut muliebri, quod melius est,
extinctae et tunsae et cribratae et lotae bene, donec aqua
eius limpida sit, X̄ X. Hoc quoque pluviali aqua colliges
199 et ita collyria formabis. Collyrium dia misyos, quod facit
ad aspritudines oculorum tollendas et ad lacrimas sub-
stringendas, conponitur sic: Misy conbures hoc more, coi-
cies illud in pultarium et purgabis et in furnum mittes,
ut tam diu coquatur, donec sit sanguineum. Huius ergo
X̄ V, spicae nardi X̄ V, croci X̄ II, cadmiae X̄ S, aeris
usti X̄ S, opii X̄ S, myrrae X̄ S, lepidae Cypriae X̄ S,

4 inuncxeris, *item* 6. 7 diathesis. 13 dialibanos. 28 mi-
sios, *item* 30. 32 ut *om.* 33 aeris usti X̄ S *om.*

gummis 𐆖 I S. Haec tunsa et cribrata cum vino optimo teres atque inde collyria formabis. Quidam adiciunt huic collyrio viperam siccam et arefactam bene in sole, tamquam si sit salita; hanc ergo si volueris adicere, exossabis prius et linteolo involves atque ita super eam vinum, unde collyrium hoc temperandum est, defundes, sed prius eam sic praecantabis, ne lacrimus exeat, ne extillet, ne noceat. Dices autem: Quomodo tu non vides, sic et tuus sucus gustatus nulli noceat, sed ob rem, propter quam adiecta es, proficias bene curatione precor. Collyrium 200 liquidum delacrimatorium accipit haec: Chelidoniae herbae suci 𐆖 S, mellis Attici 𐆖 I, opobalsami 𐆖 S, suci porri 𐆖 S. Haec mixta de ipso suco colliges vel de aqua fontana atque ita collyria formabis. Collyrium siccum oculis siccandis 201 utile conficitur sic: Cadmiae 𐆖 I, aeris usti 𐆖 I, stibii 𐆖 I; adicies huic collyrio, si acrius illud facere volueris, stactes 𐆖 S et tundes atque cribrabis per tenuissimum cribrum et sic pulvere uteris. Aliud siccum collyrium ad idem 202 efficax sic: Cadmiae 𐆖 VIII, salis ammoniaci 𐆖 VII, piperis 𐆖 V, casiae 𐆖 V. Tundes haec atque in pulverem tenuissimum rediges et sic uteris. Collyrium siccum callible- 203 pharon conficitur sic: Stibii conbusti 𐆖 I, piperis albi 𐆖 S, folii capitulum unum, stibium conbures et lotio pueri inpubis extingues et siccabis et tundes et cribrabis et sic uteris. Collyrium di oxus ad aspritudines oculorum tollen- 204 das conficitur: Cadmiae 𐆖 XII, aeris usti 𐆖 X, haematitis 𐆖 V, myrrae 𐆖 IIII, gummis 𐆖 VII. Haec in pulverem redacta aceto optimo colliges et deinde collyria formabis. Collyrium stactum accipit haec: Piperis albi 𐆖 II, cadmiae 205 𐆖 VII S, cerussae 𐆖 V S, Indici 𐆖 V S, opobalsami 𐆖 S, gummis 𐆖 VIII. Haec in pulverem redacta Falerno vino temperabis et colliges. Collyrium diapsoricum accipit haec: 206 Piperis albi 𐆖 I, croci Siculi 𐆖 I, myrrae 𐆖 II, amuli 𐆖 I, opii 𐆖 S, opobalsami 𐆖 S, gummis 𐆖 II. Aqua pluviali haec colliges tunsa atque cribrata atque inde collyria facies. Collyrium 207

4 sallita. 16 stactes 𐆖 S] stactos V. 31 pulvere.

dia libanu: Cadmiae X I S, cerussae X I, turis masculi
X I, opii X I, gummis X I. Aqua pluviali colliges haec
similiter tunsa atque cribrata atque ita collyria formabis.
208 Hygra ad suppurationes oculorum conficitur sic: Croci
Siculi X I, turis masculi X I; ex melle optimo despumato
haec bene trita colliges et cum eo prius bene permisce-
209 bis et sic collyria facies. Collyrium idem, id est hygra,
recipit haec: Croci X III, aeris usti X V, cadmiae X II,
haematitis X V S, folii X I, amomi X I, stibi X I, cerus-
sae X I, myrrae X I, opii X I, piperis albi X I, gummis
X II S; vino Amineo tunsa et cribrata haec colliges atque
210 ita collyria formabis. Collyrium di aloes conficitur sic: Cad-
miae X I S, haematitis X V, ammoniaci X I S, opii X S,
aeris usti X S, aloes X II, aeruginis X S, opopanacis X S,
salis ammoniaci X I, galbani X S, myrrae X S, fellis tau-
rini X S, lepidae X S, gummis X I S. Cum aqua pluviali
211 haec in pulverem redacta teres et formabis. Collyrium
dia smyrnes recipit haec: Croci X I, cadmiae X S, haema-
titis X I, myrrae X S, misui X S, piperis X S, opii X S,
gummis X S; pulverem tenuissimum harum specierum cum
212 vino vetere teres et collyria inde formabis. Hygra ad sup-
purationes oculorum recipit haec: Cadmiae X VIII, spodi
X IIII, stibi X VII, croci Siculi X VII, amuli X VII, opii
X IIII, gummis X IIII. Haec in pulverem subtilissimum
213 redacta cum aqua pluviali teres et formabis. Descriptio
xerocollyrii, quod calliblepharon dicitur: Piperis — I,
stibii — I, folii — I, lapidis Phrygii P. I, quem lapidem
divides in partes septem et conbures, conbustum extin-
gues hoc modo: unam partem in balsamo, alteram in
omphacio, tertiam in lacte muliebri, quartam in vino, quin-
tam in urina infantis, sextam in butyro, septimam in melle
Attico; quae omnia in minutissimum pulverem redacta cri-
brataque miscebis; quod si acrius esse volueris, adicies

1 dialibanu] diadianoy. 4 croci Siculi] crocodilli. 11 ammineo. 12 diacoles. 15 mirrae. 18 diasmiras. 21 vetere teres] veteres. 26 xyrocollirii. callebleforan. 27 frygii. 30 omfacio.

balsami unciam, piperis semunciam. Descriptio acharisti 214
collyrii: Aeris usti et loti — II, cadmiae lotae — II et
𐆖 VI, croci — I, opii — I et 𐆖 VI, myrrae troglody-
tidis 𐆖 III, turis VI, gummis 𐆖 XVIII, vini optimi quod
sufficiat, quo omnia colligantur et collyria fingantur. De- 215
scriptio trachomatici collyrii: Aeris usti et loti 𐆖 XVIII,
cadmiae lotae 𐆖 XVIII, lapidis haematitis — I, chalcitis
ustae 𐆖 VI, aeruginis 𐆖 VIIII, opii 𐆖 VI, gummis 𐆖 VI,
aquae pluvialis quantum satis sit ad colligendum pulve-
rem et collyria formanda miscebis. Descriptio Musae col- 216
lyrii: Aluminis schisti 𐆖 XVIII, aloes 𐆖 XVIII, myrrae
𐆖 XVIII, croci VIIII, crocomagmae 𐆖 VIIII, chalcanthi
𐆖 XVIII, mali granati caliculorum semunciam; quae trita
diligenter oenomeli confundes et colliges et formabis. De- 217
scriptio rosacei collyrii: Rosae — VIIII, cadmiae lotae
— III, aeris usti 𐆖 VII, croci 𐆖 XII, stibii 𐆖 VIIII, aeru-
ginis 𐆖 VII, spicae nardi 𐆖 VII, myrrae 𐆖 VII, opii
𐆖 XII, gumminis — III, aquae pluvialis adicies quantum
sufficiat ad colligenda et formanda collyria. Descriptio 218
stacti collyrii: Cadmiae P. I, stibii P. S, aeris floris — III,
misui — IIII, piperis — III, aeruginis — II, opii — II,
balsami — II, gumminis selibram. Haec omnia diligenter
trita et cribrata aqua pluviali colliges et formabis. Colly- 219
rium, quod Proteus dicitur, facit ad oculorum suffusiones
et ad omnem caliginem et albugines detergendas, confici-
tur sic: Cadmiae ustae et lotae — V, psimithi loti — V,
chalcitis non ustae — V, auripigmenti loti — II, piperis
albi — III et 𐆖 XVIII, croci vino infusi et triti — II,
myrrae troglodytidis — I S, guttae ammoniaci — II S,
rosae siccae — V. Omnia haec diligentissime teres ad
summam levitatem, tum addes sagapeni — III, laseris
— II S, opopanacis — II S, opii — S, gummis — II S,
balsami — II. Quae permixta atque confusa caelesti aqua
colligentur atque ita collyria formabuntur.

3 troglotidis. 11 scisti. 20 flos. 24 proteum. 26 spimiti (*sic*). 29 trogloditis. 34 *post* formabuntur *add.* legi.

## CAP. VIIII.

### Ad aurium dolores universos et vitia omnia et surdiginem.

1 Fellis caprini ℈ I, mellis ℈ I conteres et in strigili
calefacies et infundes et lana occludes aurem. Nihil hoc
medicamine potentius neque certius, etiam si intrinsecus
2 canceraverint aures. Porros virgines, id est non plantatos,
inpari numero et lumbricos terrenos inpari numero capies
et simul ex oleo optimo ad tertias decoques et tepidum
3 inde quod sufficiat infundes auriculae. Laser cum lacte
capruno incocto recenti miscebis et inde aures prius di-
lues ac postea fel taurinum et oleum cedrinum aequis
portionibus mixtum tepens infundes: hoc dolores mire mul-
cet et dubium auditum confirmat et pus collectum expur-
4 gat. Coriandrum viride teres et in vini cyatho miscebis
et colabis et lana molli in aurem instillabis et eadem lana
5 obstrues aurem. Ad aures, quae graviter dolent et vetera
vulnera intrinsecus habent, mellis optimi unam partem,
aceti acerrimi duas partes confusas decoques fervoribus
tribus et longius ea ab igne removebis, donec commotus
fervor conquiescat; tum nitrum addes eo usque, donec ex
vapore agnoscas nitrum resedisse et iterum leni igne re-
coques, ne efferveat; tunc addes fel hircinum vel capru-
num vel verrinum aut porcinum, dum non de scrofa, et
commovebis et iterum concoques ac tepefacies et inde
6 quantum satis est auribus infunde. Adeps ranarum palu-
strium liquefacta si tepens in aures infundatur, dolores
7 nimios mitigabit. Dolor aurium sedatur etiam canino lacte
8 et ursino, si recens instilletur. Terreni vermes cum an-
seris adipe vel cum oleo decocti sine dubio medentur
9 auribus purulentis. Urina apri servatur in vitro, sed melius
cum vesica ipsius, quomodo ei sublata fuerit; haec tepens
10 infusa auribus unice prodest. Bestiolae multipedes, quae

2 infundes in lana et obcludes. 4 virginis. 5 capies *om.* 16 dequoques. 20 etferveat. caprunum] aprugnum *Cornarius.* 21 aut *om.* 25 late.

contactae in globulos conplicantur, in oleo excoctae in-
fusaeque auribus statim prosunt. Tres araneae viventes 11
in oleo si ferveant ad focum positae atque inde tepidum
auribus quod sufficiat instilletur, cito remediant. Sevum 12
vitulinum adipe anseris mixtum adiecto ocimi suco tepi-
dum auribus infusum optime sanat. Rafani quoque, id 13
est radicis quae manducatur, sucus infusus auriculae do-
lenti infinitum prodest. Gari excellentis cyathum et aceti 14
optimi cyathum et mellis dimidium cyathum super aquam
ferventem in alio vaso coques et frequenter despumabis
de pinnula tepidoque medicamine aures inrorabis et con-
chyliata lanula claudes: valde hoc remedium inter experi-
menta laudatur. Fraxini tenerrima folia tundes et exprimes 15
sucum eorum atque auribus dolentibus tepidum infundes.
Fraxini recentem surculum, id est umore proprio adhuc 16
madentem, ex una parte in foco pones et cum per aliam
partem sucus ebulliet, suscipies eum diligenter et oleo ad-
dito tepefactum auribus instillabis. Cardui silvatici semen 17
ex oleo coques ita leniter, ne uratur, quod postea cola-
bis per linteolum et tepidum infundes dolenti auriculae
ac deinde lana purpurea obturabis. Croci, myrrae, turis 18
uncias quaternas conteres et adicies mel Atticum, quan-
tum sufficere putaveris, ac decoctum medicamen auriculae
infundes. Galbanum cum oleo rosaceo remissum et ter 19
aut quater infusum auribus mire dolores tollit. Aluminis 20
liquidi — IIII, mellis — III, aceti quartarios tres; alumen
cum aceto teres et simul omnia concoques ad tertias; hoc
medicamen tepidum auriculae infusum pus optime purgat,
vermes necat, aquam etiam si intraverit educit. Herbae 21
polygoni, quam nos sanguinalem dicimus, sucus expressus
et infusus mira efficacia dolorem ulceraque aurium sanat.
Adeps anseris miscetur croci suco et alei contusi suco, 22
quae infusa auribus incommodos sonitus tinnitusque earum

4 remediant *scripsi:* remed *in fine versus,* medebuntur *Cornarius.* 5 et adipem *pro* adipe. 6 rafini. 13 tenerrimi. 15 umorem. 16 et *om.* 27 conquoques. 29 aqua. 33 incommodis.

23 proprie et unice tollunt. Pueri investis urina recens auri-
culae dolenti et ulcerosae instillata omni umore siccato
24 et dolorem tollit et ulcera mira celeritate persanat. Lotio
humano vetere si quis iam desperatum aurium vitium elue-
25 rit, saluti integrae lenito dolore restituet. Fel ovillum
mulso mixtum si clysterio addideris et inde auriculas in-
rigaveris, expurgatis ulceribus certissimam sanitatem con-
sequeris; idem fel cum lacte mulieris instillatum etiam
26 ruptas interius auriculas certissime sanat. Coriandri viri-
dis sucus cum lacte muliebri mixtus infusus auriculae
27 dolorem omnem potenter aufert. Cannabi seminis viridis
28 sucus tepens instillatus auribus dolorem prime tollit. Sene-
cionis herbae sucus itidem auribus insertus eandem effi-
caciam praestat, quod ab experto scriptum et proditum
29 est. Si auricula aliquo pacto vitiata fuerit, anserina adipe
30 infusa diligenter expurgabitur sanitatique reddetur. Con-
positio medicaminis ad omnia fere aurium vitia sic: Mellis
sextarium, aceti bene acris heminam, radices quae man-
ducantur tres mittes in ollam rudem bene lotam, sed
mundatas et integras radices mittes et pariter decoques;
sed ut non refrigeretur medicamen, citato igne usque ad
modum luti aquatioris decoquatur, deinde cum refrigera-
tum fuerit, condes illud in vasculo vitreo ac tepefactum,
quamdiu dolorem et tinnitum vel sonitum auriculae per-
31 leniat, in aurem de specillo infundes. Infirmatis auribus
prodest praecipue picis flos, quem pisselaeon Graeci vocant,
cum oleo communi mixtus, ita ut tertia pars sit olei.
Nam et dolorem sedat et non patietur suppurationem fieri
et si facta fuerit, eodem medicamine persanatur. Ad sum-
mam ego ipse diu vexatus auris taedio, cum multis fru-
stra usus essem medicamentis, ab hoc sum persanatus
et alios conplures sanavi. Florem autem picis appello,
qui excipitur, dum ea coquitur, lana superposita eius
vapori; hoc etiam gravem odorem de aure protinus tollit.

6 mulso *om.* 12 prime] apprime *Cornarius.* seni-
cionis. 15 ansarina. 22 luti] liti. 25 spicilli. infirmitas.
31 sum persanatus] super sanatus.

Ad auriculae tumorem et dolorem sine ulcere prodest her- 32
bae urceolaris aut cucurbitae ramentorum sucus recens ac
tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus.
Cutiones bestiolae sunt multipedes cute dura et solida, 33
quae tactae conplicant se in orbem pilulae rotundissimae,
polypodas Graeci appellant; hae conplures coctae cum oleo
molli in vaso ferreo remedio sunt auribus laborantibus,
si inde curentur. Gliris pingue et gallinae adeps et me- 34
dulla bubulina vel taurina liquefacta tepensque infusa auri-
bus plurimum prodest. Bene facit hoc medicamentum et 35
ad tumorem et ad exulcerationem aurium: Aceti acris
sextariis duobus incoquuntur mala granata duo, quibus co-
riarii utuntur et quia semper acida sunt nec umquam
maturescunt, rhoas oxias haec Graeci dicunt. Tum deinde
adiciuntur his et admiscentur aluminis fissi — II, acaciae
suci II et cum bene permixta haec et coagitata fuerint,
reponitur medicamentum in ampulla vitrea; cum opus est,
ad tumorem calidum per strigilem infunditur et foramen
summum auriculae lana sucida tegitur, ad ulcus autem
frigidius medicamen per eiusdem generis lanam et auri-
scalpium inicitur. Aliud medicamentum ad tumorem aurium 36
et exulcerationem: Mellis cyathi III, aceti acris cyathus I S
miscentur, postea adicitur gari optimi cyathus unus, deinde
carbonibus infervescit, cuius spuma surgens pinnula ab-
icitur et tam diu coquitur vel agitatur, donec habeat spis-
situdinem: hoc calido ad tumorem, frigido ad ulcus, cum
oportebit, uteris. Item bene facit haec conpositio etiam 37
ad veterem aurium dolorem: Aluminis P. I, mellis P. II.
Haec in mortario prius bene permisceri oportet, deinde
olla nova excoqui, donec habeant mellis spissitudinem; cum
opus est, infunditur in auriculam ex lana conchyliata eaque
clauditur; hoc et conbustum locum sanum reddit sine do-
lore et sine cicatrice, si ei protinus inponatur. Si caro 38
excreverit in foramine auris, conprimetur sine dolore aut

1 auricula et umorem. 6 hae] haec. 7 ferreum. 12 inquocuntur. 27 facit] facite. 30 habeat.

ferro hoc pastillo, qui conficitur sic: Aluminis fissi P. II,
aeruginis P. II, misui usti P. II, rubricae Sinopidis P. II,
gummis P. I. Teruntur species priores ex aceto acri, donec
quasi collyrii confectio leves fiant; ultimum gummi adicitur
et finguntur pastilli, qui ad omnia ulcera faciunt aqua di-
luti emplastri more inpositi, cum aut tumores conpescendi
sunt aut cicatrices sedandae; sed aquatioribus his uti
oportet, cum cicatrix ducenda est, ut facilius auriculae
inserantur. Bene faciunt idem et ad nares qualibet causa
39 exulceratas et graviter olentes. Araneas viventes in aceto
macerabis et sic conteres atque inde aurem elues, statim
40 proderit. Mel, butyrum et oleum rosaceum pari mensura
41 permisce ac tepidum auriculae dolenti infunde. Fel ca-
prunum et oleum amygdalinum pari mensura permisce
42 tepidumque laboranti auriculae instilla. Putorem sordes-
que auriculae optime curat cucurbitae viridis sucus et
43 porrus capitatus cum oleo decoctus atque infusus. Ad
auriculae dolorem hastulae regiae radicis sucus cum melle
vel vino infunditur, interdum admisceri oportet turis et
myrrae partem vel capparis foliorum sucum infundere
vel rutae sucum aut eius semen tritum cum rosa et
lentisci sucum cum rosa amygdalino vino admixto infundi
44 oportet. Si pus aut sanies manabit ex aure, malvae su-
cum vino amygdalino inmixtum vel suco rosae vel oleo
rosaceo tepefactum instillari oportet, protinus effectum
45 exhibebit. Draconteae sucus aut semen tritum cum rosa
aut amygdalino vino infusum purulentae auriculae sani-
46 tatem maturrimam praestat. Crocum tritum cum lacte
muliebri si instilletur, tumori auris plurimum prodest.
47 Hysopum contusum et cribratum cum aceto et nitro et
melle infusum bene facit ad tinnitus aurium atque in-
flationes, sed melius si cyprinum oleum admixtum fuerit.
48 Ad tumores et ad dolores auris prodest croci et opii par
49 pondus ex aqua tritum aut ex vino tenui infusum. Opo-

2 rubici senobidis. 5 pastelli. 8 oportit. 9 inferatur. 12 rosaceum *1m* rosacium *2m.* 13 caprunum *1m* aprunum *2m.* 17 astlae rigiae radices. 34 infusum prodest *(repetit).*

panax cum rosa et amygdalino vino trita recte laboran-
tibus auribus instillatur. Alium rotundum tritum cum 50
aceto repostum in pyxide plumbea et cum opus fuerit,
cum aceto et rosa infusum auribus prodest. Opobalsami, 51
rosae, croci unguentarii, opii, singulorum aequa pondera
trita tepefacta infusa auribus prosunt. Virentis papaveris 52
sucus cum rosa vel amygdalino vino vel porri seminis
sucus cum lacte muliebri vel veratrum album tritum cum
amygdalino oleo aut rosaceo vel sucus granorum Punici
mali cum rosa aut oleo amygdalino infusus dolentibus
auribus prodest. Croci — VII, nucis amarae X VII, mellis 53
boni cyathos III, aceti boni quod satis erit mittes, ut
spissitudinem habeat medicamentum mellis liquidi et simul
permixtum atque excoctum dolentibus auribus instillabis.
Murrae, croci, opii, nardi spicae, turis corticis, mali Punici 54
aridi, fabae Aegyptiacae pulpam, nucum amararum inte-
riora, mellis boni, singulorum X quaternos, castorei X II,
aluminis fissi X II, piperis longi X I; tritis diligenter his
omnibus et cum aceto acerrimo mixtis atque excoctis fieri
oportet medicamentum tam temperatum, ut simile sit passo.
Hoc tepefactum instillatur, etiam exulceratis auribus mire
prodest. Ad incipientes dolores aurium et exulceratas aures 55
hoc medicamen facies: Turis — IIII, mellis — III, vini
austeri cyathos II, aceti acerrimi cyathum I, nardi Syriaci
X II, myrrae X I S, croci I S, nuces amaras numero III,
afronitrum victoriati pondus, piperis longi X I, fabae Aegyp-
tiacae grana purgata IIII. Haec omnia primum per se,
deinde in unum mixta teruntur et tepidata dolentibus
auribus instillantur. Castorei obolos II, id est duas partes 56
victoriati, radicis lanariae, salis ammoniaci, veratri albi
idem ponderis, quibus superadicies croci victoriati pondus,
olei irini et mellis parem mensuram, id est singulorum
X XVI. Ea seorsum prius singula trita miscentur in
unum; faciunt bene ad dolorem et ulcera aurium tepide
inserta. Dolenti auriculae oportet farinam hordiaciam per 57
se coctam ex aqua mulsa cataplasmatis more a foris in-
ponere vel farinam lini seminis et faenograeci in unum

coctam vel alteram earum cum farina hordeacea similiter
ex aqua mulsa coctam; oportet etiam extra adhiberi sfon-
gias molles ex aqua calida bene expressas, deinde tepidum
instillare amygdalinum oleum vel laurinum saepius in die.
58 Prodest bene auribus infirmis huiusmodi medicamentum:
Myrrae X̶ I, croci X̶ I, storacis globulos, non ampliores
quam cicer est, numero XXX, piperis longi grana XXX,
nuces amaras numero XXX. Cum aceto haec teruntur
tam diu, donec habeant spissitudinem passi, atque ita re-
ponuntur in pyxide cyprea aut in doliolo vitreo; cum opus
fuerit, medicamentum rosa admixta liquefactum tepidum
59 fiet, quod in lana sucida auribus instillabitur. Nardi Sy-
riaci X̶ VI, afronitri X̶ VI, murrae X̶ IIII, piperis longi
et turis X̶ IIII, mellis Attici X̶ IIII, balani, qua unguentarii
utuntur, in pilulis X̶ VII, fabae Aegyptiacae interiora quae
sunt amara X̶ VII, diligenter et seorsum trita prius haec,
postea permixta cum aceto levigantur et cum res postu-
laverit, rosacei olei quod satis sit admiscebitur atque ita
tepens instillabitur hoc medicamentum, quod protinus om-
60 nes aurium sedabit dolores. Haec quoque conpositio statim
dolores aurium sedat: Centauriae suco, si non sordidum
ulcus fuerit, ex aqua uti oportebit; cum autem multum
61 puris erit, vinum admiscebitur. Supra opinionem efficax
auribus hoc medicamentum: Murrae, croci, opii, nardi Sy-
riaci, turis corticis, mali Punici aridi, fabae Aegyptiacae
quae sunt interiora, nucum amararum itidem, mellis boni,
singulorum X̶ IIII, castorei X̶ II, aluminis fissi X̶ III,
piperis longi X̶ I; omnia prius seorsum diligenter terun-
tur, postea cum aceto acerrimo mixta teruntur tam diu,
donec habeant spissitudinem passi; cum opus fuerit, medica-
mentum instillatur tepidum; idem facit egregie et ad ulcera
62 aurium sananda atque purganda. His, qui surdi sunt et
quorum aures sonant, sucus uvae inmaturae et rosae pon-
dere pari admixtus tepideque infusus plurimum prodest.

1 ordeacea. 3 ex *ego:* et. 4 amigdalinum (*saepe*). 21 centauricae sucum. si non *om.* 24 *post* medicamentum *add.* reperitur *Cornarius.* 32 et *om.*

Faciunt bene ad aurium vitia et emplastra, quae scripta 63
sunt in secundo libro, plurima rosa vel amygdalino vino
diluta, praecipue quae inscribuntur Cyzicena. Terreni 64
vermes cum adipe anseris decocti infunduntur auribus
contra iam deplorata vitia. Spumae argenti 𐆖 VI, olei 65
laurini libram teres in mortario et coques ad spissitudi-
nem mellis et auriculae dolenti infundes. Si autem et
cetera, quae infra scripta sunt, habueris, eadem medicamini
admiscebis: Croci 𐆖 I, murrae 𐆖 II, rosae siccae 𐆖 II.
Haec universa pariter miscebis et auriculae dolenti infun-
des; qua re curabis et concretionem sive ypersarcosim au-
rium, si addes et aluminis schisti 𐆖 II, olei cedrini
cyathos 𐆖 IIII. Adversus gravitatem audiendi fel bubulum 66
cum urina hirci auriculae, quae molestiam surdiginis pati-
tur, instillabis statimque subvenies. Auribus purulentis 67
nitrum vino liquefactum recte infunditur, quia statim prod-
est. Ad aurium dolorem, quae pus emittent, laridum 68
vetustissimum teres in mortario et sucum illum lana de-
licata collectum in auriculam inmittes et subinde aqua
calida fovebis et iterum sucum illum infundes, mira velo-
citate sanabis. Pullinum sanguinem tepidum in eam au- 69
rem, quae obtunsior erit vel dolebit, infundes. Lotium 70
caprinum sub eo momento, quo egeritur, tepidum auri
obtunsae infundes. Apri etiam lotium in fumo siccatum 71
et melle liquefactum auri infunditur et remediat surdi-
diginem vel dolorem. Ad auris dolorem mel stillaticium 72
opus est, quod ita facies. Favum contundes et suspendes
in linteo nitido et denso et quod decucurrerit suscipies
in calice; quem calicem postea pones in ollula fabri cum
calida ferventissima, quantum calix sufferre possit, atque
inde medicinali specillo in aurem infundes, quae dolebit,
quam lana claudes. Iacere autem debet in alio latere is,
cui medendum est, tam diu, donec combibat mel quod in-
fusum fuerit. Sabuci uvam maturam exprimes et pones, 73

1 ad *om.* 12 si *om.* schisti] scienti. 13 cyatos. 14 quae] quem. 23 quo egeritur] coegitur. 29 ollolam fabari 30 sufferri. 31 spicillo. 33 cumbibat.

ut considant sordes, et post haec colabis, ut sit liquidis-
simus sucus; de hoc liquore duas partes mittes et unam
mellis stillaticii aut certe Attici optimi et sic decoques
in vase duplici ad tertias; tum decoctum recondes et cum
opus fuerit, calidum per specillum medicinale in aurem
infundes ita, ut postmodum ipsam de lana marino con-
74 chylio infecta claudas. Cunilae viridis sucus expressus
75 atque auriculae infusus unice dolorem tollit. Vettonicae
herbae viridis et recentis folia vel per se vel in aqua
madefacta terito sucumque eorum excipito, deinde adiecto
rosae suco aut rosaceo oleo tepido in aurem instillato
76 lanaque claudito, mirum est. Si auricula interius ulcerosa
erit, porri sectivi sucum 𝔖 I cum mellis hemina ad ter-
tias decoquito et per lanam tepidum in aurem instillato.
77 Cannabis foliorum sucus auriculae instillatus vermes in-
natos necabit et si quod aliud animal inrepserit, interficiet.
78 Eiusdem seminis viridis sucus instillatus dolorem omnem
79 auriculae potenter avertit. Cepae sucus cum melle per-
mixtus et auriculae instillatus graviter audientes emendat,
dolorem sedat, purulenta expurgat, vermes enecat, aquam
etiam, quae ingressa fuerit, et omnem umorem educit.
80 Cyminum silvestre contritum et suco rutae inmixtum in-
stillatumque auriculae dolorem lenit, ventos quoque inte-
rius sonantes removet atque omne vitium potenter emen-
81 dat. Herbam, quam Graeci polygonon, nos aliquot vocabulis,
sed praecipue sanguinalem dicimus, mira efficacia dolores
aurium discutere etiam nos experti sumus, si expressus
82 sucus eius tepefactus auribus instilletur. Senecionis herbae
sucus cum liquido nardo instillatus et dolores et ulcera
83 aurium sanat. Oleum laurinum strigili ferreae inditum
atque ita calefactum infusumque auriculae dolorem sedat.
84 Vermes ex qualibet arbore rubri coloris contriti cum oleo
85 et infusi dolores aurium sedant. Aqua ingressa auriculam
si dolorem faciet, rubi teneri sucus expressus et infusus

5 specillum] spicille. 6 marina. conchylio *om.*
7 inconfecta. 12 claudito] cladi. 28 senitionis.

sine dubitatione sanabit. Salicis sucus foliorum cum rosae 86
suco aut rosaceo oleo in cortice mali Punici calefactus et
auriculae inditus mire succurrit. Gallae ex vino decoctae 87
umor instillatus auriculae, ex qua sanies fluit, etiam quae
fuerint purulenta purgabit. Resina terebinthina remissa 88
adiecto muliebri lacte instillata ruptas auriculas potenter
sanat. Nucis iuglandis foliorum sucus tepidus instillatus 89
dolenti auriculae mire proderit. Myrrae tritae victoriati 90
argentei pondus et lanae sucidae non carptae conbustae
pulveris tantundem infuso passo Cretico simul terito, donec
ad crassitudinem mellis redigas; tum calefactum per triduum
auriculae infundito, quarta die sanam efficies et mirabere
magnum remedium. Turis masculi, myrrae troglodytis, 91
croci Corycii tantundem ponderis, nucum quoque amara-
rum tantundem miscebis; sed omnia ad summam levitatem
contrita adiecto aceto temperabis, ita ut medicamen ad cras-
situdinem liquidi mellis adducas; tum in pyxidem plum-
beam transfunde atque illic sub signaculo conditum habeto.
Cum opus fuerit, purgata prius auricula utere, ita ut ex
eo lanulam madefactam inseras. Hoc auxilio usque ad
perfectam sanitatem uti poteris; namque non solum do-
lores aurium, sed et vetera et purulenta vitia potentis-
sime expurgat et sanat. Galbanum rosa liquida aut un- 92
guento nardino delibutum instillatumque dolorem aurium
lenit. Alumen mulso optimo dilutum et lana instillatum 93
dolorem aurium sanat. Gallinae adeps liquefacta et tepide 94
instillata quodlibet vitium aurium sanat. Galli gallinacei 95
ex ventriculo interiore membrana, quae proici solet, are-
facta tritaque ex vino adiecto paululo opii medicamen au-
ribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppu-
rationem eius expurgat et sanat. Adeps anserina cum 96
croci suco mixta et tepefacta ac sic infusa aquam et om-
nem umorem de auriculis evocat et persanat. Quod si
ex ictu aliove casu auricula vitiata fuerit, tum per se

3 inditur. 5 terebentina. 7 nocis. 8 mirrae *item* 13. 13 trocloditis. 18 contum. 24 dilutum *Cornarius*. 29 paulolo.

anserina adeps sola diligenter expurgata lenique igne lique-
facta infusa auriculae et dolorem tollit et vitium persanat.
Eadem adeps adiecto ocimi suco tepefacta instillataque
97 dolores auricularum infantilium levat. Aranei triti umor
expressus et rosae liquidae quantum videbitur inmixtus
lanaque molli madefacta auriculae insertus continuo dolo-
98 rem relevat. Spuma equi recens detracta et cum oleo
roseo infusa auricularum quamvis vehementes dolores re-
99 solvit. Verrinum fel in mali Punici cute sicca tepefactum
100 infusumque purulentas auriculas expurgat. Verris, cum
scrofam saliet, priusquam in terram destillet de verendis
eius, virus exceptum tepefactumque cum aquae modico
auriculae inditum quamvis molestos dolores relevat; quod
101 etiam circa auriculam inlitum plurimum prodest. Apri
lotium infusum auriculae valde medetur; quod quia vetu-
stum magis prodest, collectum servari debet in vaso vitreo,
102 ut sit ad remedia praeparatum. Cum felle vitulino et aceto
pari mensura serpentis senectus, id est exuviae, decocta
et lanula madefacta medicamentum auriculae insertum
maximae utilitatis esse creditur, si prius ferventi aqua de
103 sfongia aurem foveris. Vituli adipem resolutam suco ocimi
adiecto si pariter tepefactam auriculae infuderis, amarissimo
104 incommodo laborantem continuo liberabis. Medulla eius-
dem vituli recens cum cymino contrita infusaque quamvis
magnos dolores auriculae statim relevat et intra triduum
105 tollit. Lotium caprinum instillatum dolorem sedat; quod
magis prodesse suppuratis auribus adfirmatur, ob quam
causam praesentis auxilii plures exceptum et cornu ca-
prino inditum in fumo suspensum diligenter ad necessarias
106 medellas reservant. Pueri inpubis mingentis lotium ex-
ceptum et recens ac tepidum auriculae suppuratae instil-
latum umore exsiccato dolorem tollit et mira celeritate
107 ulcera ad sanitatem perducit. Saliva hominis ieiuni auri-
culae indita vermes, si qui erunt, erumpere ex ea constat.
108 Butyrum recens instillatum umores doloresque aurium

1 leni *scripsi:* leui. 15 lutium. 18 decoctae. 22 infunderis.

sedat. Terrestres lumbrici conbusti ac triti et cum rosa 109
liquida mixti infusique aurium dolorcs citissime scdant.
Lac muliebre mixtum cum sulpure auriculac infusum do- 110
lorcm leuit; epiphoras quoque earum rcsolvit, hoc potentius,
si etiam extrinsccus eodem lacte aures perunxeris. Si 111
dextram aurem aqua ingressa fuerit, sinistro pede insistes
et caput in dextram partem incliuabis; similiter facics e
diverso, si sinistra auricula aquam acceperit. Gari optimi 112
cyathum unum, mellis optimi dimidium cyathum, aceti
optimi cyathum: haec mixta in calice novo denso super
aquam ferventem, quam leni pruna fcrvcre facies, ita de-
spumabis, ut pinnula omnes spumas eicias, deinde cum
bene fuerit despumatum medicamen, recondes et cum uti
volueris, tepefacies et tenuiter infundes et madefacta lanula
aurem claudes. Hoc medicamento ad omne vitium aurium
mirifice uteris; sed si tumor auriculae erit, sucum cori-
andri viridis tepidum prius infundes, deinde supra scriptum
medicamen, cum tumor dcsiderit, instillabis. Purulentae et 113
obtunsae auriculae et dolorem tollcs et auditum confirma-
tissimum reddcs, si prius eluas eam lasere cum recenti
caprino aut mulieris lactc permixto, deinde instillcs tepi-
dum fel taurinum cum oleo cedrino aequis portionibus
mixto. Fellis aut lactis canini ℥ I, mellis optimi ℥ I 114
miscebis, contcres et in strigili calefacies et auriculae in-
fundes et lana occludes; nihil potentius neque ccrtius hoc
medicamine, etiam si intrinsecus canceraverint aures. Car- 115
dui silvatici semen ex oleo coques ita lente, ne uratur, id
colabis per linteum et tepidum infundes et purpura aurem
obturabis. Herba leucadion cum vinaceis in unum trita 116
adiectoque aceto et aqua conmixta exprcsso per linteum
suco eius et cum lana alba auribus inserto post tcrtiam
diem exempta auditum restituere adfirmatur. Cardamum, 117
id est nasturcium, tritum cum fico atque auriculae in-
ditum his, qui gravius audiunt, prodesse fcrtur. Oleum 118

3 sulpore. 5 perunexeris. 6 aquam. 8 si *om.* 9 cyatum (*bis*), *item* 10. 21 stilles. 29 leucadion] *fort.* leucoion.

ex nuce iuglande instillatum auriculae gravius audienti
119 valde prodest. Cedri resina hysopi decocti aqua diluta et
auriculae indita sonitus tinnitusque omnes discutiet et
120 avertet dolorem. Ova formicarum contrita et auribus in-
121 stillata quamvis obtunsos auditus adaperire creduntur. Canis
adeps cum oleo vetere et suco absinthi auribus instillata
quacumque ex causa exsurdatas aures miro modo reparare
122 creditur. Afronitrum delicatissimum et mel optimum et
acetum acerrimum conteres pariter usque ad summam le-
vitatem et auriculae infundes; non solum auditum restitues,
123 sed et dolorem emendabit. Parum audientes acetum uti-
124 liter gargalizant. Si aliquod animal aurem intraverit, prae-
cipuum remedium est murinum fel aceto dilutum instillare.
125 Gliri seu blattae pellis detrahitur et intestina eius deco-
quuntur in vaso aereo novo cum mellis heminis tribus
usque ad tertias atque ita servatur, ut cum opus est
126 strigili medicamentum tepefactum auribus infundatur. Si
caro creverit in auriculae foramine, conprimetur sine ferro
et dolore medicamine tali: Aluminis unciam semissem, misy
usti — S, Sinopidis rubricae — S, gummis — S; tritis
ceteris ex aceto acri et ad instar collyrii levigatis gummen
admiscetur, ut pastilli corpus efficiat, et sicut collyrium
tritum superponitur aut infunditur; hoc et dolori et putori
127 et vulneri medetur auriculae. Corticem de fraxino viridi
contunde ac sucum eius tepidum auriculae adsidue infunde,
128 donec persanetur. Mel, myrram, acetum in se coques et
129 in aurem tepidum mittes. Afronitrum delicatissimum et
mel optimum et acetum acerrimum conteres pariter usque
ad levitatem et tepefactum auriculae infundes. Propter
130 effectum medicamen iterum scripsimus. Porri sectivi sucum
et lotium apri et oleum cyprinum pari pondere coniunges
131 et tepefactum auribus instillabis. Herbam, quae Gallice
vernetus dicitur, conteres et exprimes et sucum eius auri-

2 ysopi. 5 audito adperire. 12 gargaligant (*sic*). 13 acetum. 19 misi. 20 senopi. rubricae *om.* *post* gummis — S *add.* rubrae — S. 25 assidue. 33 *post* auriculae *add.* quae.

culae non audientis infundes; hoc remedium etiam dolorem
emendat. Herbam, quae Gallice dicitur blutthagio, nascitur 132
locis umidis, eam teres sucumque eius, etiamsi modicus
fuerit, cum modico aceti confundes et pariter teres colatum-
que ac tepefactum auribus instillabis. Radicis Syriacae su- 133
cum in aurem, quae auditu difficili erit, infunde, gratula-
beris remedium.

## CAP. X.

### Ad omnia vitia narium et ad pituitam remedia physica et rationabilia diversa de experimentis multorum.

Plerumque erumpit nimius e naribus sanguis, qui cum 1
abundanter fluxit, nisi celerius supprimatur, periculum ad-
fert. Proderit ergo aqua frigida vel posca subinde totam
faciem per sfongiam refrigerare. Acetum acre infundere 2
in aurem prodest, cuius e regione sanguis fluit, aut in
utramque mittere, si ex utraque nare manabit. Gypso 3
totam faciem cum fronte et maxime nares crassius oblinere
prodest et caput frigida aqua multa perfundere. Cucur- 4
bitam quoque medicinalem occipitio adfigere plurimum
prodest, inicere autem intus in narem oportebit cocleae
vivae carnem per se aut cum turis polline tritam. Ver- 5
benam herbam, quae, quia multa est et ubique nascitur,
polygonos appellatur, inseri naribus prodest. Similiter facit
et lysimachios herba trita inposita. Eodem genere prod-
erit et sfongiae particulam praesectam apte forfice et ad
amplitudinem narium figuratam inicere paulo pressius aceto
infectam et interdum eodem inspersam. Gallae et chalci- 6
tidis pulvis curiose tritus atque in unum aequis ponderibus
mixtus insertusque naribus optime sanguinem sistit. Bene 7
supprimit et hoc medicamentum sanguinem de naribus pro-
fluentem: Mali corticis, quo coriarii utuntur, P. I, aluminis
Aegyptii P. I, chalcitidis P. I. Diligenter trita haec et in

3 humidis. 6 difficile. 18 pollinem. 24 calchidis

unum permixta per sucidam lanam inici naribus oportebit.
Facit autem etiam ad omnem ex qualibet parte corporis
8 vel ex quolibet vulnere sanguinis eruptionem. Quoniam
interdum ita, ut diximus, minus curati naris vitio prae-
focari videntur, maxime cum opturato utroque foramine
narium spirandi facultas eripitur, non alienum est scire,
qua ratione utrumque praestari possit, ut neque spiratio
inpediatur nec remedium efficacissimum, per quod opitu-
latio naribus efficitur, excludatur. Oportebit ergo sumere
pinnam anseris quam maximam vel calami scriptorii fistu-
lam modice pleniorem, deinde aptare ad longitudinem nasi
atque ita praecidere, ut ex utraque parte perforata sit,
atque involvere eam fasciola tenui lintea quasi instita et
explere circuitum eius, donec videatur in narem cum cúnc-
tatione quadam recipi posse atque ita ut est circumvoluta
inmergere eam naso aceto acri infectam et per eam ini-
cere interdum acetum acre vel sucum supra dictorum
medicamentorum. Hoc autem remedio magis uti oportebit,
9 cum per utrasque nares fluxerit sanguinis abundantia. Si
quando ulcuscula in naribus fuerint, sanabuntur fomento
aquae purae calidae per molles sfongias et medicamen-
torum infra scriptorum perunctione, id est suco de moris
cum vino tepefacto permixto, conposito ad spissitudinem
10 mellis. Rosae aridae vel recentis foliis tritis ex vino melle
11 adiecto infici nares utile est. Uvae inmaturae suco eodem
modo conposito, quo sucum de moris conponi debere supra
12 diximus, nares fluentes repleri percommodum est. Malorum
Punicorum dulcium atque acidorum suco eodem modo con-
13 posito nares stipandae sunt. Myrtae bacis atque foliis tritis
ex vino in mellis spissitudinem uti, ut supra scriptum est,
14 convenit. De terebinthi, lentisci, rubi fruticibus et foliis
15 suco similiter conposito uti debebis. Sertula Campana ex
16 passo decocta et infusa naribus prodest. Mel per se coctum
et cum galla Syriaca contusa ac tenui cribro transmissa per-
17 mixtum atque infusum naribus prodest. Gravidines narium
sedabuntur, quae ex sole aut perfrictione generantur, ab-
stinentia ciborum salsorum et inter initia vino remoto, aqua

largiore potata, capite et naribus nec minus ore diligenter
operto; nec non fomentum ex aquae calidae vapore per
spongeas molles adhibere extra oportebit, subinde etiam
gargarizare lac tepidum aut umorem tisanae aut aquam,
in qua furfures siliginis deferbuerint, vel aquam ex faeno
graeco decoctam. Sorbitiunculae quoque prosunt, quae fiunt 18
ex amulo vel tisana vel oryza. Ad ulcera in naribus se- 19
danda plumbi stercus, quod scorian dicunt, ex vino myrteo
oleo vicibus adiecto teri oportet, donec spissum fiat, et ita
naribus infundatur. Facit et hoc medicamentum bene gravi- 20
dini narium: Pompholygis X III vino Falerno et rosa vicibus
adiecta teruntur, donec medicamentum mellis habeat tem-
perationem, et ita naribus paulatim infunditur. Ad gravem 21
odorem narium, ozaenam Graeci hoc vitium vocant, prodest
egregie hoc medicamentum: Aeruginis P. I aut squamae
aeris P. I in mellis P. I coqui oportebit et eo uti adsi-
dua infusione. Ad polypos sanandos misy ustum, chalciti- 22
dem ustam, aes ustum, aeris squamam, paribus ponderi-
bus siccata haec bene teres et eo pulvere uteris adsidue.
Quia vero plerumque vexantur nares gravidine, quae ex 23
umore earum efficitur, non alienum est scire eius quoque
rei remedia. Prodest igitur quies unius diei et ab omni
re abstinentia, perunguendae nihilominus nares erunt bitu-
mine liquido aut murra stacta vel pice liquida, postero
autem die pastillus infra scriptus in noctem super cibum
dandus erit et si opus fuerit, per triduum continuum eodem
tempore dabitur, qui recipit haec: Apii seminis X IIII,
anisi X III, alterci seminis, quod hyoscyamos dicitur, X II,
opii denarium dimidium. Fiunt autem pastilli ponderis
victoriati et alii tertia parte detracta, dantur cum aquae
cyathis tribus. Faciunt autem et ad oculorum epiphoras
et stomachi nauseam et deiectiunculas et ad omnem fluo-
rem. Sistet sanguinem sevum ex omento pecoris naribus 24

7 oriza. 9 adiecto *om.* 10 gravidine. 17 misui. calchitidis ustae aeris usti. 18 aeris *ante* squamam *om.* 20 vero *om.* 27 X IIII, anisi X III, alterci seminis *om.* 32 eiectiunculas, *correxi e Scrib.* 33 sistet *1m* sistit *2m.*

inlitum, cocleae contritae et fronti inlitae similiter pro-
25 sunt. Aranei tela sicca adposita subvenit narium cruentis
fluoribus, ex ferventi aqua vapor naribus tractus medetur
26 earum gravidini. Gallinacei cerebrum vel sanguis colum-
binus ob id servatus remedioque adhibitus naribus prod-
est, sed si ex vulnere immodice fluat sanguis, fimus ca-
27 ballinus quomodo egeritur adpositus statim subvenit. De
28 porro sectivo trito nares fluentes recte obturantur. Lana
sucida coicitur in nares cum oleo rosaceo et auriculae de
lana sucida obturantur et ita sanguis profluens continetur.
29 Coagulum agninum ex aqua subactum et infusum naribus
30 fluentibus mire prodest. Adeps de anseribus cum butyro
31 pari pondere infusus profluvium narium sistit. Terra vel
argilla de camino vel de furno antiquo teritur et ex aceto
temporibus et cerebro, naribus quoque inlinitur vel in-
32 funditur, quae res profluentem nimie sanguinem sistit. Tus
et resina in farinam redacta naribus induntur, quod reme-
33 dium etiam ex ore manantem sanguinem cohibet. De san-
guine ipso qui fluit nomen eius in fronte scribe, cui me-
dendum est, adversum profluvium narium, statim sub-
34 venies. Scribes carmen hoc in charta virgine et linteo ligabis
et medium cinges eum vel eam, quae patietur de qua-
libet parte corporis sanguinis fluxum: sicy cuma cucuma
35 ucuma cuma uma maa. Item carmen hoc utile profluvio mu-
liebri: Stupidus in monte ibat, stupidus stupuit; adiuro te
matrix, ne hoc iracunda suscipias; pari ratione scriptum
36 ligabis. Myrram cum nardo puro contere et inde nares
tange mane et vespera, subvenies sanguini nimium pro-
37 fluenti. Verum ferream candentem in aceto adsidue extingue
38 et fumum eius naribus ducito. Ruta saepius olfactata vel
trita inlita sanguinem ex naribus nimis fluentem retundit.
39 Radix urticae capiti inposita, si manibus utrisque supra
caput contineatur, mire prodest adversum profluvium na-
40 rium. Herbae polygoni corona capiti inposita naribus pro-

13 pari *om.* 14 argila. 17 induitur. 25 adiuro te] adiurata. 26 matrix *scripsi:* matris. 29 veru ferreum candens *Cornarius.* 30 olefactata.

fluentibus mirabiliter medetur. Costum contusum et cri- 41
bratum naribus infricato et profluvium sistet et ulcera
sanabit. Ranae rubetae occisae in fumo arefactae parti- 42
cula, quanta videbitur, in linteolo involuta et ex licio collo
suspensa eius, cui nares fluunt, mire prodest. Linum vel 43
papyrus ligata summitati veretri virilis sanguinem pro-
fluentem naribus mire reprimit. Pili caprini conbusti ad- 44
iecta pice et aceto inserti naribus cito sanguinem sistunt.
Lana sucida ex ove femina decerpta atque intorta made- 45
factaque rosa liquida et naribus indita sanguinis abundan-
tiam reprimit. Cocleae tritae cum aceto naribus inditae 46
quamvis magnos fluores sanguinis compescunt. Si feminae 47
sanguis ex naribus nimie defluat, mammillae eius vincian-
tur corrigio caprino. Pilos sub ventre vivo lepori candidos 48
velles et servabis et cum usus exegerit, intortos naribus
fluentibus fulcies. Specularia conbusta ex aceto temperan- 49
tur et fronti eius inlinuntur, cui nares fluunt. Sfongiae 50
Africanae conbustae cinis, si naribus hauriatur, plurimum
prodest. Si et per nares et per os sanguis fluat, herba ver- 51
bena, quam Graeci hierobotanen dicunt, cum suis radi-
cibus ex aqua decocta et percolata potatur. Porrum secti- 52
vum tere et sucum cerebro eius infunde, qui profluvio
narium laborat, statim medebere. Milefolium ex aceto 53
teritur et naribus hauritur, continuo quamvis nimium san-
guinem sistit. Si ex una nare sanguis defluit, diversam 54
auriculam cera obturabis. Carmen ad profluvium sanguinis 55
ex quocumque membro manantis. Locum, ex quo defluit,
digito medicinali tanges et vicies septies dices et quotiens
volueris repetes, donec fluorem pervincas, socnon socnon;
mire prodest. Pollicem et medicinalem digitum a fronte 56
usque ad cerebrum et inde usque ad cervicem duces et
nonagies novies dices: sirmio sirmio; quod ad aurem eius
partis dici oportet, de qua nare sanguis propensius fluit.
Herbam vettonicam teres, cui paululum salis, quantum duo- 57
bus digitis pollice et medicinali capere potueris, adicies

2 sistit. 4 et *om.* 6 papirus. 18 auriatur.

et formatam pilulam rotundam naribus inseres; omnibus
58 vitiis purgatas nares cito ad sanitatem perduces. Polypum
emendat herba proserpinalis, quae Graece draconteum, Gal-
lice gigarus appellatur, vel si sucus eius naribus infunda-
tur vel si papyrus inde infecta et specillo involuta nari-
bus inseratur et postera die educatur. Omnes enim morbi
59 radices extrahi eius iniectione manifestum est. Nares gra-
viter olentes emendat sucus hederae frequenter infusus.
60 Cuius nares fetebunt, remediabitur, si nares muli oscu-
letur; similiter proderit mulieri, si nares mulae basiaverit.
61 Qui polypum patitur, brassicae erraticae radicem conterat
et eius sucum adsidue naribus quantum potuerit ducat,
62 intra triduum remediabitur. Sucum hederae et aristolo-
ciam et cyperum et draconteae semen et melilotum aequis
mensuris contere ac naribus infunde; quo facto non solum
63 fetorem, sed etiam cancroma narium curabis. Naso gra-
viter olente sucus hederae frequenter infunditur, dracontei
quoque sucus cum melle inditur, quae res etiam carcino-
64 mata extirpat. Ficus etiam veteres contritae et in olla
cum posca coctae naribus instipantur; hoc omnia narium
65 vitia emendat. Ruta ex aceto acri conteritur atque inde
pinnula intinguitur; ea in nares coniecta sanguinem fluen-
66 tem efficaciter cohibet. Stercus asinae aridum naribus in-
frictum sanguinem sine intermissione fluentem cito con-
67 pescit. Stercus caballinum exprimitur, dum recens est,
eiusque sucus naribus trahitur ab eo, cui inportunius
68 fluunt. Radicem symphyti, quod alum Gallicum dicitur,
69 commanducet et glutiat qui profluvio narium laborat. Ad
aurem eiusdem partis, de qua per narem sanguis fluit,
dici oportet ter novies *σοκσοκαμ συκυμα*; etiam postea si-
70 militer dices. Scribes in charta virgine et collo suspen-
des lino rudi ligatum tribus nodis ei, qui profluvio san-
71 guinis laborat: *ψ α ψ ε ψ η ψ ε ψ η ψ α ψ ε*. Si in manu dextra

4 si *om. ante* sucus. 5 spicillo. 13 aristolocium. 19 extirpat] exurpat. ollam com posca. 22 intinguitur] infigitur. 27 balcallicum (*sic*) *pro* alum Gall. 31 dicis. 32 linum.

duo digiti medii lino simul copulentur, statim proderit ad-
versum pituitam et gravedinem et destillationem narium.
Cinis testarum ex ostreis, si in morem salis pane colli- 72
gatur et voretur, statim ad removendam gravedinem narium
proderit; porri quoque capitati folia incocta, si sine pane
manducentur, plurimum prosunt. Corrigia canina rudi nec 73
umquam uncta quilibet digitus in quavis manu ligatus
remedium destillantibus naribus praestat. Oleum calidum 74
eunti dormitum ei, qui gravidinem narium patitur, in cere-
brum infunditur et in aures inmittitur, ilico prodest. Ostrea 75
ita ut lecta sunt adhuc testis suis clausa in carbonibus
coquuntur atque ita cibo dantur ei, qui gravidinem narium
patitur; creta quoque Cimolia ex aceto tunsa quam densis-
sima fronti eius inponitur, cui sanguis vel pituita descendit.
Masticem cum pipere mixtam qui diu commanducaverit, 76
calefacto cerebro omnem umorem narium cohibebit. Git 77
calidum tostatum in linteolo conligatum et saepe odora-
tum gravidinem narium et pituitam depellit; tunicae quoque
veteris conbustae fumus frequenter naribus admotus idem
praestat. Proderit ei plurimum, qui gravidinem narium pati- 78
tur, si in charta se emungat eamque alligatam epistolae
modo in publicum abiciat, et si in cinerem se emungat,
aeque proficiet ad sanitatem. Salem torreat et in noctem 79
sibi ad cerebrum in sacco liget, qui pituitam patitur. Cepam 80
Afram conditoriam contusam cum aceto acerrimo commisce-
bis et adpones naribus eius, cui sanguis fluit, et ad se
naribus trahat et quasi sorbeat, statim cessabit sanies et
fluxus inhibebitur. Radicem cannabis brachio dextro ligato; 81
si totum brachium cinxeris de ipsa radice, melius erit,
sin vero partem habueris, collo suspende ligatam licio,
quod in tela fuerit, et ut scias, quanta vis sit huius re-
medii, ubi alligaveris hanc radicem, statim sanguis per-

2 distillationem. 6 corrigio canino *1m.* 7 uncta *Plin.:* uincto *1m* uincta *2m.* 9 gravidinem *1m* gravedinem *2m.* 13 chimmonia. 16 humorem. 23 aeque] ae. 25 commisces. 28 inhibebitur *scripsi:* inhibitur. conupem *pro* cannabis.

82 stringetur: cum solveris et removeris, fluet. Caproficum,
quae in lapide nascitur, colliges sive siccam seu viridem,
id est ipsum pomum, et in pelle caprina involutum liga-
bis de licio, quod in tela fuerit, et ei loco adpones, unde
erit sanguinis fluxio, statim cohibebitur, sive viro de nari-
bus sive mulieri de locis verecundioribus fluat.

## CAP. XI.

### Vitiis labiorum et gingivis et oscidini et oris ulceribus et fetori et linguae pusulis et palati exulcerationi remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

1 Vitia oris et faucium et ulcera, quae in ore fiunt et
celeriter nigrescunt, inter initia oportet rebus simplicibus,
id est aqua calida per se vel mulsa, postea vero decocta
aqua cum lenticula vel palmulis vel capreolis, id est sum-
mitatibus vitium, vel malis cydoneis aut mespilis aut piris
2 Syriaticis aut rosae foliis adiecto melle curari. Adeps an-
serinus aut gallinaceus rimas labiorum egregie curat in-
3 positus. Nigrescentibus ulceribus proderit colluere os aqua,
in qua coctum sit lentiscum vel rubus vel myrtus vel
rhus Syriacum vel oleastrum vel iunci radix, quam Graeci
cyperon vocant, aut similiter adiecta per se et decocta
galla Syriaca. Oportebit autem perungere adsidue ulcera
suco rubi, lentisci, oleastri, rosae viridis foliorum; facit
bene et sal tritum cum melle inculcatum copiose ad ni-
4 gridinem talium ulcerum eruendam. Labia rupta vel exul-
cerata mira celeritate sanabis, si ceram in oleo rosaceo
ad ceroti modum liquefeceris cumque in caccabo vel aci-
tabulo conferbuerit, anchusae radices adieceris et refrige-
5 rato unguine in noctem labia inleveris. In ovi testa mem-
6 brana quae haeret ruptis labiis recte adponitur. Alga marina
sicca candidaque adposita labiis ruptis efficaciter prodest.

*tit.* faetori.
15 myrtus] mirium. 18 *post* Syriaca *add.* contusa *Cornarius.* 20 inculciatum. 25 inlueris.

Alii tunicula vel operimentum pari modo labiis profuturum 7
ut haerescat inprimitur. Sevum bovis vel vituli cum adipe 8
anserino inpositum rimas scissurasque oris optime iungit.
Fagi folia commanducata prosunt exulceratis labiis et gin- 9
givis, si cum umore salivae inponantur. Serpullum herbam, 10
quam Galli gilarum dicunt, ieiunus diu commanducet, cui
os fetebit, et gluttiat. Murinus cinis, id est pulvis exusti 11
muris, cum melle dentibus infrictus halitum fetidi oris
emendat. Folia myrti et lentisci pari pondere et gallae 12
Syriacae dimidium pondus una teri oportet et sparsa vino
mane a ieiuno commanducari vel ori fetido inponi. Capi- 13
tis leporini exusti cinis cum nardo vel cum melle inpo-
situs lenit graveolentia oris ulcera. Acorum Ponticum 14
ieiunus vice masticis mandat, qui emendari voluerit oris
fetorem. Contra oris fetorem origanum et salem pari 15
mensura conteres et inde mane ac vespera gingivas frica-
bis; ut vero os tuum semper bene oleat, cyperum com-
manduca vel intra os tene. Oscidinem herba Britannica 16
viridis sumpta in cibo lactucae modo sanat; tritae etiam
atque expressae sucus si ore contineatur, mire prodest.
Quod si viridem non habueris, aridam infunde vino et
deinde sume eam et exprime illumque sucum intra os ad-
sidue tene aut etiam gargaliza, mire prodest. Cicer colum- 17
binum maceratum tritumque et gingivis inlitum prodest.
Ulcera gingivarum tossillarumque carbunculos hac ratione 18
curabis: Polentae partes duas et salis partem unam bene
contusam conspargito ex mulso, deinde ex his panes tenues
facito eosque furno aut clibano pistoris coquito et cum
opus fuerit, bene contritos ex aqua gingivis inlinito, con-
tinuo sanabuntur. Arboris pruni folia cum vino decoquun- 19
tur, eorum sucus expressus intra os retentus plurimum
prodest. Galbanum melle delibutum ulcera in ore, quae 20
Graeci aphthas vocant, inlitum sanat. Pulvis tenuissimus 21
costi ulceribus, quae in ore erunt, adpositus mire prodest.

2 ut] aut. 8 faetidi. 11 fedito. 15 feture. 25 tossellarumque. 32 dilibutum. 33 aphas. 34 prodest] est.

22 Linguae ulcera vel pusulae bene accipiuntur, si oleae vel
oleastri suco foliorum et sulpure tritis adsidue perfricentur.
23 Rosae flos luteus, alumen scissum, galla, iris pari pondere
omnia diligenter teruntur et oris ac linguae vitia frequen-
24 ter eo pulvere perfricantur. Cyclaminis sucus melli Lycio
aequaliter mixtus linguam et totius oris ulcera potentis-
sime sanat, umorem quoque et pituitam largiter infusam
25 deducit. Pusulae cum subito in lingua nascuntur, prius-
quam idem loquaris, extremae tunicae qua vestiris ora pusu-
lam tanges et ter dices: Tam extremus sit qui me male
26 nominat, et totiens spues ad terram, statim sanabere. Solent
gingivae quorundam fluore infestari, quas praegnates qui-
dam vocant; prosunt his lentisci folia arida contusa et
cribrata tenuiter perforato cribro, facit et cinis eiusdem
lentisci foliorum exustorum inpositus et aqua eiusdem de-
27 cocti os elutum iuvatur. Conpositum hoc medicamentum
prodest gingivis et ad omnia ulcera, quae in ore fiunt, utile
est, quod anthera a Graecis appellatur; recipit haec: Alu-
minis fissi Ӿ III, myrrae Ӿ II, croci Ӿ II, cyperi, id est
iunci, radicis Ӿ III, gallae Ӿ II, rosae lutei floris Ӿ II,
sandaracae Ponticae Ӿ III, turis masculi Ӿ II. Hoc medi-
camine arido uti oportebit vel etiam cum melle mixto ad
parulidas aut epulidas, id est ubi ex transverso gingiva
suppuratur vel ubi super extremum molarem increscit.
28 Moleste interdum gingivis et cancer per os serpit, qui
inter initia neglectus brevi temporis spatio mortis causa
est. Oportet ergo cum primum visus fuerit, antequam latius
serpat faucesque occupet, misy usto quam plurimo cum melle
uti saepius, sed ante dentes et os collui debent oleastri
29 aqua decocti aut corticis mali granati. Prodest et hoc me-
dicamentum etiam in omni parte corporis positum contra
cancerem, quod vocatur Andronios; recipit autem haec:
Mali granati corticis Ӿ X, terrae mali Ӿ VIIII, aloes Ӿ IIII,
myrrae Ӿ II, gallae Ӿ VII, aluminis fissi Ӿ IIII, aeris floris

2 sulpore. 9 quam. 19 mirrae. 20 radices. 21 sandaricae. 22 ad] aut. 25 et *om.* per *om.* 28 misui. 32 recepit. 34 myrrae Ӿ II gallae Ӿ VII *om.* flos.

X II. Teruntur haec siccata curiose, deinde admiscetur pas-
sum Creticum, ut habeat spissitudinem mellis; cum opus
est, vino austero diluitur et solvitur. Facit hoc medica-
mentum et ad carbunculos et ad ignem sacrum et ad
zonam, quam Graeci herpeta dicunt. Coclearum inanium 30
exustarum cinis cum melle gingivis inpositus mire prodest,
si sit haec adsidue curatio. Gingivas umidas et fetentes 31
hoc medicamine mire sanabis: Alumen scissum, tus mascu-
lum, aloen epatitim pari pondere; haec in pulverem tenuissi-
mum rediges et simul permixtis uteris, ita ut prius os vino
vetere conluas et sic gingivis digito medicamen adponas. Utile
est interdum admixto huic pulveri melle despumato gingivas
contingere. Ad gingivarum nimium tumorem et fetorem et 32
carcinomata medicamen hoc facies decrescente luna die Iovis
sic: Piperis grana novem torrebis cum modico lasere et
cucurbitam siccam conbures et caput sardae conbures ac
separatim omnia diligentissime teres, ita ut in pulverem
tenuissimum redigantur, eoque sicco gingivas asperges vel
continges et cum iterum adhibere volueris medicamentum,
vino vetere bono os elues; sed illis diebus, quibus adhibes
curationem, oleum et porcinam nōn manducabis; quo facto
facile te absolves supra scripta omni molestia gingivarum.
Ad ulcera, quae nascuntur pueris vel infantibus utriusque 33
sexus in ore aut in gutture aut in stomacho, quae pluri-
bus uno tempore solent accidere et ideo pestilentiosa ap-
pellantur, valde utile est adhibere medicamen huiusmodi:
Myrrae, nardi Syriaci, aluminis fissi, costi, gallae Syriacae
immaturae, carnis agninae aridae, corticis malorum Puni-
corum, omnium paria pondera seorsum contunduntur et
postea in unum miscentur atque inde dantur ad diem duae
cotylae cum vini austeri cyatho uno. Mali Punici floris X II, 34
myrrae X II, aluminis fissi X II, croci X II. Pulvis ex his
tenuissimus factus insufflatur per arundinem quod satis
sit faucibus vel gingivis; quod factum et intrinsecus et

5 herpetam. 9 epatitem. 14 carcenomata. 20 adhibis. 21 olei oleum (*sic*). 24 in istomacho. 27 mirre. 31 cotylae] drachmae *Cornarius*. cyato. 34 facto.

forinsecus omnibus vitiis oris infantum statim medebitur.
35 Medicamentum, quod facit ad omnia, praecipue autem ad
ea vitia, quae in ore subsistunt et ad abalienationes audi-
tus et ad tumores aurium et puris inde manationem et
dolorem et ad palpebras asperas et ad ulcera sordida in
oculis atque in ano et veretro necnon et ad carbunculos.
Uti autem eo oportet, cum resolvendum et eliquandum est
aliquid ulceris cum melle: cum autem constringendum, cum
vino austero, sed ubi ulcera cicatricem ducere oportebit
aut sordida et taetri odoris expurgari, cum ceroto ex rosa
facto. Proficit autem et ad tumentes atque compressas
feminae vulvas prope os ipsius vulvae adhibitum; est enim
ad omnia muliebria utile cum rosaceo oleo adpositum. Facit
etiam ad narium vitia et polypos et cetera ulcera datur-
que his, qui sanguinem eiciunt, quantum faba est cum aquae
duobus cyathis tepidae, recipit autem haec: Crocomagmatis
optimi X VI, misui usti X V, aluminis rotundi X VIII,
rosae aridae X III, aeris floris X IIII, gallae Syriacae X V,
omphaci aridi X VIII, squamae aeris X VI, chalcitidis ustae
X VII, mellis despumati S I. Haec omnia seorsum prius
et in unum, postea cum vino trita admixto passo atque
melle coquuntur molli pruna in vaso rubri aeris, id est
cupreo, ita ut subinde agitetur et coquatur lentissime, donec
mellis spissitudinem habeat; quod medicamentum recondi
36 debet in pyxide cyprea et signari. Ad ea, quae in ore
subsistunt, et ad puerulorum vel infantum ulcera pestilen-
tiosa: Croci X IIII, myrrae X VI, gallae Syriacae X IIII,
aluminis fissi X II, turis X II, rosae floris X VI, glycyr-
rhizae suci X VIII, iris X VI, crocomagmatis X VI, nardi
Syriaci X V, piperis X I S et eius tertias, costi X III, cin-
nami X VI, casiae X VI, poli X II, mellis quod satis sit.
Haec trita diligenter concorporantur et in vasculo aereo
aut vitreo custodiuntur et cum opus est, vitiis oris et
37 faucium remedio adhibentur. Anthera ad ulcera et san-

16 recepit. 18 flos. 19 calchitis. 27 siricae. 28 gly-
cerizae. 30 siriaci. 31 polli.

guinis eruptiones et ad eminentias quasi callosas circa an-
gulos geusiarum et radices dentium, facit et ad veretra
et ad longioris temporis fissuras in ano, quas Graeci rha-
gadas appellant: Chartae ustae, plumbi usti, squamae rubri
aeris, auripigmenti Ӿ binos, sulpuris vivi Ӿ I; siccis his et
bene tritis uti oportet, est enim efficacissimum omnibus
supra scriptis medicamentum. Anthera ad gingivas tumen- 38
tes et ad ulcera abalienata in veretris et ad ea, in quibus
nimium caro vitiosa excreverit: Cyperi Ӿ II, croci Ӿ II,
myrrae Ӿ I, aluminis fissi Ӿ II, sandaracae Ӿ I. Haec
trita seorsum et in unum mixta reponuntur et sicca supra
dictis vitiis adhibentur.

## CAP. XII.

### Dentium doloribus et vitiis eorum universis remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

Ad dentium dolorem quamvis plurimi dicant forficem 1
remedium esse optimum, multa tamen citra hanc necessi-
tatem scio profuisse. Itaque cum exesus est aliqua ex
parte dens, non suadeo protinus tollendum, sed exciden-
dum scalpro medicinali, qua cavatus est, quod sine ullo
fit dolore; reliqua enim solida pars eius et speciem et
usum dentis praestabit. Sed cum dolor urgebit, varie se-
dandus est partim collutione quorundam, partim comman-
ducatione, nonnumquam suffitione aut inpositione aliquo-
rum remediorum. Prodest ergo colluere os frequenter
radice herbae quinquefoliae incoctae vino, item herba ur-
ceolari et cupressi bacis aqua incoctis; alterci quoque
radix bene accipit aut eiusdem semen linteolo spisso inli-
gatum et aqua saepius infervefactum, etiam sucus eius
tepens dentibus adhibitus plurimum prodest. Suffiri autem 2
dentes oportet ore adaperto alterci semine carbonibus ad-
posito atque subinde os colluere aqua calida, in qua radix

3 racadas. 6 uti *om.* 7 medicamentorum. 21 suffusione. 27 tepens] ptepens.

eius fuerit incocta, interdum enim e dentibus quasi ver-
miculi quidam eiciuntur. Levat dolorem dentium et bitu-
3 men suffitum. Item commanducare proderit mentastrum
vel radicem cotyledonis, quae herba similia folia cymbalis
habet nasciturque fere in parietibus umidis. Pyrethri quo-
que radix commanducata multorum levavit dolorem nec
minus alumen fissum linteolo spisso circumdatum et ita
diutius dolentibus inpressum dentibus medetur. Inponere
vero ipsi dolenti oportet denti totum hoc medicamentum
quasi emplastrum, quod conficitur sic: Peucedani suci X III,
opopanacis X I, turis X II, uvae passae sine granis X I.
Haec omnia per se contundi iubebis, deinde ceram com-
misceri et ceroti modo emplastrum fieri. Ubi fuerit gra-
vior dolor dentis, auriscalpium lana molli involvitur, deinde
tinguitur ferventissimo oleo atque ita denti proximisque
gingivis superponitur; post hoc medicamento dens operi-
tur. Si repetierit aut permanserit dolor nihilo minus, ite-
rum auriscalpium cum lana involutum ex oleo candenti
eodem modo inponi saepius oportebit, donec dolor omnis
4 adimatur. Si quando movebuntur dentes, confirmandi erunt
alumine, quo infectores utuntur et melle Attico, ita ut
duae partes sint mellis, tertia aluminis. Haec misceri et
teri oportet in mortario, deinde in patella fictili fervefieri,
ut spissentur, atque ita recondi in quolibet vaso, dum ne
aeneo. Hoc medicamentum primum auster est et nimis
5 constringit dentes, postea remissius videtur. Proderit motis
dentibus et hoc medicamentum: Aceti acerrimi S I, cedriae
S I, aluminis fissi P. II. Teritur alumen cum aceto, misce-
tur deinde cedria et una omnia vaso aeneo coquuntur
taeda pingui mota, donec in mellis spissitudinem tempe-
ratam redigantur. Hoc medicamento si quis ter in mense
6 dentes perfricuerit, dolorem eorum non experietur. Ad
dentium dolorem bene facit muria ex piscibus lacertis vete-
ribus, si quis ea subinde os colluat, vel herbam peducla-

8 medere. 9 vere. 12 ceram] cetera. 13 empla-
stro. 16 medicamentum. 30 spissitudine temperata.

riam si quis commanducet et subinde pituitam, id est umo-
rem noxium, expuat, vel marrubio sicco contuso et cri-
blato, si quis dentem cum gingivis tegat. Facit bene et 7
aqua, in qua marrubium coctum est, cum os aliquis inde
colluerit; item milefolium commanducatum vel anemones
herbae radix cum pari pondere fici commanducata pitui-
tam dentium detrahit. Cornum cervinum conbustum tritum 8
cum aceto dentibus adpositum prodest. Radix lapathi cum 9
vino cocta vel taeda pinguis incocta aceto vel papaveris
capita et cortex mali Punici pari pondere vino incocta
vel tithymalli radix similiter cum vino cocta vel colocyn-
thidos interiora cum lacte et aceto pari mensura trita atque
permixta vel alterci radix cum aceto cocta vel capparis
radix cocta cum aceto vetere vel iunci radix, quam Graeci
cyperon appellant, vel cucurbitae radix, quam idem sonchon
appellant, vel pyrethrum commanducatum adversum dolo-
rem dentium plurimum prosunt, si et aqua ipsa, qua inco-
cuntur, ore teneatur. Rosae floris quod est luteum X VII, 10
crocomagmatis X VIII, myrrae X VIII, gallae Syriacae X IIII,
his in unum mixtis et tritis uti oportet siccis, ut ex hoc
pulvere gingivae adsidue dentesque tangantur. Rosae lapil- 11
los vel grana, quae in folliculis eius postea quam esse de-
sierit inveniuntur, assabis et in pulverem rediges ad X IIII,
floris quoque eius sicci X II, myrrae X I teri facies et
sicco pulvere adversum dolorem dentis uteris ita, ut prius
os colluas aceto salso tepido. Rosae caninae suci, quam 12
Graeci cynorrhodam vocant, vel ipsius herbae radicis X II,
lyci X I cum vino austero coqui facies et adicies alu-
minis X IIII, myrrae X I et de saepiarum testis quae sunt
interiora X II; his tritis et in unum concorporatis dentes
et gingivas continges, post hoc vino austero os collues.
Cyperi X VIII, sandaracae X VII, gallae duas partes, pipe- 13
ris albi X I, aluminis fissi X II, myrrae X II; et huius
medicamenti similis est usus sicut superioris, ut sicco pul-

1 tumorem. 2 marruvio. 4 marruvium. 5 anemonis. 7 tritutum. 15 cyperon] scorion. sonchon] scocon. 27 cynocytidam; *an* hypocistida(m)? 32 sandaricae.

vere gingivae et dentes tangantur adsidue et post vino
14 vetere os eluatur. Senapis grani X̶ III, piperis X̶ I, her-
bae peduclariae siccae X̶ VI, cyperi idem, nitri X̶ II, pyre-
thri X̶ IIII, origani X̶ III, lauri foliorum tenerorum X̶ I,
bituminis aridi X̶ VI. In sole haec omnia teruntur et ex
aqua; deinde pastilli fiunt, quorum unus ad diem datur
15 commanducandus dentium causa. Piperis X̶ II, senapis in
grano X̶ XII, anesi X̶ VI, uvae passae pinguis exgranatae
X̶ XXIIII, pyrethri X̶ IIII, herbae peduclariae X̶ IIII, hy-
sopi de denario duas partes, lauri folia numero X, aeris
floris X̶ II. Haec cum melle decoquuntur atque inde pa-
16 stilli facti ob salubritatem dentium commanduntur. Em-
plastra autem dentibus dolentibus poni oportet eiusmodi:
Aphronitri X̶ II, piperis X̶ VI, herbae peduclariae X̶ V,
resinae terebinthinae tantundem. Haec colliguntur et inlita
linteolo vel aluta dolenti maxillae inponuntur; sed si ex-
cavatus fuerit dens, inicitur in cavernam eius quantum
sit satis medicamenti ad explendum locum, tum cera te-
17 gitur exterior pars foraminis. Item emplastrum alio modo
conficiendum adversum dentium vitia: Pyrethri X̶ IIII,
cedriae X̶ IIII, amurcae coctae X̶ XVI, sulpuris vivi X̶ XVI,
picis liquidae X̶ XII, bituminis aridi X̶ VII. Aestivis tempo-
ribus confici oportet hoc medicamentum, ita ut sub ortu
sideris canis haec terantur in sole calidissimo, donec habeant
18 ceroti teneri spissitudinem. Item aliud emplastrum adver-
sum dentium dolores: Piperis, pyrethri, sulpuris vivi, soreos,
singulorum X̶ quaternos, amurcae X̶ VI, arboris mori lacri-
mae X̶ V, picis liquidae X̶ II, aluminis fissi X̶ IIII, cedriae
X̶ X, bituminis aridi X̶ VI, herbae peduclariae X̶ II. Simi-
liter sub ortu canis conponitur hoc emplastrum et, ut
supra scriptum est, adhibetur maxillae, in qua dens dolet,
19 linteolo denso vel alutae inlitum. Item aliud emplastrum:
Piperis, opii, olivae Aethiopicae, lacrimae mori, myrrae, sin-
gulorum X̶ binos, hederae nigrae bacarum X̶ IIII, betae

15 risinae terebentinae. 16 dolentis. 24 caledissimo.
26 soreos vel sori. 27 amorcae. lacrimam.

nigrae radicis sucum vel eiusdem foliorum sucum X IIII.
Omnia trita in unum consparguntur et concorporantur et
melle colliguntur atque ita, ut supra scriptum est, confecta
maxillae ad sedandum dolorem dentium et gingivarum et
geusiarum adhibentur. Dentium dolorem sedabit, si quis 20
gramen masticet patienter et in doloris locum conlocet.
Cavos dentes cinis murini fimi inpositus sanat et supplet; 21
dicuntur dentes ei non putrescere nec vacillare, qui mane
ieiunus sub lingua salem adsidue continuerit. Dentem cum 22
dolebis, si circa eum gingiva suppurabit, scalpellabis et
herbae milefoliae radices teneras commasticabis, tum sucum
eius in ea parte, in qua dens dolet, tenebis. Papaveris 23
sucum tritum cum lacte muliebri denti causario infundes,
statim proderit. Carmen ad dentium dolorem mirificum de 24
experimento. Luna decrescente die Martis sive die Iovis
haec verba dices septies: Argidam margidam sturgidam.
Dolorem rumpes, cum calciatus sub divo supra terram vivam
stans caput ranae adprehendes et os aperies et spues in-
tra os eius et rogabis eam, ut dentium dolores secum
ferat, et tum vivam dimittes et hoc die bono et hora bona
facies. Vermiculus in cardone herba inventus phoenicio 25
inligatus colloque suspensus dolori dentium medetur. Cucur- 26
bitae sativae coctae sucus in linteo expressus et in ore ten-
tus et dolorem inhibet dentium et coercet mobilitatem.
Acetum tepidum scilliticum in ore tentum et gingivas tu- 27
mentes constringit et continet dentes vacillantes. Capri- 28
fici radix vino decocta tritaque maxillae inponitur ac de-
super ligatur et illud vinum in ore diu tenetur, valde re-
medio est dentibus. Ruborum cymae tenerae ex vino vetere 29
cocuntur et id vinum saepius ore continetur, interdum et
gargalizatur, quod statim gingivis, uvae et dentibus prod-
est. Quinquefolium, in quo fraga nascuntur, colluitur ex 30
aqua marina, deinde ad tertias decoquitur ex vino aut aceto
idque in ore diutius continetur; etiam exustae eius herbae

4 maxillis. 13 sucum *om.* caurario. 17 rumpes cum *scripsi:* rumpe rum *cod.* rumpes etiam si *Cornarius.* 18 eius *add. ante* ranae. 21 fynicio. 24 cohercet. 25 scillitum.

cinis prodest, si eo dentes infricentur. Vermes terreni,
31 id est lumbrici, decocti in oleo et triti infunduntur auri-
culae ab ea parte, qua dentes dolent; eorundem exusto-
rum vermium cinis dentibus cavis vel dolentibus insertus
et cera opertus facile cadere eos cogit, conburi autem
debent testa candenti. Ossorum ex ungulis porcinis con-
32 bustorum cinis pro dentifricio habitus plurimum confir-
mandis dentibus prodest. Ad dentes cavos et exesos, ne
33 penitus exedantur aut excidant, facies hoc: Gummen, quod
in hedera nascitur, cavo denti inserito. Harenula, quae in
34 cocleis invenitur, denti cavo et dolenti inserta statim prod-
est. Gummen cupressi optime facit, si insertum die ac
35 nocte in cavo dente permanserit. Ut labantes dentes con-
36 firmes, cedrum, quo libri perunguntur, in ore quam diutis-
sime tene et subinde recentius sumito; non solum dentes
confirmabis, verum etiam dolorem eorum avertes. Saepiae
37 os vel ipsius combustae et ex melle contritae pulvis ad-
iecta gutta ammoniaci gingivis et dentibus prodest, si ita
perfricentur, ut ex eo nihil in fauces descendat. Caprino
38 lacte recenti sicut mulsum fuerit os adsidue collutum labo-
rantes ex ictu dentes confirmat. Lentisci decocti aqua
39 intra os frequenter detenta dentes confirmat; idem prae-
stat asparagi silvatici sucus, idem et omfacinum oleum, id
est bonum viride, si calidum in ore teneatur; idem et
inula a ieiuno commanducata praestabit. Ut labantes et
40 dolentes dentes facile excutias, sucum hederae nigrae adiecto
pausillo olei viridis habeto repositum ac praeparatum, ut
cum opus fuerit nares ex eo contingas digito vel perfrices;
quo facto spiritum aliquamdiu introrsum trahes, deinde
calculo dentibus conprehenso hianti ore umorem omnem,
qui ex pituita contractus erit, defluere permittes; infinitus
enim decurret usque ad trium heminarum mensuram. Post
quod oleo puro naribus perfricto et vino ore diluto dentes
sine dolore erunt et facile extrahentur. Ad epiforas den-
41 tium et pituitam, si in dentes inciderit, quam epiforam

13 labentes. 23 omfacenum. a] ad. 33 ore] os.

Graeci appellant: Ligustri folia commanducato sinitoque
egeri pituitam saliva inritatam, quae dum hianti ore decur-
rit, dolor desinet. Sine dolore autem qui cavi et inutiles
sunt decident medicamine tali: Piperis grana numero V,
gallae et galbani et afronitri aequale pondus ad fabae magni-
tudinem una contundes et contusis mel admiscebis et sub-
iges, donec redigas ad cerae lentitudinem, eoque medica-
mento dentem cavum et dolentem implebis ita, ut prius
eum calida foveas, sine dolore excidet. Ad dentes mobiles 42
et dolentes et gingivarum tumorem remedium sic: Cornus
cervini combusti — II, folii ℈ I, salis ammoniaci ℈ I,
piperis grana VIIII, iris Illyricae ℈ VIIII; ex his pulverem
tenuissimum facies et eo dentes cottidie perfricabis. Si
mobiles erunt et dolebunt, facile cadent et si sine dolore
validi sunt, confirmabuntur et candidiores et odoratiores
erunt; melius autem proficient, si in iuncturis aut radi-
cibus aut cavaturis eorum de hoc ipso dentifricio aliquid
resederit. Ramenta cornus cervini vel scobem eius lima 43
factam cum vino vetere ad tertias coque et inde adsidue
os elue, mire proderit roborandis. Portulaca adsidue com- 44
manducata stridorem dentium tollit. Africanam sfongiam 45
siccabis et lana involves atque inde radicem dentis per-
fricabis, sed cave, ne alium pro alio tangas. Nam contactus
post triduum cadet; si enim putidus fuerit et dolebit, facile
excidet. Cum primum hirundinem videris, tacebis et ad 46
aquam nitidam accedes atque inde in os tuum mittes; de-
inde digito obscoeno, id est medio, tam manus dextrae
quam sinistrae dentes fricabis et dices: Hirundo tibi dico,
quomodo hoc in rostro iterum non erit, sic mihi dentes
non doleant toto anno. Iterum alium annum et deinceps
sequentibus similiter facies, si volueris remedii huius quot-
annis manere beneficium. Cocleas nostrates minutas etiam 47
inanes collige et in mortario marmoreo diligenter tere,

1 *Verba* Ligustri folia *usque ad* dolor desinet *paulo infra post verba* sine dolore excidet *collocata sunt in codice.* 14 si *ante* sine *om.* 20 porcacla. 21 Africanam] aspagis. 25 herundinem, *item* 28.

deinde pulvere ipso mollissimo dentes tibi perfrica, quo
48 facto dolorem sedabis. Si tibi partis sinistrae dens dole-
bit, cubito dextro calidam fabam coctam tritam inpone et
diligenter liga. Si vero partis dexterae sive superior sive
inferior dens dolebit, cubito sinistro ligato similiter fabam
49 et hoc per triduum facito. Dolorem dentium et gingiva-
rum hac maxime curatione conpesces, si mellis — I, alu-
minis infectorii — III subfervefacias in pultario et agites
50 ac misceas tepefactumque medicamen ore contineas. Aco-
rum Ponticum cum aceto et cum taeda usque ad quartas
decoctum rectissime adversum dolores dentium gargaliza-
51 tur. Sucus cyclaminis et mel Lycium aequis portionibus
52 miscentur atque inde dolor dentium confricatur. Lapathi
radix in aceto acerrimo coquitur atque eo aceto dentes
53 conluuntur vel foventur. Milefolii radix sub primo dolore
dentium commanducabitur et isdem dentibus qui dolebunt
diu commanducata retinebitur, intolerandam molestiam prae-
54 sentissimo remedio coercebit. Oleum cum aceto ex tertio
decoctum, dum adhuc calet, recte ad sedandos dentium
dolores ore retinebitur, ita ut plus aceti quam olei mit-
55 tatur. Radix terrae mali surculo eruta et commanducata
si ore contineatur, inter initia quidem excandescere facit
56 dolorem dentium, sed mox eum potenter extinguet. Por-
celli lactentis ventriculo, id est aqualiculo, exempto, quod
in interiore cute luteum adhaeret, lanae coniunges made-
factamque eam illo umore auriculae inseres, cuius e di-
versa parte dens dolebit, certissimo remedio statim sub-
57 venies. Mori radix tempore messis inciditur, ea sucum
aptissimum inhibendo dolori dentium emittit, quem ideo
colligi et servari oportet, ut cum opus fuerit dentibus in-
58 ponatur. Nuculeus gallae commanducatus medetur dolori
59 umorique dentium. Hyoscyami radix mixta vel madefacta
60 aceto et commanducata mire dentibus medetur. Plantaginis
radix recte manditur eiusdemque suco in aceto decocto

2 dentes, *sed* dolebit. 8 sufectorii (*sic*). 22 scandescere.
26 illum humore. 30 oportit. 31 naculeus.

salubriter dentes conluuntur. Fimus corvi lanula obvolutus 61
denti cavo infulcitur, minutatim ac sine dolore eum dis-
cutiet. Veratrum, id est bulbus quod est genus cepae, in 62
aceto decoquitur idque acetum ore continetur, ut mobili-
tas dentium sistatur. Ruborum, in quibus mora nascun- 63
tur, pampini decoquuntur in vino austero, quod vinum
adsidue ore tentum vel ipsa folia commanducata dentes
labantes confirmant. Bestiola, quae brassicae innascitur, 64
dens vitiosus saepius confricatus intra dies paucos eicitur.
Aeris florem floresque hederae pari pondere in unum terito 65
vinoque misceto ac naribus moderate, cum dentium dolor
fuerit, infunde, statim omnis molestia dentium conpescitur
et sanatur.

## CAP. XIII.

### Dentifricia diversa de experimentis.

Dentifricium, quod splendidos facit dentes, conficitur 1
sic: Farinae hordiaciae ℥ I conspargi oportet aceto cum melle
mixto et subigi diutius atque ita in globulos dividi sex; qui-
bus dilatatis admisceri salis fossicii semunciam, deinde furno
coqui, donec in carbonem redigantur; tunc teri oportebit
eadem et admisceri spicae nardi vel folii quod satis videbitur
ad odorem faciendum: hoc Octavia Augusti soror usa est.
Dentibus curandis bene facit radicis edulis, id est quae man- 2
ducatur, cortex arefacta et contusa cribrataque pro dentifri-
cio adhibita. Vitrum candidum, quod simile est crystallo, dili- 3
genter tritum admixta spica nardi pro dentifricio adhibitum
plurimum prodest. Utuntur plerique etiam huiusmodi denti-
fricio: Herbam urceolarem quam plurimam cum radice colli- 4
gunt, deinde lotam uno die siccant, post diem recenti muria
macerant, tertio die expressam in olla nova componunt sub-
inde salis fossicii quasi tabulata interponentes atque ita per-
coquunt fornace balneari, donec in carbonem redigatur, postea
tritae admiscent spicae nardi quod satis sit, quia et candidos

2 veratrum *scripsi:* veretrum. 5 ruborum *Plin.:* rumicum. 8 labentes. 10 flos. 15 ordiaciae. 20 Octoriia. 22 cortix. 23 canditum. 26 colligunt *om.* 27 murria. 31 admiscunt.

facit dentes et confirmat. Augustam constat hoc usam
Messalinam, deinde aliorum Caesarum matrimonia hoc denti-
5 fricio usa sunt. Cornuum cervinorum ustorum in olla et
ad cinerem redactorum Ꞩ I, masticis Chiae ✕ VIII, salis
ammoniaci semunciam; diligenter haec trita in unum con-
corporantur et perfricandis dentibus adhibentur.
6 Folii — I, costi — I, piperis ℈ VIII, masticis grani
— II, hordei farinae nitidae Ꞩ VIII, singulatim singulas
species tundi vel teri facies et cerni tenuissimo cribro;
farinam vero hordei in ollam grandem novam mittes et
adicies mellis optimi quantum sufficiat, ut neque sicca sit
neque supernatet farina; postea simul speciebus omnibus
in ollam missis adicies fasciculos septem herbae parietalis,
ita ut folia huius herbae sint in fasciculis, non virgulae;
deinde operculo superposito et clauso vel gypsato diligen-
ter de argilla mittes in furnum calidum, ita ut usque in
alteram diem furni fervor duret, donec exurantur omnia,
quae sunt in olla. Quae cum exusta fuerint, simul uni-
versa diligenter tundes vel teres et criblabis et pulvere
eo cottidie uteris ad candorem dentium faciendum et gin-
givas confirmandas et catarrum restringendum.
7 Dentifricium ad dentes nigros emendandos: Hordei
farinam delicatam et sal tritum cum melle confricato, donec
sibi cohaereant, et postea pastam ipsam linteo involutam
conburito ac pulverem tenuissimum facito atque eo dentes
8 mane ac vespere confricato, cito candidissimos facies. Lapis
Parius tritus ad summam levitatem et pro dentifricio ad-
hibitus intra diem decimum quamlibet nigros vel pallidos
9 dentes purgabit. Nitro cocto atque contrito velut denti-
10 fricio utere ad dentes purgandos. Porci ungularum ossa
conbusta tritaque et criblata adiecto nardo et folio frictione
11 frequenti dentes candidissimos praestant. Lana sucida melle
inlita dentes perfricti miro modo candorem maximum con-
12 secuntur. Dentifricium optimum ac saluberrimum sic:

1 usa. 3 cornum. 10 ordei. 19 criblauis. pul-
verem eo. 32 candidissimus.

Cyperi — II, salis ammoniaci — II, pumicis — III, mar-
moris candidi — III, schoenoanthus — IIII, casiae — II,
folii — I, piperis albi — I, specularis usti — I, corni
cervini usti — I, ostrei testarum ustarum — I, aluminis
scissi — I, masticis — I, turis optimi — I, myrrae — I.
Tunsis criblatisque his omnibus et in pulverem tenuissimum
redactis atque permixtis ad incolumitatem et nitorem den-
tium uteris. Pernae scrofinae os, quod est amplissimum, 13
combustum tritumque optimum et salubre dentifricium prae-
stat; gingivas enim siccat et adstringit dentesque ab umoris
iniuria et tumore defendit. Cybium optimum ac vetustis- 14
simum ollae inditur eaque argilla circumlinitur et furno
ardenti obicitur, ut ad cinerem cybium excoquatur; tunc
adiecto Pario lapide contuso salsamenti supra dicti favilla
conteritur. Hoc dentifricium ita bonum est, ut ad inani-
tatem dentes non sinat pervenire. Masticis — I, turis 15
optimi — I, myrrae — I, folii — I, iris Illyricae — I,
casiae — I, tere haec diligenter atque permisce et denti-
fricium facito, quod mirabere. Nardi spicae — I, amomi 16
— I, piperis — I, his tunsis criblatisque ad incolumitatem
dentium utendum esse de experimentis suademus.

Compositio dentifricii, quam Artemius Dianio osten- 17
dit, contra dentium stridorem. Panem candidum siccum
vetustum, qui teri possit, salem, piper, folium, costum,
cornum cervinum, haec aequis ponderibus teres ad maxi-
mam levitatem et cotidie inde dentes curabis, quo facto
stridorem eorum omnem umoremque depelles. Ad colorem 18
nitidum reducit dentes nitrum cum porro rudi coctum et
pro dentifricio sumptum. Ad dentes nigros purgandos 19
panem candidum et pumicem pari pondere combure et
tere atque adsidue hoc dentifricio utere. De saepiarum 20
ossibus quod est molle — IIII, salis ammoniaci — II, mar-
moris candidi — II, schoenoanthus — IIII, casiae — II,
folii — I, piperis albi semunciam, herbae cyclaminis sucum

2 scynoanthos. 7 incolomitatem, *item* 20. 10 humoris. 15 ut] et. 21 utendum esse *om.* 22 Diano. 23 canditum, *item* 30. 33 scynoathos. 34 ciclaminis.

et mel Lycium quantum sufficiat aequali mensura permisce; quibus rebus dentifricium egregium facies, quod dolorem dentium sedat eosque confirmat et candidissimos reddit; sed quae terenda sunt, diligentissime conterantur atque criblentur et sic omnia misceantur; quod dentifricium necnon et alia omnia supra dicta in pyxidibus ligneis aut corneis debent recondi.

## CAP. XIIII.

### Uvae et faucibus et arteriis et raucedini remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

1 Ad faucium uvaeque tumorem hac fere omnes com-
positione uti debent, quia nullam aspritudinem habet et
satis efficax est: Uvae Amineae acerbae, cum primum gra-
num eius incipit perlucere, suci Ꞩ IIII, mellis Attici Ꞩ I
misceto in unum atque in aeneo vaso coquito subinde
movens, donec mellis habeat spissitudinem, atque inde fau-
2 ces continges. Altera ad eiusmodi molestias compositio,
cum diutius vexatae sunt partes supra dictae, ut facile
placentur: Aluminis fissi Ӿ II, gallae tunsae Ӿ II, omphaci
aridi Ӿ I, croci Ӿ I, passi Cretici Ꞩ I. Hoc decoquitur
vaso fictili ad medias, ita ut quae terenda sunt diligenter
trita admisceantur. Utrumque autem medicamentum signa-
tum stagneo reponendum est vasculo et uva vel fauces
3 adsidue inde tangendae. Ubi suppuratio faucium suspecta
est diutius permanente earum tumore et interdum febri-
culis non sine horrore incurrentibus, oportebit quidem gar-
galizari aquam mulsam vel cum ficis aridis decoctam, sed
perungui fauces utile est hoc medicamento, qua tactus susti-
nere poterit paulo pressius, quod conficitur sic: Mellis
boni despumati heminam, resinae terebinthinae P. I, rosae
siccae cyathos V. Resinam cum rosa duplici vaso, ut solent
unguentarii uti, liquefieri oportet, deinde admisceri mel et

5 miscantur. 16 gallae tunsae Ӿ II *om.* 25 perungueri. medicamentum. susteri. 27 terebintinae. 28 siccae] suci *Cornarius.* 29 oportit.

coqui, donec spissum fiat medicamentum. Hoc etiam, cum
eruperit suppuratio, uti oportebit; expurgat enim et explet
omnia. Uvam supprimit diu iacentem sal et galla contusa 4
aequis ponderibus admixta et ita per cocliare adposita,
item gallae X II, aeris floris X II, menarum sine ovis,
id est piscium salsorum, capita X. Haec comburuntur
et ita ceteris bene tritis trita admiscentur, sed postea
nihilo minus in unum diutius teruntur. Oportet autem
tangi digito umido medicamentum et sic uvam ab imo rec-
tam diu supprimi sursum versus. Ad arteria exasperata 5
simplicia quidem haec faciunt: Gummi Alexandrinum vel
tragacanthum per se sub lingua retentum; sed composita
haec ad tumorem arteriae maxime prosunt: Papaveris sil-
vatici iam maturi, viridis tamen adhuc capita quam plurima
vaso fictili coiciuntur atque aqua superfunditur tanta, ut
supersint de vasculo duo vel tres digiti; haec ubi triduo
macerata fuerint, eodem vaso incoquuntur, donec made-
scant; postea exprimuntur omnisque aquae percolatae prius
diligenter mensura capitur, ad cuius soliditatem mellis Attici
quarta pars miscetur; deinde in duplici vaso tam diu coqui-
tur, donec mellis habeat spissitudinem. Hoc medicamentum
et ad auriculae tumorem et ad tussim facit. Altera arteriace 6
ad fluorem arteriae et ad raucitatem et ad tussim et ad
spissum sonum vocis, accipit haec: Tragacanthi X VI, gum-
mis acanthini, quod ex vermiculis qui illic sunt verum
docetur, X VI, murrae X I, turis denarios II, croci X I, piperis
albi grana XX, cariotarum recentium trium pulpas medias
detracta exteriore cute, uvae passae incorruptae purgatis
interioribus granis X VIII. Gummi et tragacanthum passo
Cretico uno die et una nocte macerari oportet, postero
die pilo mundo contundi et cetera trita mortario curiose
admisceri; inde dari debet fabae magnitudinis globulus et
sub lingua teneri et devorari statim quod liquefactum fuerit.
Hoc medicamentum pipere detracto et ad tumorem arte-

3 diu iacentem] divia centum. 5 flos. 9 umidum.
10 sussum versos. arteriam exasperatam *Cornarius.*
12 trachantum. 24 tragagandi. 27 trium] arium. pallas.

7 riae facit, reservandum autem est pyxide buxea. Arteriace,
qua melior non est, refertur autem in Asclepiaden medi-
cum optimum, facit ad omnia superius dicta et quidquid
in arteriis vitii est efficaciter curat, constat ex his: Myrrae
optimae pinguis 𐆖 XXIIII, tragacanthi candidi 𐆖 XXXVIII,
glycyrrhizae radicis 𐆖 XVIII, resinae terebinthinae verae
𐆖 XXXVI. Tragacanthum sicut est contundi et percribrari
tenui foramine oportet, deinde myrram tritam seorsum ad-
misceri et rursus utraque in unum diu teri atque ita in
pilam coici et ibi cum concaluerint omnia ictu pilae
assiduo, terebinthinam paulatim misceri, donec omnium
unitas fiat; postea glycyrrhizam contusam et cribratam
mortarioque nihilo minus diligenter tritam sensim adspergi
convenit. Sed ubi haec bene mixta fuerint, dum calet me-
dicamentum, plures accedant et pilulas faciant viciae magni-
tudine. Fit enim cito durissima haec arteriace et hoc ipso
praecedit ceteras, quia linguae subiecta non facile solvitur,
et ita diutius exhibet salubritatis effectum.
8 Brassicae crudae folium levissime terito, ex eo sucum
9 exprimito, quo uva contacta potenter sublevatur. Pruni
folia sive sativi seu silvestris ex vino decocta et saepius
10 gargalizata uvam resilire compellunt. Gallae tritae pulvere
uva contacta eodem die resilit, si ter ei interiectis horis
11 medicamen fuerit adpositum. Capitis summi verticem si
quis uvam laboranti mordeat inopino, omni eum molestia
12 liberabit. In principio doloris uva bene sublevatur, si aqua
13 frigida vel posca adsidue gargalizetur. Lotium vetus huma-
num adiecto croco ab inscio ne fastidiat epotum vel gar-
galizatum mirum in modum uvam reprimit et consumit.
14 Cinis testarum ustarum ex ostreis cum melle tenuissime
15 contritus uvae inlitus prodest. Rubi coliculi teneri disco-
quuntur ex vino idque vinum gargalizatur, quod confestim

1 reservandum] servandum *Cornarius*. 4 arteriis] arte-
ria *Cornarius*. vitiis. 6 clycyriizae. 8 oportit. 10 iectu.
11 terebentinam. 12 glicaerizam. 15 vitiae. 16 hoc
*om*. 17 fale. 20 exprimeto. 22 resilere. 25 liberauit.
27 humanum] hominum.

uvam prominentem coercet. Folia rubi arefacta in umbra 16
in cinerem concremantur, is cinis in cocleari uvae sub-
iectus praesentaneo remedio eam contrahit. Hirundinum 17
exustarum cinis usque ad periculum laboranti uvae cum
melle mixtus potenter inlinitur. Alumen scissum leviter 18
tritum vel tunsum uvae subditum prodest. Chalcitidis 19
𐆖 I, turis 𐆖 III, calcis vivae denarium, misui, nardi,
folii 𐆖 binos, croci sicci 𐆖 II, omnia tunsa et cribrata
in unum miscebis deque eo pulvere in cocleari posito
uvam tanges, ter mane, ter ante balneum, certum experieris
remedium. Salis granum, panis micam, carbonem mor- 20
tuum in phoenicio alligabis et lino circa collum uvam do-
lenti suspendes. Suco vel lacte caprifici in cocleari posito 21
uva optime sublevatur. Urtica teritur eiusque sucus ex- 22
pressus et tepefactus ab eo, qui uvam dolet, salubriter
gargalizatur. Lapillus, qui in sfongea Africana invenitur, 23
phoenicio obvolutus linoque ligatus collo suspenditur eius,
qui uvae vitio laborat. Carmen ad uvae dolorem, quod 24
ipse sibi qui dolet praecantet et manus supinas a gut-
ture usque ad cerebrum coniunctis digitis ducens dicat:
Crissi crasi cancrasi. Quibus dictis rursum manus a gut-
ture ducat et ter hoc faciat. Laboranti uvae diuturno la- 25
bore haec cura succurrit: Hirudinem vivam testo avellanae
includes eamque phoenicio involutam lino circa collum
subligabis intraque diem nonum omni molestia liberaberis.
De uva passa eliges granum, quod unum intrinsecus nu- 26
cleum habeat, eumque in phoenicio alligabis et faucibus,
id est in regione uvae, inseres et tenebis et dices: Uva
uvam emendat; mox ipsum phoenicium supra verticem eius
tenebis et idem dices cumque ter ipsum feceris et car-
minaveris, collo dolentis subligabis. Rosae siccae partes 27
duas, myrti partem unam cum aqua mulsa decoques et
laboranti uva dabis gargalizandum. Lenticulam, ficus siccas

3 herundinum. 6 calchitis. 10 certum] tertium. 12 fenitio. 14 uvam. 16 foenicio. 23 erudinem. testo avellanae] testa Africanae cocleae *Cornarius*. 24 foenitio. 25 liberaberes (*sic*). 27 foenio. 29 foenicum. 33 de uva *Cornarius*.

et furfures cum aqua mulsa decoques et pro gargalismatio
29 uteris ad uvam reparandam. Aleum cum sale tritum in
30 cocleari adpositum uvae vehementer eam relevat. Alei um-
bilicum, quo grana continentur atque ubi radices inhaerent,
cum ipsis radicibus in phoenicio conliga et laboranti de
31 uva luna septima phylacterii more suspendes. Ovum ex-
inanitum completum viva terra loco clauso si abscondatur
ab eo, qui de faucibus et arteriis laborabit, remedio prae-
32 senti sibi subvenit. Olei veteris quod satis erit infusum
naribus tumorem arteriorum represso periculo suffocatio-
33 nis evincit. Fimum columbinum, ficus aridas et nitrum
tundes eaque mixta extrinsecus adpones; hoc medicamen
34 asperitatem faucium mollit destillationemque castigat. Coc-
leae terra tantum excussa inlotae coquuntur, dehinc tritae
cum passo Cretico adversum faucium molestias hauriuntur.
35 Ut faucium duritiam lenias, medicamen facies tale: Myrrae
— III, croci — I, tragacanthi — III, ammoniaci — III,
mellis quod satis sit. Omnia haec trita atque permixta
recondes et parato certoque subsidio ad arterias crassiores
36 et ad difficultatem vocis uteris. Ad tumores uvae et
faucium reprimendos gargalizari oportet tepidam aquam
mulsam cum umore tisanae et cum melle decoctam, pas-
sum quoque cum glycyrrhiza vel hysopo vel faeno graeco
vel lini semine decoctum iuvat necnon et aqua malvarum
37 illic incoctarum gargalizationi plurimum prodest. Bene opi-
tulatur et fomentum per sfongeam adhibitum ex aqua calida
arteriae et faucibus, quas partes postea tegi oportebit lana
sucida pura.

38 Sedant tumores faucium et uvae perunctiones quae-
dam, ut sucus de moris coctus in mellis spissitudinem,
item mali Punici granorum sucus, item uvae acerbae sucus
eodem modo decoctus; prodest et lentisci et terebinthi et
rhus Syriaci et myrtae et rubi et rosae sucus, si cum melle
haec omnia decoquantur; pruna quoque prosunt matura,

5 foenicio. 6 filaterii. 7 abscondiatur. 10 suffugationis. 15 auriuntur. 16 myrrhae (*sic*). 17 tracacanti. 20 difficultate. 23 glyceriza. 25 incocta. prodsunt (*sic*). 33 myrte.

si aqua, in qua cocta fuerint, gargarizetur aut os ex ea
colluatur. Haec omnia prosunt etiam anginam habentibus
et cetera vitia in ore nata efficaciter curant. Non desinente 39
faucium tumore prosunt non solum fomenta molliter ad-
hibita faucibus atque arteriis per sfongias aquae calidae,
sed etiam cataplasmata vel fomenta de farinis. Itaque in-
poni oportebit isdem partibus farinam hordeaceam ex aqua
pura vel mulsa coctam vel lini seminis farinam vel faeno-
graeci farinam similiter coctam. Sed mirifice prosunt pulli
hirundinini pingues saliti vel recentes assi in cibo sumpti.
Protinus enim omnem praefocationem et tumorem faucium
tollunt. Verum si suppurare fauces videbuntur, oportebit
saepius gargalizare aquam cum ficis aridis coctam vel aquam
mulsam cum supra scriptorum admixtione. Quod si tantus
fuerit tumor, ut etiam praefocari aut strangulari fauces
videantur, alvum subtrahere clysterio oportebit aut san-
guinem emittere de brachio vel sub lingua venam prae-
cidere. Thymbrae ex aqua coctae vel aceti vapor per arun- 40
dinem ore receptus prodest ad tumores oris et gutturis
et faucium. Origanum tritum cum melle inpositum ulcera 41
oris purgat nec patitur ea longius serpere; coctum vero
cum aqua et arida ficu atque adsidue gargalizatum facit
et ad alia vitia, id est ad anginam et linguam sideratam,
quod genus morbi Graeci paralysin vocant. Sorbitionibus 42
uti oportebit eos, qui de uva et faucibus laborant, factis
ex amulo, tisana, oryza, alica, farina triticea, faba alba,
urtica tenera cum lacte decocta; deinde cum ex aliqua
parte relevati fuerint, tum uti ovis sorbilibus debent.

Ad uvas callosas et nimium tumentes mirifica haec 43
compositio est, facit et ad cetera faucium et oris vitia,
est autem haec: Aeris floris X II, chalcitidis X II, picis
liquidae cyathum. Coquitur pix, donec amittat odorem,
deinde adiciuntur ei mellis cyathi sex atque iterum utra-
que mixta infervescunt; post hoc adicitur vini Aminei

7 ordeaceam. 8 mulsam. 10 erundinini. salliti.
23 ad *ante* alia *om.* 24 paralisin. 26 oriza. 32 ciatum.
33 cyati.

sextarius et rursum coquitur. Ubi autem bene decoctum fuerit, cetera supra scripta quae sicca sunt trita adiciuntur iterumque decoquitur medicamentum, donec sit spissum
44 velut mel. Rhus, quo coriarii utuntur, foliorum tenerorum collectorum aestate, priusquam semen arbusculae eorum habeant, X XXIIII macerantur in aquae nitidae congiis tribus totidem diebus totidemque noctibus, deinde expressa folia abiciuntur, aqua, in qua macerata fuerint, transfunditur in vas aereum et coquitur, donec in mellis spissitudinem redigatur. Oportet autem moveri aquam ipsam rudicula vel spathomela aeris rubri; postea adici debent trita haec: Myrrae, turis, nardi Syriacae, cinnami, casiae, singulorum denarii bini; deinde bis terve infervefieri medicamentum et reponi in pyxide cyprea. Facit ad omnia vitia, quae in ore nascuntur, et ad uvam et arterias et anginam et ad auriculas, ex quibus puris multum fluit, et ad veretra et ad nigridinem carbunculorum, crustas quoque et papulas omnes et maxime ea umoris vitia, quae in nocte concitantur, expurgat; sed si vetustate medicamentum inaruerit, remittitur et temperatur vino austere bene calido.

45 Remedium Cosmi medici ad anginam et ad omnia vitia, quae in ore nascuntur, et ad aures pure manantes et ad carbunculos atque ad veretra, quae nigridinem duxerint, et ad crustas et ad ulcera in pedibus subtrita calciamentis: Rhus Syriaci X II, myrrae X IIII, casiae X II, croci X II, mellis Attici cyathos duos. Coquitur medicamentum lente in cinere calido, donec spissum fiat, reponitur in vaso aereo.

46 Arteriace ad gravidines oris et capitis et ad pleuriticos et per tussem sanguinem eicientes conficitur sic: Passi Cretici sextarii duo decoquuntur ad tertias, deinde admiscetur turis victoriati duae tertiaeve partes, myrrae dimidia, croci una, tragacanthi X I, gummis X I, piperis

6 aquae] qua. 9 spissitudinis. 11 tuticula. spatomeli. 13 terve] ter. 33 duae et tertiaeve. 34 tragachanti.

grana numero XX, glycyrrhizae suei X III, cariotarum pin-
guium suei exemptis interaneis X III. Gummi et traga-
eanthum in aqua mulsa maeeratur, deinde utraque trita
ceteris bene tritis et levigatis admiscentur, post hoe glo-
buli finguntur ad fabae magnitudinem, quos sub lingua
teneri oportet et quod de his liquefaetum fuerit, statim
devorari. Haee conpositio faeit ad omnia arteriae vitia et
thoracis et ad voeis intereeptionem.

Compositio, quae dieitur stomatiee, faeit ad tossillas 47
et uvas tumentes et ad vulnera et ulcera in aurieulis vetera,
excepta ex libris Ptolomaei regis, qui Euergetes appellatus
est, aceipit haee: Suei ex moris faeti et in sole cocti
Ꞩ unum semis, glyeyrrhizae suei X II, cortieis lycii X S,
myrrae troglodytidis X I, aluminis fissi X I, nardi Indiei
X S, mellis Attiei cyathos IIII, vini malini eyathum I.
Quae arida sunt, seorsum teruntur et in unum eum vino
temperantur, deinde passum his admiseetur et eoquuntur
omnia in einere ealido, donee mellis spissitudinem habeant.
Non oportet autem ignorare utiles esse arteriam inbecil-
lam habentibus gestationes, deambulationes, eorporis voeis-
que exereitationes, eontraria autem balnea et omnia, quae
videntur eaput iuplere vel umores exeitare. Uvae et fau- 48
eium dolori fimus agnorum, priusquam herbam gustent, in
umbra arefactus et eonfrietus atque emplastri more ad-
positus medetur. Sueo eoeleae acu transfossae inlita uva 49
sanatur, ita ut ipsa eoelia in fumo postea suspendatur.
Uvae destillationi, quae omnibus fere perieulosa est, nam 50
et pthisin et syntexin et alias molestas valetudines creat,
prosunt porri seetivi folia non eoeta sine pane adsidue
mandueata. Oleum ealidum ei, qui de uva et arteriis la- 51
borat, eunti dormitum in eerebrum et in aures infundi
utile est. Uvam toto anno non dolebit, qui eum primum 52
uvam viderit procedentem, sinistra manu digito medieinali

1 glueerizae. 4 globolis. 8 intercessionem. 9 sto-
machicae. 13 semis] seminis. glycerizae. lyciae.
14 troclodidis. 15 ciathos. malini *scripsi:* malei. 18 habeat.
19 inbicillam. 28 tpisin.

et pollice granum vulsum sic transgluttierit, ut dentibus
53 non contingat. Stercus caballinum recens colliges et in
furno calefacies, tunc oleum medio capiti infundes contra
uvam et sic stercus praedictum in panno vel in linteo
54 spisso capiti superligabis in noctem. Frumenti grana super
candentem tegulam pones et disperges ea et cum videris
ex his umorem nigrum exire, de cocleario colliges et sub-
55 inde uvae adpones, statim remediabis. Ad fauces et arteria
impedita remedium utile sic: Croci dragmas VIII, nardi
drag̃. II, schoenuanthus drag̃. I, amuli drag̃. I S, rosae
seminis drag̃. I, mellis Attici cyathum unum cum tenuis-
simo pulvere specierum supra dictarum miscebis et de-
56 coques tenuiter et ad perunctionem faucium uteris. Lac
bubulum recens mulsum et lento igne calefactum gargali-
zatumque arteria constricta infuso catarro et fauces exaspe-
ratas pristinae sanitati restituta persanat.

57 Uvae dolenti et destillanti medicamentum praesenta-
neum sic: Gallae rufae semunciam, aluminis scissi 𐆖 VIIII,
myrrae pinguissimae 𐆖 VIIII, cunicularis herbae aridae
super mundam tegulam combustae cineris semunciam. Haec
omnia in tenuissimum pulverem redacta et in unum per-
mixta servantur vaso vitreo et per triduum cocleare semi-
plenum ieiuno et bene digesto intra os inseritur, ut uvam
58 contingat et inlinat. Causticum ad uvam penitus minuen-
dam vel consumendam sic: Feniculi drag̃. I, calcis vivae
drag̃. I, afronitri drag̃. II., chalcanthi drag̃. II, iu drag̃. II.
Contusa haec et in pulverem redacta permisce et subige
cum cinere lixivi ficulnei et inpone siccum, ita ut haereat
59 uvae vel faucibus. Raucis et gravedini vocis plurimum
prodest tragacanthum, si sub lingua diu teneatur, aut piper
60 et paulatim saliva, quae collecta fuerit, sorbeatur. Raucus
si ova incocta recentia singula per triduum ieiunus hau-

1 sic] si. 4 praedum. 7 humorem. 8 arteriam impeditam *Cornarius.* 10 scynuanthos. 15 arteriam constrictam *Cornarius.* confricta. 20 cumbustae. 26 afroniti. iu (= ἰοῦ) *scripsi:* ioni. 27 subige] sub igne. 29 gravedine. 30 tragantum. tenetur.

serit, statim remediabitur. Raucis, si in balineo clament 61
et aërem calidum intra fauces recipiant, satis utile est.
Oleum quoque viride in ore tepidum teneant et adsidue
gargarizent, etiam in balneo, plurimum prodest. Ad vocem 62
clarificandam radicem edulem, quae incocta manducatur,
cum mulso coque et deinceps ipsum mulsum bibe et ra-
dicem ipsam manduca. Ad uvam destillantem platani pilu- 63
lam, quam singularem inveneris, lino traiectam suspende
collo laborantis. Uvam caniculatam et cocleam germanam 64
combure et contere atque ex eo pulvere mixto pollice
summo vel certe cocleario uvam ieiuno tange per triduum.
Herbae cymbalitis radicem ante solis ortum collige sini- 65
strae manus digitis pollice et medicinali in nomine eius,
qui uvam dolebit, et licio conligatam collo eius suspende.
Picem mollem cerebro eius inpone, qui uvam dolebit, prae- 66
cipe, ut super limen stans superiori limini ipsam picem
capite suo adfigat. Ad dolorem uvae scribes in charta et 67
collo laborantis linteolo suspendes: Formica sanguinem non
habet nec fel, fuge uva, ne cancer te comedat. Araneam, 68
quae sursum versus subit et texit, prendes et nomen eius
dices, cui medendum erit, et adicies: Sic cito subeat uva
eius, quem nomino, quomodo aranea haec sursum repit
et texit; tum ipsam araneam in chartam virginem lino
ligabis et collo laborantis suspendes die Iovis; sed dum
prendes araneam vel phylacterium alligas, ter in terram
spues. Medicamen causticum ad uvam sine ferro tollendam, 69
de quo etiam sciatici curantur: Calcis vivae — I, saponis
albi pilulas III, sinopidis, hoc est minii, modicum, lixivum,
unde operantur coactiliarii, aliquantum; in unum miscebis
haec et coagitabis diu et repositum habebis, ut cum opus
fuerit utaris.

Descriptio trochisci plurimis satis utilis, id est ad 70
vetustas tusses et reumata, quae in arteriis consurgunt,

2 aerema (*sic*). 5 clarificandum. 8 traiecta. 9 caniclutam. 10 cumburo. 16 limini *scripsi:* limiti. 18 furmica. 19 habit. 25 colligas. 27 scaealicir (*sic*). 28 senopidis. 32 plurimis rebus *Cornarius*.

ad paralyticos, ad eos, qui ex incommodo tremunt, ad nesciam, ad hydropicos, ad opisthotonicos, ad pedum subitos dolores vel gravidines, ad longas viscerum causas vel dolores, ad pthisicos, ad inediam, ad lienis, ad epatis et ad intestinorum dolores, ad duritiam quoque epatis resolvendam, ad partus extrahendos, qui ante maturitatem fuerint enecati, et si quid post partum resederit evocandum. Quod medicamentum ab Eutychiano archiatro primum traditum fertur. Cuius descriptio talis: Storacis drag̃. IIII, iris Illyricae drag̃. IIII, hyoscyami drag̃. I, opopanacis drag̃. IIII, myrrae troglodytidis drag̃. IIII, resinae terebinthinae drag̃. II, piperis albi drag̃. XII, afronitri drag̃. XI, opii drag̃. XI, galbani drag̃. IIII. Haec omnia diligentissime tunsa, cribrata et trita, ut permiscere se possint, aqua nitida in unum colliges, ita ut storacem et galbanum separatim ante contundas; quae simul confusa aqua colliges et trochiscos ad mensuram oboli facies et cum necessarium fuerit, ex aqua calida bibendos dabis cum cyathis tribus ternos, prout aetas aut virtus fuerit.

## CAP. XV.

### Ad anginam vel synanchen et strumas et parotidas et reumata et glandulas vel tosillas et ad ea quae faucibus haeserint evocanda remedia rationabilia et physica diversa de experimentis.

1 Anginae prodest sanguinis detractio, cucurbitarum ad-
hibitio ceteraque auxilia, quibus medici efficacius utuntur;
medicamenta autem simplicia haec recte faciunt: Laser
Cyrenaicum aqua dilutum crassius per pinnam faucibus
adhibitum vel euphorbium aqua dilutum similiter inposi-
2 tum. Conpositionum autem haec sunt apta: Fellis taurini,

2 ydropicos. 4 ad lienis] vel lienis. eparis *item* 5. 9 storachis. 10 yosciami. 11 terebentinae. 14 permiscere se] permisceri inter se *Cornarius*. 15 storachem.
*tit.* sinanchem. ad *ante* ea *om.*
23 cyrinaicum. 24 adhibitur (*sic*).

salis, aceti, mellis, olei veteris aequas partes in unum
misceri oportet et cum opus fuerit, pinna perfricare fau-
ces diutius laborantes. Item bene facit et hoc medica- 3
mentum compositum sic: Git fricti X II, pyrethri X I,
sagapeni victoriati pondus; trita haec cum melle miscen-
tur et ita faucibus adhibentur. Facit bene et medicamen- 4
tum hoc compositum sic: Fellis taurini X II, suci cucume-
ris silvatici X I, cachryos et misui animati X singulos; trita
haec melle admixto reponuntur; cum opus est, aqua tepida
diluuntur et fauces exinde perunguntur coguntur que inde
quam plurimum devorare qui faucium dolore vexantur;
solvit enim ventrem et ita vehementissime prodest. Item 5
bene facit et hoc medicamentum: Hirundininorum pullorum
exustorum cineris X I, hysopi X I, nitri X I, piperis X se-
missem, laseris X II. Hoc medicamento et saepius fauces
et pressius fricari oportet. Multis et hoc profuit medica- 6
mentum: Costi, opii, anesi, schoeni, casiae rufae, singulo-
rum X binos, git X I, amomi victoriati pondus I, asari,
quod est semen, X II, aluminis fissi X I, gallae quod est
medium magnitudine ciceris pilulas numero V, croci X II,
crocomagmatis victoriati pondus, myrrae victoriati pondus,
aristolociae Graecae X IIII, cinnami X III, hirundinum sil-
vestrium exustorum pullorum cineris X V, nardi spicae
victoriati pondus. Melle Attico despumato conprehenduntur
haec omnia diligenter trita; cum autem opus fuerit re-
parari hoc medicamentum, adicietur quod satis erit eius-
dem mellis et sic faucibus inseretur. Hoc Livia Augusta
semper compositum habuit et reconditum in vasculo vitreo;
facit enim mirifice adversum anginam et synanchen.

Medicamentum ad anginam, quod devoratur, quantum 7
digito uno tolli vel colligi potest, componitur ex his: Rhus
Syriaci denarii semissem, hysopi tantundem, ceparum Cypria-
rum capita tria, laseris Cyrenaici quantum ervi granum
est, vini bene odorati cyathos tres. Cum vino cepae ita

6 et *post* bene *om.* 8 cacryos. 13 herundinorum.
15 medicamentum. 16 oportit. 22 herundinum.

teruntur, ut solvantur, deinde mittuntur in vas aeris rubri
atque adiciuntur cetera et coquuntur ad mellis crassitu-
dinem; hinc dabitur bis vel ter digito lingere ei, cui me-
dendum est.
8 Ad synanches molestiam et faucium dolorem periculo-
sum efficax medicamen conficitur diligenter et reconditum
in praesidio habetur: Ius, in quo hirundinum pulli cocti
fuerint, accipitur tepens et intra fauces continetur atque
9 aliquid inde transmittitur. Sed praecipue contra synanchen
prodest, si hirundininos pullos vivos in nido prendas et
vivos incendas, ut pulvis ex his fiat, die Iovis liduna luna
vetere. Sed observa, ut inpares in nido invenias et quanti
fuerint exuras. Horum in calida aqua pulverem bibendum
dabis et de ipso pulvere digito locum synanches ab intro
continges; miraberis remedium, sed inlotis manibus reme-
10 dium facies. Rutam, alium, laser aequali mensura trita,
si ex vino gargarizet qui synanchen patitur, certum et
praesens remedium sentiet.
11 Praecantabis ieiunus ieiunum tenens locum, qui erit
in causa, digitis tribus, id est pollice, medio et medicinali,
residuis duobus elevatis dices: Exi hodie nata, si ante
nata, si hodie creata, si ante creata, hanc pestem, hanc
pestilentiam, hunc dolorem, hunc tumorem, hunc ruborem,
has toles, has tosillas, hunc panum, has paniculas, hanc
strumam, hanc strumellam, hanc religionem, evoco, educo,
12 excanto de istis membris, medullis. Ad tosillas herbae,
quae lingua bubula dicitur, radix circa collum inligata plu-
13 rimum prodest. Gladioli folium medium divisum et in
similitudinem coronae in se conexum ac pro torque circa
14 collum habitum tosillas sedat. Pruni arboris folia ex vino
15 decocta et gargarizata tosillas molliunt. Turis manna et
myrra et cinnamomum et galbanum aequis ponderibus se-
paratim ad levitatem contusa cribrataque et cum resina

1 vasę. 5 synanchis. 7 herundinum. 9 synanchem. 10 hirundininos pullos] herundines. 14 sinanchis. 16 tritum. 17 sinanchem. 22 *alterum* hanc *om.* 24 palum. panuclas. 27 inligatum.

terebinthina ceraque decocta plurimum atque emplastri modo
adposita sanant tosillas. Si adipe leonina tosillae interius 16
perungantur, eodem die sanabuntur. Lac caprinum vel 17
bubulum vel ovillum recens mulsum dum calet vel etiam
calefactum gargarizatum tosillarum dolores et tumores cito
sedat. Plantago vel eius radix diligentissime contrita cum 18
axungia vetere inposita in panno vel linteo prodest anginae
vel tosillis. Cyclaminis sucum et mel Lycium aequis por- 19
tionibus miscebis et eo gargarismatio ad omnia faucium
vitia potenter uteris. Pulticulam ex alica facies, in qua 20
capita porrorum contusa mittes et simul decoques et de-
inde colabis et sorbitione ea contra faucium molestias, cum
volueris, uteris. Si quis grillum manu contriverit et ad 21
tossillas vel suas vel alterius tenens ter adplicuerit, tactu
illo tumorem sanabit. Tossillis renes vulturini aridi in 22
melle triti vel decocti mirum remedium praestant, si pro
emplastro adponantur.

Cepae longae conditoriae suco adiecto melle permixto 23
interiora faucium pertractantur, quo facto angina laboran-
tem a periculo liberabis, resina quoque vel liquore cedri
arboris angina adsidue peruncta sanatur. Myrtae foliorum 24
sucus gargarizatus vel etiam transmissus anginae plurimum
prodest. Myrram contritam ex aqua tepida constanter ab- 25
sorbendam dato ei, qui anginae periculo laborat: statim
eum liberabis. Hirundinum combustarum cinis cum melle 26
Attico mixtus faucibusque inditus et anginam reprimet et
ulcera, si qua arteriis inerunt, contacta purgabit sanabitque.
Taurinum fel melle permixtum et extrinsecus faucibus ad- 27
positum vel pro unguine inductum anginas efficaciter sanat;
idem praestat et caprinum fel similiter adpositum. Si 28
subita angina ita fauces praefocabuntur, ut nullum auxi-
lium celeriter inveniri possit, ferro quam acutissimo ex
venula, quae sub lingua est in parte sinistra, quae statim
de hoc morbo pallescit, sanguis emittatur; continuo sub-

1 terebentina. 3 caprunum *2m.* 9 omnium. 10 quam *Cornarius.* 15 renes vulpis *Plin.* 19 anginam. 25 herundinum.

29 venietur. Herbae proserpinalis, quae draconteon dicitur,
contritae suco admisceto salsam aquam et olei parum atque
inde linguam et quae sunt circa linguam et fauces per-
30 fricato, donec vomat, cui medebere, cito sanabitur. Alumen
tritum ex posca gargarizatum anginae molestiis prodest.
31 Lini semen et anethum cum sale et oleo et aceto de-
32 coctum bene contra faucium dolores gargalizatur. Nucis
iuglandis nuclei triti cum ruta et oleo inpositi faucibus
33 prosunt. Ruborum caules teneri teruntur sucusque eorum
expressus et in sole coagitatus, donec spissetur ad cras-
situdinem mellis, ab interiore parte faucibus et gingivis
34 inlitus plurimum prodest. Pullus hirundinis silvestris vel
melius si ripariolae, certe etiam domesticae, assus vel elixus
comestus anginam velocissime certissimeque sanat, adeo
ut hominem ab hoc morbo per totum annum tutissimum
praestet.

35 Ad parotidas sedandas asphodili herbae radix involuta
lana fusca et circa collum suspensa remedio plurimum
36 erit. Brassicae stirpes [sive stipites] arefactae vel combustae
et in pulverem redactae et cum axungia vetere subactae
atque emplastro alutacio parotidibus inpositae satis pro-
37 sunt. Lupino crudo deme folliculos atque ex eo farinam
tenuissimam facito, quam melle subactam vice malagmatis
parotidibus adponas, continuo dolores tumoresque sedabis;
idem praestat et cum aceto decoctus similiterque adposi-
38 tus. Herba verbena cum plantagine in ore contrita adiecto
modico salis pro emplastro adposita parotidas mire discutit;
quas cum aperuerit, detracto sale sola contrita et inposita
39 celeriter sanabit nec cicatricem magnam faciet. Noctuae
iecur diligenter servatum atque ex unguento nardino trito
auriculis subinde infusum celeriter parotidum vitium omne
40 persanat. Ostrei testarum combustarum cinis cum melle
41 inpositus parotidas cito solvit. Aqua marina tepida vel
ex marino sale infecta parotidas sfongia prius elue, tum

4 alumen] alium *Plin.* 12 erundinis. 10 stipites] stir-
pites. 21 alutatio.

calcem cum axungia vetere subactam inponito, confestim
sanabis. Spumae argenti P. I, olei veteris P. II, salis am- 42
moniaci P. II, galbani P. II; simul haec omnia permisce-
bis, ita ut spumam argenti in oleo decoquas usque ad
crassitudinem mellis, tum adicies salem et pones, ut fer-
veat; item galbanum addes et rursum pones, ut ferveat;
postea simul omnia colabis et recondes et cum opus fuerit,
more emplastri miro remedio sedandis parotidibus uteris.
Vitium exustarum cinis cum cera et resina paribus pon- 43
deribus adpositus parotidis prodest, sed una decoctus. Ster- 44
cus columbinum tritum cum farina hordiacia ex melle sub-
actum et calide adpositum nascentes parotidas comprimit.
Adeps ursina pari pondere cum sevo taurino et cera per- 45
mixta atque adposita parotidibus mirum remedium est.
Pingue laridi, quod inter cutem et carnem macram est, si 46
parotidibus adponatur et illic ligetur, cito sanabuntur. Mus 47
araneus si in orbitam inciderit, naturali fato illic detentus
emoritur. Hunc illic inventum argilla aut linteo aut phoe-
nicio involve et ex eo ter circumscribe parotidas, quae
in corpore subito turgebunt; mira celeritate sanabis.

Malvae radice lino vel licio traiecta aut arnoglossae, 48
id est plantaginis, radice similiter collo circumdata stru-
mas sanari manifestum est. Mentastri sucus cum vino gar- 49
garizatus frequenter strumas tumoresque discutiet. Farina 50
hordiacia, pix liquida cum cera et oleo mixta percoctaque,
adiecto puerili lotio subacta, more emplastri inposita stru-
mas utiliter sanabit. Galbanum inpositum super strumas 51
facile eas discutit. Idem praestat et sal ammoniacus ad-
positus vel densiore liquore inditus aut inlitus. Contra 52
omnes strumas et feminis et maribus utilissimum est, si
cor lacertae viridis lupino argenteo clausum in collo su-
spensum semper habeant. Fel bubulum vel caprunum ad 53
incipientes strumas optime facere experimenta docuerunt;
nam penitus crescere non sinentur, si eo adsidue tan-

11 ordiacia. 16 parotibus. 18 argila. foeniceo.
24 tumuresque. 25 ordiacia.

54 gantur. Cancri fluviales combusti triti et cum melle ad-
positi strumas discutiunt. Idem praestant et testae echi-
55 norum ex aceto tritae et adpositae. Si volueris explorare,
utrum struma sit loci illius, qui tumebit, antequam medi-
cinam adhibeas, lumbricum terrestrem ad tumorem adplica
et postea super folium pone; si struma erit, lumbricus
terra fiet: si non erit struma, integer atque inlaesus per-
56 manebit. Saepiae testa minutissime contusa cum axungia
57 vetere subacta et inposita strumis medetur. Nasturcium
cum alumine contritum inlitum vel inpositum strumis opi-
58 tulabitur. Talparum capita recisa cum terra sua contun-
duntur et pro emplastro adponuntur strumis, utiliter pro-
sunt; ob quod pastilli inde facti in pyxide stagnea reponi
59 debent, ut praesto sint, cum opus est. Calx viva cum re-
sina liquida et adipe suilla subacta et addito melle inposita
60 strumis mire medetur. Ungularum equinarum exustarum
61 cinis cum oleo inpositus vel inlitus strumis medetur. Acu
ossea, id est spiculo trygonis, quae pastinaca dicitur, stru-
62 mam saepius punge, statim arescit. Ad strumam sedan-
dam buxi tenera et cicutam teres vel contundes et cum
axungia subiges et in panno tenui inductum medicamen ad-
63 pones. Virgulas teneras buxi, manipulum tenerum urticae
unipecciae in ollam rudem bisextialem cum aqua mittes et
ad medias decoques; postea de aqua ipsa dormitum eunti
strumoso calidum quantum pati possit sorbendum dabis,
non transmittendum, sed ad eum locum qui dolet intra
os tenendum; quanto autem diutius aut calidius tenuerit,
tanto citius sanabitur. Sufficit autem, ut ternas sorbitiones
singulis noctibus intra os teneat.
64 Medicamen ad fauces curandas sic: Rutae ℈ VII,
mentae semunciam, folii semunciam, anethi tantundem,
apii idem, coliculi seminis idem, cucurbitae et marrubii
idem; teres diligenter haec omnia ac permiscebis et cum
65 opus fuerit, fauces inde tanges. Item pulverem ad idem

5 lumbrico. 8 axugia. 16 *verba* Ungularum — medetur *om.* 18 pastinaga. 24 eunti] adversus. 28 ternos sorsos. 32 culiculi semenis isdem. marruvii.

vel quae intra os dolent conficies sic: Piperis — I, folii
— I, spicae nardi ℈ XII, myrrae ℈ XII, costi ℈ XII,
casiae fistulae ℈ XII, aloes ℈ IIII, guttae ammoniaci — I,
dactulorum ossa exustorum ℈ XII, salsarum sardarum
capita trita ℈ XII, rutae seminis ℈ XII, mentae ℈ XII,
pulei ℈ XII, anethi, apii, coliculi, cucurbitae, marrubii
scrip̄. duodena. Omnia tundes et cernes et quae urenda
sunt super testum combures et teres atque in vaso vitreo
repones et cum opus fuerit, sicco eo uteris.

Ad synanchen remedium sic: Cuniculum vivum in 66
olla rudi combures et pulverem de ipso costo et folio
aequis ponderibus miscebis et sic in potione plenum
cocleare de hoc pulvere cum vino dabis atque etiam fauces
inde perfricabis. Caput viperae linteolo conligatum collo- 67
que suspensum toles optime sanat aut prohibet innasci.
Lac caprunum cum malva et exiguo sale decoctum gar- 68
garizatumque tosillis prime medetur. Menarum salsarum 69
ustarum de capitibus cinis ex melle inlitus faucibus angi-
nam cohibet. Aqua, in qua mus coctus fuerit, adversum 70
anginas salubriter inscio propinatur. Caninae cutis cor- 71
rigium ter collo circumdatum mire anginam relevat. Multi- 72
pedes cutiones, qui in stercore nascuntur quique contacti
in globulos conplicantur adiecta tertia parte resinae vali-
dissime triti et malagmatis vice inpositi incipientes paro-
tidas aperiunt et expurgant, maturatas vero persanant.
Axungia vetus cum testa vasi salsamentarii contusa sub- 73
actaque et adposita collectionem parotidum laudabiliter dis-
cutit. Vulpinis testiculis recentibus parotides perunctae 74
cito discutiuntur. Muricum testae uruntur earumque cinis 75
cum melle parotidibus salubriter inponitur. Fimo caprae 76
axungia vetus permixta et subacta atque ut emplastrum
adposita parotidas persanat. Calcis floris ℈ III, alei spi- 77
cas duas cum axungia tundes et inpones parotidibus malag-
matis more. Nasturcium cum lomento contritum sanat 78

3 gutta. 10 synanchem. 12 et *om.* 15 suspensam.
20 proponatur. 23 globolos. 24 uuiuice (*sic*).

strumas, etiam marrubium cum adipe mixtum adpositamque prodest.
79 Exulceratis strumis mustelae sanguis recte inlinitur
80 vel ipsa in vino decocta salubriter inponitur. Cocleae,
quae salinis inhaerent, cum testis suis tunsae atque in-
81 positae strumis efficaciter prosunt. Talpae cinis ex melle
inlitus strumis vel iecur eius inter manus tritum adposi-
82 tum plurimum prodest. Strumae optime medetur radix
verbenae, si eam transversam reseces extremamque eius
partem laborantis collo subnectas, priorem autem partem
in fumo suspendas. Arescente enim ea strumae quoque
siccabuntur et omnis earum umor arescet. Cum sanus
fuerit, quem curaris, si tibi ingratus extiterit, utramque
83 partem in aquam coicito, strumae renascentur. Urticae
radices cum aceto coctae contusaeque ac subactae manibus tepidae inponuntur, incipientes strumas continuo comprimunt. Haec autem cura non solum discutiet prorumpentes strumas, sed et maturas ita aperiet, ut omnibus
radicibus penitus extractis ad certissimam sanitatem sine
84 ulla cunctatione perducat. Adeps caprina cum calce sub-
85 acta et adposita strumas statim dissolvit et sanat. Lupus
marinus, id est piscis, tantae efficaciae est adversum strumas, ut ad quamlibet partem corporis admotus strumarum vitium omne persanet.
86 Adversus languorem focani expertum medicamen hoc
facies: Piperis albi — I, naporum seminis — IIII, rutae
viridis 𐆖 VI, absinthi Gallici 𐆖 VI, laseris optimi 𐆖 VI,
mellis optimi sextarium. His tritis commixtisque in unum
cocliarium plenum dabis ieiuno vorandum vel fauces inde
87 continges. Apii seminis quantum tribus digitis comprehen-
das, tantundem et salis et senapis Alexandrini adicies, rutae quoque viridis pusillum addes et alei spicas V. Haec
teres diligenter et adiunges aceti boni quartarium et dabis
bibere ex aqua calida, si iam per dolorem faucium man-
88 ducare non poterit. Adipis veteris — I, turis grana III,

25 focani] faucium *Cornarius*.

laseris grana III, satureiae pusillum, alii spicas undecim
teres et calefacies flammula tenui atque inde collum eius
et fauces diligentissime perfricabis, qui de tolibus labora-
bit. Remedium valde certum et utile faucium doloribus 89
sic. Scribes in charta haec:

*Εἶδον τριμερῆ χρύσεον Τοάναδον*
*Καὶ ταρταρούχου † χακεσιν Τουσάναδον,*
*Σῶσόν με σεμνὲ νερτέρων ὑπέρτατε.*

quam chartam in phoenicio obvolutam lino conligabis col-
loque suspendes meminerisque, ut mundus haec facias et
ne tertia manu scriptura tangatur.

Gallam tunsam et cribratam atque alumen utrumque 90
aequis portionibus sumes et prius in ollam novam mittes
et mel bonum atque acetum optimum adicies et in unum
decoques atque inde orificia geusiarum et fauces intrin-
secus perfricabis. Vettonicam, argimoniam, verbenam, ru- 91
bum, senecionem, mentam, cucurbitam siccam, hinc am-
plius mittes sardae caput assatum, piperis modicum, teres
haec omnia diligenter et miscebis et sic etiam per pin-
nulam delicatam faucibus inseres; mire hoc remedio car-
bunculum et quidquid mali intra fauces erit curabis. Olei 92
boni cyathum unum et sucinum verum in ollam novam mit-
tes atque ad medias decoques, deinde sucinum tolles et
combures et teres et pulverem eius in oleum supra scrip-
tum mittes et una iterum diligenter teres atque inde
tolibus, quotiens opus fuerit, adpones; experieris magnum
remedium.

Ad parotidas convenit noctuae cerebellum butyro mix- 93
tum adponi; discutit enim fere eas sine dolore et molestia.
Oportet autem aqua marina ferventi novis sfongeis illic
demersis et linteo vel sabano intorto utrimque expressis
vaporare eas atque ita oblinire hoc medicamentum superque

6 *τριμερυχροισέον.* *fort.* *Θάνατον.* 7 *τουσαναδοντες.* 8 *σῶσόν* *Cornarius:* *σουν.* *σεμνερνερτερουντερβατε* (*sic*). 9 foenicio. 16 vetonicam. 16 senicionem. 20 diligatam. 30 aquam marinam. ferventi] frequenti.

94 tegere lana sulpurata totam maxillam. Bene discutit paro-
tidas iris Illyrica contusa cocta ex passo et more cata-
plasmatis farinae hordiaciae calida bis vel ter in die in-
95 posita. Discutit et hoc medicamentum parotidas, antequam
suppurent, quod conficitur sic: Spumae argenti P. II,
cerussae P. I, salis ammoniaci P. I, aeris floris P. I, aceti
𝕾 I, olei veteris 𝕾 II. Spumam, cerussam, salem per se
et cum aceto terere te oportet mortario marmoreo, deinde
oleo admixto traicere in caccabum amplum, ne extra effun-
datur, et ad ignem ponere; effervescit enim valde. Cum
haec super ignem posita habuerint emplastri mollis tem-
peraturam, deponi oportebit caccabum; cum vero desierit
fervere, paulatim aspergere aeris florem et movere spa-
tula medicamentum, ne extra fundatur, et rursus coquere,
donec habeat emplastri spissitudinem, debebis.
96 Ad strumas bene facit radix cucumeris silvatici cocta
ex aqua mulsa et trita atque ita inposita, hibiscum quo-
97 que eodem modo coctum et inpositum melius facit. Marini
lepores oleo vetere enecti bene faciunt discutiendis stru-
mis, cum ipso oleo in plumbea pyxide clusi, quam diebus
XL diligenter alligatam oportet haberi; postea ex eo pin-
nula oblinendae sunt strumae superque eas pellis lanata
non nimium tonsa tegendi gratia inponenda est. Praecipi
autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinet
98 aut inquinatas, priusquam bene eluerit, ad os referat. Ad
strumas et ad duritias mammarum mirifice facit hoc me-
dicamentum, antequam suppurent et post suppurationem
nihilo minus utile est, accipit haec: Olei veteris P. I, spu-
mae argenti P. I, gallae Syriacae P. II, mannae P. I et
unciam, galbani P. I. Cum oleo coquitur spuma, donec
ceroti spissi habeat temperaturam, deinde admiscetur ei
galla et secundum hanc manna; cum emplastri habuerit
spissitudinem, tollitur ab igni medicamentum et cum de-
sierit fervere, paulatim galbanum miscetur, deinde linitur

3 farinae *om.* 6 flos. 10 acfervescit. 13 aspergere] spargere. flos. 17 hebiscum. 19 enecti *scripsi:* innecti.

in aluta, cum opus est adponi; tertio vel quarto die sol-
vitur, si non suppuraverint strumae; sed si apertae fuerint,
hieme alternis solvetur, aestate cottidie. Malagma ad stru- 99
mas et ad omnem duritiam relaxandam mirificum sic: Re-
sinae terebinthinae P. II, cerae selibram, propolis, quam
quidam ceram sacram vocant, P. I, galbani P. I, olei veteris
selibram. Haec omnia cum oleo ad ignem liquefieri oportet
et postea misceri visci de quercu P. I, xiphii radicis, quod
nos gladiolum appellamus, P. I, faeculae putris P. I, afro-
nitri librae quadrantem, opopanacis P. I. Haec omnia
ordine, quo scripta sunt, trita criblataque in caccabum
coniciuntur, opopanax oleo diluitur et solvitur; ubi tem-
peratum est medicamentum, manibus subigitur, linitur cum
opus est aluta et sic adponitur.

Glandulis facies remedium sic: Farinam, mel, crocum 100
et caricas simul misce et contere atque unum corpus fa-
cito et ita linteo inline et super glandulas pone. Carmen 101
mirum ad glandulas sic: Albula glandula nec doleas nec
noceas nec paniculas facias, sed liquescas tamquam salis
in aqua. Hoc ter novies dicens spues ad terram et glan-
dulas ipsas pollice et digito medicinali perduces, dum
carmen dicis; sed ante solis ortum et post occasum id
facies, prout dies aut nox minuetur. Glandulas mane car- 102
minabis, si dies minuetur, si nox, ad vesperam et digito
medicinali ac pollice continens eas dices: Novem glan-
dulae sorores, octo glandulae sorores, septem glandulae
sorores, sex glandulae sorores, quinque glandulae sorores,
quattuor glandulae sorores, tres glandulae sorores, duae
glandulae sorores, una glandula soror, novem fiunt glan-
dulae, octo fiunt glandulae, septem fiunt glandulae, sex
fiunt glandulae, quinque fiunt glandulae, quattuor fiunt
glandulae, tres fiunt glandulae, duae fiunt glandulae, una
fit glandula, nulla fit glandula.

Ad ea, quae faucibus inhaerebunt, remedium. Si os 103
aut arista haeserit gulae, vel ipse, cui acciderit, vel alius

8 xiphiae. 35 paniculas] paranici. acederit.

confestim ad focum adcurrat et titionem verset, ita ut
pars eius, quae ardebat, forinsecus emineat, illa vero, quae
igni carebat, flammae inseratur; convertens vero titionem
ter dices remedii gratia te facere, ut illud quod haeserit
in faucibus tuis vel illius, quem peperit illa, sine mora
et molestia eximatur. Hoc inter certissima remedia sub-
104 notatum est. Herba appellatur vincapervinca, ex qua si
fauces obligaveris dormitum euntis eius, cui aliquid his in-
105 haeserit, mane sanus consurget. Omnia, quae haeserint
faucibus, hoc carmen expellet: Heilen prosaggeri vome
si polla nabuliet onodieni iden eliton. Hoc ter dices et
106 ad singula expues. Item fauces, quibus aliquid inhaeserit,
confricans dices: Xi exucricone xu criglionalsus scrisu
miovelor exugri conexu grilau.

107 Si de pisce os faucibus haeserit, spinam mediam
eiusdem piscis infringes et aliquam partem ex ea pollice
et medicinali digito super verticem eius, cui os vel spina
haerebit, adpones, sed utilius erit, si nescienti id facias.
108 Ad os sive quid aliud haeserit faucibus hi versus vel di-
cendi in aurem eius, qui offocabitur, vel scribendi in
charta, quae ad collum eius lino alligetur, quo remedio
nihil praestantius:

*Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου*
*ἐξ Ἄϊδος πέμψειεν ἐπαινὴ Περσεφόνεια.*

109 Ad reumaticos efficax remedium sic: Mustela die Iovis luna vetere capta viva in olla rudi ita excoquitur, ut teri possit et in pulverem redigi; qui pulvis collectus ex melle et bene contemperatus ieiuno reumatico ad diem per coclearc dabitur, sed unius ligulae mensura; mire proderit.

110 Ad synanchen remedium efficax sic: Rapae seminis heminam, caulium seminis heminam, opopanacis semunciam, laseris ℈ IIII, alii modicum, salis montani modicum;

1 vertet. 8 euntis *scripsi:* eunti. his] ex his *Cornarius.* 16 infriges. 24 Odyss. XI, 634 *sq.* 25 reumauticos. 28 bene et (*repet.*) 31 synanchem.

omnia haec diligentissime trita et melle collecta laboranti dabuntur mensura ac ratione ita, ut terna cocliaria ieiunus accipiat.

## CAP. XVI.

### Ad omnes molestias tussis et subitae et diutinae ac vetustae et siccae atque umidae et ad pthisicos atque eos qui sanguinulentum et purulentum excreant et ad empyicos vel pleumoniacos atque eos quibus casu sanguisugae intra stomachum inrepserint necnon et ad stomachi stridorem et ne media doleant remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

Pastillus ad tussem et destillationem pectoris et pul- 1
monis et ad epiphoras oculorum et vesicae dolorem et quibus tubus strangulatur saepius et non sine cruciatu urinam faciunt, item ad eos, qui sanguinem ore eiciunt aut per urinam reddunt, ad deiectionem quoque alvi et ad tormina et gravidinem ventris et choleram et stomachi crebram nauseam, quae cum vomitu sine febri excitatur, utilis est et quidquid reprimi et siccari oportet, optime conpescit; praeterea facit et ad omnium partium corporis dolorem praeter capitis; quin etiam si quando alicuius rei causa datum fuerit, aliae rei vitio non erit hoc medicamentum. Cum autem ad omnia, quae supra dixi, manifeste prosit, tum praecipue ad initia pthiseos bene facit; multos enim eripuit ex magno periculo interdum bis terve datus hic pastillus, recipit autem haec: Myrrae troglodytidos Ӿ VI, croci Ӿ V, turis Ӿ V, opii Ӿ IIII, alterci albi seminis Ӿ IIII, Apollinaris herbae radicis corticis Ӿ IIII. Contunditur haec cortex per se et cribratur tenui cribro,

2 mensurae ratione.
*tit.:* melestias. sanguisugiae.
9 cholera. 10 vomitum. 11 oportit. 13 *verba* alicuius rei causa d. f. aliae rei *corrupta esse videntur.* 16 pthiseos] pthisicos. 18 trocloditydos. 20 corticem. 21 cortix.

deinde crocum, postea altercum, dein myrra et tus; quibus miscetur opium pridie in aqua maceratum et subinde aquae exiguum adicitur, donec fingi pastilli possint ad pondus denarii semissis, licet alii tertia huius ponderis detracta faciant pastillos. Dantur in noctem ex aqua cyathis tribus, somnum faciunt, dolorem omnem sedant, ut superius dixi. Oportet autem ex eo etiam catapotia fieri; quidam enim facilius ea quam potionem sumunt et non multum ad medendum interest.

2 Catapotium, id est medicamentum, quod non diluitur, sed ita ut est voratur, ad tussim, cum sine modo defluit, conficitur sic: Croci Ӿ III, myrrae Ӿ II, opi Ӿ I. Contunditur crocum siccum et cribratur, contusae et cribratae myrrae opium admiscetur aqua exigua dilutum; postea adicitur crocum et cum in unum omnia bene mixta sunt, finguntur ervi magnitudinis pilulae; dantur in noctem ternae vel quaternae et si siccae non potuerint transmitti, ex aqua calida modica dabuntur et formabuntur ex aqua.

3 Catapotium alterum ad tussim aridam sic: Myrrae, piperis, castorei, galbani, storacis, opii, singulorum idem ponderis. Castoreum et piper contunduntur et cribrantur, deinde myrra ante contrita ceteris contusis et cribratis admiscetur; ubi omnium unitas facta est, formantur pilulae ex aqua viciae magnitudinis; dantur cum caldae aquae modico ternae vel quaternae in noctem, sed digestis.

4 Aliud catapotium ad tussim veterem, quod et suspirio et pthisi temptatos et lienosos et iecur durum habentes sanat, idem inflationem tollit et purgat mulierem si qua ex partu sordida resederint, conficitur sic: Storacis Ӿ VI, myrrae Ӿ II S, opopanacis Ӿ V, resinae terebinthinae Ӿ IIII, alterci seminis Ӿ I, iris Illyricae Ӿ I, nitri Ӿ I, piperis albi Ӿ II, galbani Ӿ II, opi Ӿ I. Irim, altercum, piper contundere te oportet et cribrare, nitrum mortario terere, cetera pilo comminuere et postea omnia permiscere ac

20 storachis. 21 cribratur. 27 temperatos. lienosus. 28 mulierem *e Scribon.:* mulierum. 30 terebintinae. 33 te *om. Cornarius.*

facere catapotia magnitudinis fabae, inde terna vel quaterna in noctem vel sicca vel ex calda aqua dare, quae et ad inflationes distensionesque cum aquae calidae cyathis tribus utiliter dantur. Ad eam rem remissior quidem pastillus, sed non contemnendus accipit haec: Croci, myrrae, alterci, opii pondera paria contusa miscentur despumato Attico melli, fiunt pastilli eiusdem ponderis, ut supra scriptum est, dantur iuxta aetatem et vires in noctem; licet et hinc catapotia facere propter eandem causam [utile sit], sed tunc aquae mel adicitur.

Pastillus ad tussim et ad sanguinem reicientes et ad 6
stomachum solutum habentes, facit et ad deiectionem ventris et vesicae dolorem, accipit haec: Apii seminis X VI, rosae foliorum arefactorum in umbra X XII, myrrae X XII, croci X XI, opii X IIII. Apii semen et crocum et folia rosae contunduntur cribranturque, myrra teritur, opium aqua maceratur, omnia deinde in unum miscentur; aqua adiecta fiunt pastilli ad pondus denarii semissis aut tertia parte detracta, dantur stomachum imbecillum habentibus et sanguinem reicientibus ex aquae frigidae cyathis duobus, ceteris ex calidae totidem cyathis dari debet.

Pastillus ex odoribus, qui bene facit ad omnem in- 7
ternum dolorem, proprie autem ad tussim et pectoris destillationem et oculorum epiphoras, facit et ad suspirium et ad lateris dolorem et ad pthisicos, vesica quoque vel renibus laborantibus vel sanguinem de urina reddentibus cum dolore utiliter datur, accipit haec: Cinnami, casiae, croci, singulorum X ternos, alterci seminis et Apollinaris herbae radicis singulorum X quaternos, piperis X II, opii X II, turis X III, nardi spicae X II. Vino Falerno contusa et trita haec, ut debet, consparguntur, fiunt pastilli ad pondus X semissis aut tertia parte detracta; dantur in noctem, prout aegri vires sunt, cum aquae calidae cyathis duobus aut tribus.

9 *verba* utile sit *non sunt apud Scribon.* 19 imbicillum. 22 pastellus. 25 phisicos. 28 apolenaris.

8 Medicamentum, quod per cocliarium devoratur, bene facit ad tussem aridam et eos, qui difficulter glutinosa excreant et praefocari videntur interdum; sed praecipue prodest his, qui dolorem lateris cum febre sentiunt, quos Graeci pleuriticos dicunt; liberat enim omni periculo eos. Hoc medicamentum Apulei Celsi fuit et praeceptoris nostri Valentis nec umquam ulli vivus compositionem eius dedit, quia magnitudinem opinionis ex ea traxerat, est autem haec: Mellis Attici libram, piperis nigri Ӿ II, myrrae troglodytidos et casiae Ӿ singulos, stachyos nardi Ӿ I, cinnamomi hemiobolum. Quod si non habueris cinnamomum, duplicem casiam coicies; piper contunditur diligenter et cribratur, myrra teritur mortario marmoreo, postea utraque in unum miscentur, deinde mellis optimi despumati adicitur quantum sufficiat, ut sit pseudoliquidum. Dantur inde tussicis cocliaria quina vel sena, pleuriticis etiam plura et saepius, sed intervallo, hoc est non simul omnia dari oportet et tum maxime, cum tussiunt et praefocari videntur difficulterque spirant sive etiam non tussiunt et flegma illis interius coquitur, dari debet; protinus enim excreant, quae obstant, et transitum spiritus habent et tussire desinunt.

9 Alterum medicamentum ad tussem aridam conficitur sic: Nasturci animati seminis unciam, alterci seminis unciam, opi Ӿ I, myrrae semunciam, sulfuris vivi semunciam, piperis albi unciam. Melle colligitur hoc medicamentum, datur fabae Aegyptiacae magnitudine ex cyathis aquae calidae tribus in noctem. Facit autem hoc medicamentum et ad lateris dolorem et ad stomachi inflationem gravidinemque, coeliacis quoque, qui subito universa deiciunt, prodest et dolenti superpositum vel circumdatum denti et si exesus est, in cavernam eius insertum utile est; praeterea ad horrores febrem praecedentes, quae circuitum habet, datum ante horam accessionis utilissimum

2 gluttinosa. 5 periculum. 9 trocloditidos. 20 fleuma. 21 obstant *Scribon.*: optant. transitus. 24 nastorci.

est, sed prius corpore perfricato oleo calido; prodest et his, qui sine horrore circuitu febrium vexantur, quamobrem lexipyretos haec conpositio dicitur.

Alia conpositio ad tussem aridam et glutinosam et 10
difficulter excreantibus, purgat etiam interaneas vomicas et suppurationes, accipit haec: Lini seminis, urticae seminis, nasturci seminis, iris Illyricae radicis aequis ponderibus. Haec in pulverem redigi et misceri oportet cum melle et frequenter ieiuno per coclearium dari. Stercus 11
porcinum siccum inligatum phoenicio et collo suspensum tussem molestissimam sedat. Hysopi — I, mentae siccae 12
— I, pulei sicci — I, mellis decocti — II, marrubi — I, papaveris — I; sunt qui addunt et sulpuris vivi semunciam. Haec trita permiscentur, ut pseudoliquida sint, et per cocleare dantur, ita ut per triduum coclearia singula qui tussit ieiunus accipiat. Hederae folia tria cum tribus 13
granis piperis ex vini cyatho et aquae calidae quantum sufficiat prima die dabis, sequenti die folia quinque cum granis quinque similiter ut supra, tertia die folia VII cum granis VII similiter ut supra, sed infirmo ex calda aqua dabis; mirabiliter tussem quamvis molestam et vetustam sedabis.

Ad diutinam tussem, quae numquam desinit et satis 14
molesta est, medicamen facies sic: Laricis — I, piperis — I, croci — I, myrrae — I, marrubii tunsi suci quartarium, ficus siccas tres, mellis optimi quod satis esse aestimaveris coques, haec pariter miscebis et conteres ac sic ieiuno triduo continuo coclearia singula dabis, miraberis remedium; sed si necesse fuerit, intermissis diebus iterum ac saepius dabis; hoc etiam pthisicos sanat.

Ad tussem ex perfrictione collectam medicamen hoc 15
utile est: Aceti optimi heminam, aquae heminam, hysopi ♀ VI tam diu coques, donec ad medietatem decoquantur; tum heminam mellis boni despumati adicies et lento igne

3 lexipyreas. 4 gluttinosam. 10 foenitio. 12 pullei. 15 coclearia] cottidiana. 16 tria] trita. 26 tres] aras. 27 estimaveris: existimaveris *Stephanus*.

decoques, ut spissescat; ante tamen quam mel adicias, supra scripta colare debes, inde terna cocliaria ieiunus
16 et post cenam accipies. Ad tussem remedium utile: Resinam terebinthinam et mel despumatum pari pondere permixtum cum ovo leviter decocto debebis ieiunus haurire.
17 Puleium siccum ad mensuram cyathi et nasturcii tantundem in pulverem tenuissimum redige et mellis optimi adice quod sufficiat ac decoque et mane ac vespere cocliaria inde singula accipe, miro adversus tussem quamvis molestam remedio uteris.

18 Ad tussem nocturnam et stomachi confirmationem remedium probatissimum sic: Caricas tres pinguissimas Africanas prima nocte accipies assatas super carbones, ita ut singulis caricis inseras piperis grana novena lecta et pulei, quod non fuerit in fumo, aliquantulum; sed caricas sic assare debes, ne comburantur penitus, sed ut resolvantur, et ea hora, qua te in lecto posueris, tum eas accipe et observa, ne quicquam postea loquaris aut quemquam appelles, antequam addormias; hoc observans per tres noctes facies.

19 Ad tussem praesentaneum remedium sic: Radices rumicis minutae eius, quae per campum se sternit et mora fert parvula, colliges sine ferro et earum P. III in aquae S XX lento igne usque ad tertias decoques; deinde radicibus separatis ponderabis aquam et quantum separata aqua pensaverit, tantum mellis boni despumati admiscere debebis et rursus utrumque mixtum tam diu decoques, donec mellis spissitudinem habeat; deinde admiscebis piperis optimi triti quantum aestimes posse sufficere, ut sine molestia accipiatur, atque ex eo medicamine mane et sero terna cocliaria sumes.

20 Marrubii fasciculum bonum in aquae congio ad medias decoque et ex ea aqua adiecto mellis aliquantulo ieiunus cottidie singulos cyathos, donec tussire desinas,

1 decoque. melle dicias. 4 terebintinam 19 addormias] obdormias *Cornarius.* 21 radicis 26 bonis (*sic*): optimi *Cornarius.* 32 fascicolum.

bibe; omne genus tussis efficaciter curabis. Feniculi ra- 21
dicem viridem nitidam in pila lignea contunde atque eius
sucum ieiunus cum vino vetere per dies continuos novem
in limine stans bibe, validissime adversum tussem quam-
libet molestam tibi proderit; itidem proderit et pulvis ex
eadem radice sicca factus similiter epotus. Porri contusi 22
sucus expressus cum oleo decoctus et epotus plurimum
tussienti praestat. Verbenae herbae arefactae tunsae atque 23
criblatae tenuissimi pulveris cocliaria quinque maiora maiori-
bus, minoribus pro aetate minora, sed sinceris ex vini Aminei
veteris cyathis totidem per dies quinque potanda dabis, febri-
citantibus ex aqua dari oportebit, mire tussientibus prod-
erit. Scillae interioris medullae tenerae contritae sucum 24
cum mellis pari mensura decoque et inde etiamsi mini-
mum, quantum summus digitus recipere possit, ieiunus
cottidie mane gustaveris, tussis molestia mire carebis.

Tussis molestia cito liberabere, si observaveris reme- 25
dium tale: Piperis albi grana III, bacarum lauri grana III
in unum contunde et adiectis aquae calidae cyathis duo-
bus ieiunus bibe, deinde piperis grana V et lauri bacas V
ex aquae ut supra cyathis duobus bibe, deinde VII et VII
ex aquae duobus, deinde VIIII et VIIII ex aquae duobus
et si tam molesta tussis fuerit, ut non statim desinat,
iterum deminuendo similiter facies, ut VIIII et VIIII et
deinde VII et VII, V et V, III et III cum aquae calidae
binis cyathis bibas. Cupressi bacae numero impares quam 26
minutissime tritae et ex vino vetere ieiuno potui datae
tussem potentissime leniunt; eiusdem tenera cauliculorum
a ieiuno commanducata, ita ut sucus transgluttiatur, mire
sanant tussientem, si id adiectis semper impari numero
cauliculis per triduum fiat. Myrrae, storacis, opii, croci 27
pares mensuras conterito et de contritis ac permixtis spe-
ciebus globulos ex aqua cicerculi magnitudine facito ac

1 fenuculi. 4 valedissime (*saepius*). 8 tussientibus *Cornarius.* praestater (*sic*). 10 sinceris *sic cod., non* sinceri *ut Cornarius.* aminnei. 17 molestiam. 25 et cum. 26 minutissimae. 31 storachis.

priusquam dormitum eat, tussienti tria catapotia devoranda,
id est transgluttienda, dato, super quae tres aquae calidae
cyathos potandos adicito; hoc remedio nocturna tussi la-
28 borantem cito liberabis. Ventriculi gallinacei membranulam,
qua sordes aqualiculi continentur, arefactam terito dili-
genter et cum vino potui dato, umidam tussem sedabis.

29 Tussem quamvis gravem maiorum natu intra quin-
que dies, parvulorum etiam intra triduum sanat, qui sul-
puris triti, quantum tribus digitis capere potest, in ovo
semicocto sorbili per triduum ieiuno aut per quinque dies
30 dederit. Hyoscyami — I, sulpuris semunciam, fellis terrae
— I, piperis — I, gentianae — I, opii ℈ I, marrubi — I,
mellis despumati quantum sufficiat supra dictis speciebus
tritis cribratisque miscebis ac leviter decoques; inde si
quis tussi graviter conflictabitur, pastillum ad magnitu-
dinem fabae ieiunus mane hauriat et in noctem cum calda
aqua alium pastillum bibat; bonum valde et utile reme-
dium experietur.

31 Scillae bulbum unum purgatum tribus fervoribus in
aqua decoques et ex eo quod fuerit tenerrimum sumes,
id est — IIII, panacis et iris Illyricae drag̃. quaternas,
ammoniaci — II. Haec omnia diligenter teres, sed scillam
seorsum confricabis, tum omnia confundes et mellis optimi
despumati ad colligendum in unum medicamen quod suf-
ficiat mittes atque inde laboranti per cocleare bis vel ter
diebus singulis dabis; intra dies septem etiam sanguinem
excreantem et vetustae tussis molestia liberabis, dum aut
deorsum purgatur aut per vomitum pituitae interius col-
32 lectae umor effunditur. Folia ulmi, quae orientem spec-
tant, cum piperis granis totidem, sed impari numero trita
et cum Falerno vino a ieiuno sumpta etiam purulentas tus-
33 ses potenter emendant. Salis quantum intra palmam tenere
potest qui tussiet in potionem cervesae aut curmi mittat et
calidum bibat, cum dormitum vadit, neque postea loquatur,

4 liberauis. 17 aqua] quam. 27 liberauis. 33 cerui-
sae *Cornarius.* 34 loquetur.

sed tacitus somnum capiat; cito sanabitur, si hoc vel tri-
duo fecerit. Milefolium tritum ex aceto potum tussienti- 34
bus atque etiam stomacho ruptis et sanguinem excreantibus
prodest; similiter prodest quinquefolium tritum atque ex
aqua potui datum.

Quinque ovorum incoctorum vitelli cum vini veteris 35
aut mulsi cyathis tribus permixti et calide per triduum
poti excreationes cruentas emendant. Nuces pineae inanes 36
contusae in ollam mittuntur et quot fuerint nuces, tot
hyoscyami unciae et aquae sextarii adiciuntur; haec ad
medias decoquuntur atque inde ad tussis remedium etiam
pthisico bibenda ieiuno cottidie potio, etiam ex vino, si
non erunt febres, salubriter dabitur. Si de tussi stoma- 37
chum quis aut latera dolebit, herbae vettonicae fasciculum
cum suis radicibus in olla nova decoquat cum aquae lixi-
vae S duobus, donec ad tertias consumantur, atque inde
dimidium cyathum frigidum, cum dolore urgebitur, bibat.
Vettonicam, nepetam, puleium aequali mensura cum vini 38
S duobus et salis pusillo ad heminam decoques atque
inde laboranti tussi et doloribus stomachi cyathos sin-
gulos ieiuno, ut per cocleare paulatim infundas, per tri-
duum dabis.

Si quem tussis intolerabilis vexat, de lupi iecore arido 39
vel exusto quantum voluerit conterat adiciatque vinum, mel
et aquam tepidam atque inde ad diem cyathum ieiunus
bibat; intra paucos dies mire sanabitur. Inventa casu in 40
via portio de cribro impari numero foraminum collo in-
ligata tussi et suspirio remedio est.

Ad tussem nimiam et veterem remedium sic: Mar- 41
rubi sicci P. III in ollam novam fictilem mittes et aquae
fontanae S XVIII et decoques ad tertias; deinde ipsam
aquam colabis et in rudem ollam alteram mittes atque
addes illic mellis optimi S I, piperis triti semunciam et
iterum ad tertias decoques, ut spissum fiat; deinde dili-

1 capeat. 10 hyosciami. 11 dequoquuntur. 12 pisico.
24 adiciasque.

genter in vaso vitreo repones atque ex eo ieiunus terna
coclearia cottidie sumes; aeque prodest marrubii viridis
sucus cum mellis despumati pari mensura decoctus et
cocleare pleno mane sumptus et vespere.
42 Herba argimonia contrita et ex vino vetere diluta
potui data unice tussientibus prodest, tamen, ut dixi, qui
43 remediandus est ieiunus accipiat. Betae radix pipere ad-
iecto conteritur, ex eo ad piperis magnitudinem catapotia
fiunt, inde bina ieiuno data devorantur, donec tussis vitium
44 consenescat. Fabae solidae granum infusum in aqua ad-
eoque inflatum, ut plus umoris nequeat haurire, subito
45 devoratum tussem mire tollit. Lotium humanum vetus
adiecto croco, ut odor eius occulatur, exhaustum veteres
46 tusses et eos, qui crassa pituita vexantur, emendat. Si
cui saliva resiliens tussem moverit, aliquis ei in frontem
47 sufflet, statim desinit. Ex ovo duro interius quod est passo
intritum adiectis aquae calidae cyathis duobus si, ante-
quam cubitum eas, biberis, quietiorem a tussi maiorem
partem noctis habebis et eius potionis adsiduitate sana-
48 bere. Faba fresa tussientibus, in qua aleum coctum fuerit,
maxime prodest vel ex melle in cibo sumpta efficaciter
remedium praestat, sed et purulentas excreationes cohibet
49 et sanat. Ficus siccae tres cum hysopi modico et parvo
rutae fasciculo et quartario faenograeci purgati cum aquae
nitidae sextario propenso in olla rudi ad medias deco-
quuntur et colantur, inde tres potiones per triduum tussi
50 nimia laborantibus dantur; mirum remedium est. Sevum
ovium decoctum et cum vino austero depotum tussi me-
51 detur. Sandaraca quoque cum resina terebinthina ex ovo
52 sorbili sumpta tussem remediat. Vettonicae pollinis drag. II
in passi Cretici cyathis duobus permixta aqua calida uti-
liter adversum tussem bibuntur.
53 Palmare remedium ad tussem sic: Feniculi sicci triti
𐆖 VIIII, anethi similiter 𐆖 VIIII, opii Hispani 𐆖 II.

11 humoris. 13 exaustum. 24 fenograeci. 25 pro-
pensae *Cornarius*. 29 terebentina. 31 permixtae *Cornarius*.

Haec iuncta ex melle optimo temperabis et ex eo nucis
avellanae magnitudine cum aqua calida mane ieiuno vel
etiam digesto ad vesperam dabis. Valde bonum et utile 54
ad tussem qualemlibet hoc remedium est: Apii seminis
𐆖 IIII, hyoscyami 𐆖 II, anethi 𐆖 IIII, opii 𐆖 II, mellis
quod ad colligendas et conglutinandas species supra dictas
sufficiat, cum in pulverem fuerint redactae. Tussi et cru- 55
ditati medetur hoc medicamen: Costi — III, cinnami — II,
piperis 𐆖 V, item piperis longi 𐆖 V, opii 𐆖 II, croci
— I, mellis quod satis ad haec trita temperanda et cata-
potia facienda, quae cum calda aqua et mane et sera, sed
interiectis vicibus dari oportet, quod similiter et de supra
scripto medicamine fieri debet. Aquam, in qua rutam et 56
hysopum et rosam siccam decoxeris, vino inmisce et ita
bibendam ieiuno offer tussienti, cito subvenies. In ovum 57
sorbile masticis pulverem mittes, sed opus est, ut mox
coagitatum statim sorbeas, ne dilatione fiat crusta; quo
exhausto facile tussem sedabis, si id saepius feceris.

Fabae grana quinquaginta tosta in furno, piperis toti- 58
dem tundes et cribrabis et pulei tantundem mensurae,
quantum fabae est, in pulverem rediges ac simul melle
consparges et coques in olla rudi atque agitabis, ne com-
buratur; postea de tepefacto medicamine per septem dies
singula cocliaria sive mane sive sera tussi laborantibus
dabis; cito subvenies. Herba centaurea trita ex vino dulci 59
bibitur; mire prodest etiam his, qui sanguinulentum aut
purulentum extussiunt, quos pthisicos dicunt. Uvam pas- 60
sam enucleabis ad ponderis librae sextantem et diligenter
teres, adicies senapis optime separatim triti librae sextan-
tem ac deinde adiecto aceto scillite cum mellis modico
teres et miscebis, ita ut eam spissitudinem habeat, ut
pastilluli fieri possint, non tamen grandes; inde qui pthisi
et diutina tussi laborat, singulos cum calda aqua ieiunus
mane et similiter dormitum vadens ad vesperam sumat.

6 concluttinandas. 17 quoagitatum. quod exausto. 27 purulento. tphicos (*sic*). 30 scillito. 32 tphisi.

61 Cervi pulmones cum suis gurgulionibus virgulis tensos in
fumo, donec arescant, suspende et ex his aliquid con-
tusum tritumque diligenter adiecto melle ecligmatis modo
62 pthisico dato, quem sanari citissime voles. Lacerta viridis
viva missa in vas fictile novum et cum vini Ꞩ tribus de-
cocta ad cyathum unum incredibiliter pthisico prodest, si
63 ex eo vino mane ieiunus bibat cocleare unum. Qui pthisi
laborabit, laser tritum in aqua tepida ieiunus cottidie bibat,
64 potenter remediabitur. Cancros marinos impari numero ex-
ustos vel aridos tritos et bacas laureas impari numero
tritas adiecto melle atque adipe anserina remissa aequis
ponderibus universa permixta unum corpus facies atque
aequaliter in duodecim partes divides et in cibo aut in
65 potione laboranti pthisico dabis, mire proderit. Ova in-
cocta duo in calice diffundes et deice olei optimi ♀ II
et axungiae vetustissimae in trulla ad calidam remissae
♀ II et coagitato ac permixtum pthisico tepidum cotti-
66 die da bibendum, donec sanetur, valde proderit. Qui pthisi
adficiuntur, maritima loca vitare debent atque illic maxime,
ubi pix conficitur, commorari ibique coclearum carne cum
67 vino excoctarum adsidue vesci. Picem praecoquam sive
quam viscosam vocant et rubricam Scythicam, quam alii
pissasphaltum vocant, cum sevi cervini remissi cyatho uno
et lactis bubuli vel ovilli pari mensura, si quis iam pericli-
tanti pthisico in potu vel in cibo cottidie dederit, mire
ei subveniet.

68 Mus gliris degluptus et cum oleo ac sale assatus
pleumoniacis vel empyicis cibo datus mire succurrit; eos
69 quoque, qui purulenta excreant, celerrime sanat. Marru-
bii viridis fasciculum et ambrosiae fasciculum et abrotani
fasciculum mitte in ollam semodialem novam et vini Ꞩ IIII
et decoque ad sextarium, tum exprime herbas et cola et

3 eligmatis. 4 tphisico. 7 tphisi. 11 atque] ad-
iecto. 13 duodecem. 14 tphisico. 15 difundes (*sic*);
*an* defundes? 16 vetussimae. 17 tphisico. 18 tphisi.
23 pissasphaltum] spaltica. 28 pleumoniacis *scripsi ut est
in titulo:* pleumoniticis. 29 maruvii.

adice in ollam mellis optimi sextarium et postea decoque
ad crassitudinem mellis; ex eo uteris ieiunus cottidie plena
ligula ad sanguinis reiectionem sedandam et ad stoma-
chum confirmandum. Butyrum nitidum et tantundem mellis 70
optimi despumati coquito, donec color rufus sit, et in pyxide
cornea reconde atque inde mane ieiuno singula cocliaria
dato, qui pulmonis exulcerati vitio fetidum olet vel puru-
lentum et fetidum excreat. Axungiae suillae vetustae un- 71
ciae tres ex vini vetustissimi cotylà una decoctae potui
pthisicis datae potenter remediantur. Anethi sicci veteris 72
pulverem et resinae pituinae pulverem cum adipe vetere
anserino aut gallinaceo edendum mane ieiuno empyico co-
cliaria tria et vespere tantundem dabis, mire subvenies.
Ad eos, qui sanguinem excreant, remedium efficax sic: 73
Turis masculi diligenter triti drag̃. II, ammoniaci unam
cum aceti hemina simul contemperabis, ita ut bibi possit,
et laboranti ieiuno aemoptyico dabis.

Si quis purulentum tussit, ovum crudum cum pari men- 74
sura suci de porro sectivo expressi tantundemque optimi
mellis permixti calefactum ieiunus sorheat. Ad excreatio- 75
nem cruentam remedium sic: Cocleae elixatae teruntur et
ex aqua calida ah ieiuno hibuntur necnon ad idem cocleae
inlotae ex aqua marina coquuntur et devorantur. Tussicis 76
et empyicis prodest aqua, in qua cydonea mala cocta fue-
rint, adsidue propinata; ipsa etiam si incocta manducentur,
iuvant. Sfongeae Africanae exustae cinis cum suco porri 77
sectivi haustus empyicos sanat. Rafani cocti ciho sumpti 78
sanguinulentas excreationes celeriter emendant. Gumen 79
optimum in ore solutum et degluttitum summo empyicis
remedio est. Ruhorum, in quibus mora nascuntur, cauli- 80
culi teneri tunduntur; ex his sucus exprimitur, qui in
sole ad crassitudinem mellis spissatur agitatus: hic haustus
sanguinulentam excreationem efficacissime cludit. Eorun-
dem ruborum cauliculi teneri ex vino austero discocti

2 uteris] ueteris. 3 lecula. 10 tphisicis. remediantur] remediatum est. 17 emoptoico. 20 permixtum *Cornarius*. 22 ab] ad.

eduntur idque vinum etiam merum potatum sanguinulenta
81 excreantibus prodest. Coagulum cervinum sive leporinum
sive haedinum in potione solutum bibitur utiliter ab em-
pyicis vel aemoptyicis, cervini quoque cornus exusti cinis
82 in potione datus similiter medetur. Bubulus sanguis vel
haedinus sanguis recens cum pari mensura aceti discoctus
sanguinem excreantibus prodest, si per cocleare adsidue
83 degustetur. Glutinum, quo charta glutinatur, calidum in
modum sorbitionis hauritur vel ex aqua calida sanguinem
84 excreantibus datur. Nuclei amygdalarum triti cum amulo
et menta trita in qualibet potione utiliter ab aemoptyicis
85 vel empyicis hauriuntur. Semen salicis tritum et ex vino
austere sumptum sanguinem tussientes sistit et vitium po-
86 tenter emendat. Hederae bacae, quae sunt luteae, inpari
numero tritae et ex aqua tepida potae pthisicos sanant.
87 Herbae vettonicae folia in umbra arefacta et tunsa cri-
brataque reponito atque inde laboranti vulso victoriati ar-
gentei pondus ex passo bibendum saepe praebeto. Quidam
quo potentius herbae huius auxilium facerent, adiecto
melle cribratum pulverem conprehenderunt atque inde fabae
magnitudine dederunt laborantibus pthisicis, vulsis et reu-
maticis eosque, qui etiam purulenta excreabant, incolumi-
tati solidae reddiderunt.

88 Ad pthisicos remedium et praesens et maximum, nam
etiam vitae dubios sanat et quibus spes superesse nulla
videatur: Equi salivam vel spumam cum aqua calida bi-
bendam per triduum dabis, etiam quem tussi intoleranda
et diutina laborare videris, hoc remedio liberabis; aegrum
quidem sine cunctatione sanabis, sed equum mors subita
89 consequitur. Ova cruda duo in calicem verguntur, eo adi-
ciuntur olei optimi — V, gari floris — V, passi Cretici
— V cumque haec in calicem conieceris, axungiae vetu-

2 quagulum. 4 emoptoicis. 8 gluttinatur. 10 triti cum *scripsi:* triticum. amulo *exhibet cod., non* amylon *ut Cornarius edidit.* 11 emoptoicis. 13 austero *Cornarius.* tussientis. 15 tphisicos. 16 vetonicae. 21 reumauticis. 22 incolomitatis. 26 salibam. 28 laberare. 32 vetussimae.

stissimae — V intromisso in vase igne dissolves eundem-
que liquorem calidum ceteris rebus adicies omniaque pariter
super aquam ferventem remittes et calida pthisicis bibenda
praebebis. Herbae senecionis viridis contusae et expressae 90
sucus ad mensuram cyathi unius per dies singulos potui
datus pthisicis miro remedio est, si interiectis diebus vel
septies propinetur. Rutae tenerae contritae cum ramu- 91
sculis suis et expressae sucus cum aliquantulo bitumine
ex vino vetere calido ⟨datur⟩ pthisicis, celeriter sanabun-
tur, similiter et empyicis in potu id medetur. Oleastri 92
folia si bene decocta dentur empyicis, celeriter sanabuntur.

Antidotum pthisicis incomparabile sic: Piperis albi 93
℈ III, myrrae ℈ I, opopanacis ℈ I, turis masculi ℈ I,
opii ℈ I, croci Siculi ℈ I, zingiberis ℈ II, laseris ℈ I,
rutae siccae ℈ II, abrotani ℈ II, narcissi ℈ II, vettoni-
cae ℈ II, marrubii ℈ II, pulei ℈ III, mellis despumati
optimi Ꞩ I, vini Aminei quartarium, papaveris triti ℈ I.
Ex quocumque liquore hoc pthisicis propinatum valde
prodesse memoratur, ita ut de contritis diligenter mixtis-
que speciebus catapotia fiant magnitudine fabae; quae aut
integra haurienda aut liquefacta dentur et mane et vespera.

Trochiscus di electru praestantissimus ad aemoptyi- 94
cos, id est sanguinem vel excreantes vel vomentes vel eos,
qui maxime cum tussi sanguinem iactant, huius confectio
sic: Croci ℈ XV, sucini ℈ XV, masticis Chiae ℈ XV,
iris Illyricae ℈ XV, opii 𐆖 II S, psyllii, quod est semen
nigrum minutum pulicibus simile, — II S. Hoc semen
coques in hemina aquae, donec densa fiat, quemadmodum
de lini semine, quam colabis postea et reliqua omnia trita
ex hac aqua colliges et formabis trochiscos habentes maxi-
mos ℈ IIII S, alios ℈ III S, minimos usque ad ℈ I S.
Ita ergo facies, ut pro aetate unus quisque et pro corporis
firmitate accipere possit.

Ad eos, qui sanguisugas inscii devorant, cimicum in 95

4 senitionis, *item infra saepius.* 9 datur *addidi.* 10 in *om.* 13 mirrae. 16 mellis despumati optimi ℈ I. 22 emoptoicos. 26 psyllii] pilliu.

carbonibus positorum fumus remedio est, si ore hianti et
faucibus apertis excipiatur; eici enim et expelli devoratas
96 sanguisugas hac ratione certissimum est. In eo aceto, in
quo prius ferrum fervens sit extinctum, butyrum missum
et calefactum paulatim si absorbeatur, eiciet de stomacho
sanguisugas.

97 Ad stridorem pectoris deponendum senapis optime triti cyathos duos et mellis optimi despumati cyathum miscebis et ieiunus die calido aut in loco tepido gargarizabis et sines patenti ore umorem decurrere.

98 Ne media doleant, luna septima decima semper alii incocti terna grana purgata transglutti, mire proderit.

99 Corallium tritum ex aqua potui datum reiectionem sanguinis reprimit; cui rei et castaneae medentur, si coctae quam plurimae manducentur.

100 Ad tussem Vindiciani medici remedium singulare: Sulpur vivum teres et involves de axungia porci vetustissima et dabis, ut transgluttiat tres pilulas prima die, secunda II, tertia I; tales autem pilulae erunt, ut facile transvorari possint; hoc remedium etiam equis tussientibus prodest.
101 Ad tussem remedium efficax: Herba, quae Gallice calliomarcus, Latine equi ungula vocatur, collecta luna vetere liduna die Iovis siccata prius in ollam novam mittitur
cum prunis ardentibus, quae intra ollam mitti debent;
superficies sane eius argilla diligenter claudi debet et calamus inseri, per quem umor vel fumus caloris hauriatur
102 intra os, donec arteria omnia et stomachum penetret. Compositio ad tussem: Mellis despumati P. I, anethi seminis — III, piperis — I. Haec diligentissime trita miscentur melli, ut, cum usus exegerit, bis in die terna cocliaria qui tussi laborabit accipiat.

103 Compositio ecligmatii ad pulmonem corruptum reparandum: Marrubii fasciculum unum, hysopi fasciculum unum, glycyrrhizae — III, iris Illyricae — III, inulae — III,

8 cyatos. 10 umurem. 18 transglutticat (*sic*). 27 arteriam omnem *Cornarius*. 32 eligmatii. 34 glycerizae.

nuces pineas resinosas V, aquae Ꞩ VI, mellis P. V. Omnia haec in aquam nitidam infundes, ita ut ad tertias coquantur, hoc est ut simul universa ad trisextium veniant, postea adde supra scriptum mellis pondus, ut ad mellis veniant densitatem; quibus colatis et in vitro conditis terna mane cocliaria, terna vespere, qui supra dicta valetudine laborabit, accipiet.

Descriptio ecligmatii ad pulmonem curandum: Herbae 104
gladiatoriciae sucus, lilii silvatici sucus, marrubii sucus aequis mensuris parabitur; deinde quantum de tribus speciebus fuerit suci, tantum mellis mittetur, ita ut postea in sextario huius permixtionis tria cocliaria olei viridis mittantur; quod tam diu postea coquetur, quamdiu medicamen ad mensuram mellis veniat; ex hoc ieiunus accipiat terna cocliaria et post cenam terna, qui pulmonis vitio laborabit.

Confectio unctionis ad ipsam pulmonis causam: Olei 105
mollis Ꞩ I, cymini quartarium lento igni tam diu coques, quamdiu cyminum percoquatur; quod postea colabis et addes olei chamaemelini heminam, olei anethini quartarium, olei rosei quartarium, olei rutacei heminam, medullae cervinae recentis — III, adipis anserinae atque porcinae recentis — VI, butyri recentis sine sale — VI, cerae Punicae — III. Haec omnia ad vaporem soluta miscentur et quando aeger ungui habet, tolles ex eo uncias VI ad triduanam unctionem et addes illic suci de faeno graeco — II, febrifugiae — II, lactis humani quartarium, quod lac sub hora, qua aeger unguendus est, mittatur nec calefiat cum ceteris speciebus, et iacens in lecto unguatur lenta satis manu; sed ante lucem, postquam unctus fuerit, statim lac vaccinum bibat eadem hora mulsum, non coctum, dum calet.

4 *verba* pondus ut ad mellis *om.* 5 venit. 6 valitudine. 8 eligmatii. 20 rutacei *scripsi:* ranacei. 24 ungeri. habet] debet *Cornarius.* 27 calefiat *scripsi:* calefaciat. 29 postquam] post.

## CAP. XVII.

**Ad suspiriosos vel ad dyspnoicos et ad omnes causas arteriorum, de quibus ruptis sanguis emanat, et ad vomitus restringendos et provocandos et ad sitim arcendam et ad singultus inhibendos et ad reumaticos et ad vulsos remedia rationabilia et physica diversa de experimentis.**

1 Ad suspirium facit bene acetum, quod scilliticum vocant, cocliario ter quaterve sumptum ad diem. Prodest et scilla argilla circumdata et furno cocta purgatis exterioribus putaminibus et quod eius tenerrimum est tritum adiectis mellis Attici duabus partibus et aceti boni una parte atque ita decocta et per ligulam unam semel in die sumpta.

2 Profuit multis ad suspirium vel dyspnoeam depellendam pulmo vulpis vel iecur in olla fictili exustum atque ad cinerem redactum et datum ad diem ieiuno mensura cocliariorum trium cum aquae cyathis tribus, si febricitabit: si sincerus erit, ex vino vetere; profuit et pulmo cervi eodem modo arefactus et datus.

3 Prodest suspiriosis hoc medicamentum evidenter: Aluminis fissi X VI, opii X I. Aqua exigua opium diluitur, miscetur alumini ante trito. Fiunt globuli ciceris magnitudine, dantur ieiuno ante cibum quaterni aut quini. Hoc medicamentum et ad sanguinis eruptionem ex interioribus partibus facit et ad veterem tussem et ad pthisicos vel purulenta excreantes.

4 Hoc quoque medicamentum ad suspirium satis commode facit: Sulpuris X I, nitri X I, abrotani quod tribus digitis conprehendi possit. Haec contunduntur et teruntur curiose; cum opus est, dantur ex his ieiuno cocliaria duo cum duobus cyathis aceti calidi.

*tit.:* suspiriosus. arteriorum] arteriarum *Cornarius.* vomicas] vomitus. restringendas. provocandas. ad *om. ante* singultus.
1 scillitum. 3 argila. forno. 7 dyspnuam. 11 sencerus. 23 duo cum *om.*

Aliud medicamentum strumis et suspirio efficax, facit 5
autem et ad lumborum diutinum dolorem et ad paralysin
et ad hydropicos et ad lienosos, conficitur sic: Bruoniae,
id est albae vitis, radicis X XII, iris Illyricae X XII, am-
moniaci guttae X XII, asparagi radicis X VI, scillae bulbi
crudi tenerum ex interiore parte X XII, tragacanthi X VI.
His mellis miscetur quod sufficiat, sed prius contusis di-
ligenter et tritis, donec ceroti habeant temperaturam; inde
cum opus est, datur ieiuno denarius unus cum aquae mul-
sae cyathis tribus.

Balsami semen tritum potum ex vino prodest suspi- 6
riosis, caducis, freniticis, pleuriticis et ad omnia vitia,
quae in thorace subsistunt, pulmonis et suspirii causis
medetur. Thymum tritum potum ex vino extenuat et cale- 7
facit quae sunt in stomacho gravia, unde suspirium nascitur,
ventrem quoque relevat, sanguinem extenuat et quae sunt
glutinosa et haerentia in thorace et faucibus detrahit. Ori- 8
ganum cum croco tritum potatumque cum vino suspiriosis
prodest. Hysopum quoque aridum contusum et cretum ex 9
aqua aut vino aut aceto aut melle datum aut decoctum
cum aliquo supra dictorum liquorum suspiriosis medetur.
Marrubium aridum tritum cum mellis cocliario sumptum 10
vel sucus eius potus aeque suspiriosis remedio erit. Cha- 11
maedrys extenuata tritaque et pota prodest suspiriosis,
quae propter crassitudinem suam liquore aliquo, etiam
aqua, extenuari debet et sic accipi. Herba tiniatica con- 12
tusa et ex melle cocliario sumpta suspiriosos curat; rutae
quoque atque herbae blattariae sucus per se datus aut
radices earum incoctae aqua et potui datae similiter pro-
sunt necnon et capparis radices idem praestant, si ita, ut
supra scriptum est, accipiantur. Resina terebinthina devo- 13
ratur ad magnitudinem fabae Aegyptiacae ab eo, qui suspi-
rio laborat, vini cyatho supersumpto, quae res magno re-
medio est.

2 paralysen. 4 hammoniaci 17 gluttinosa. 29 putui.
31 terebintina.

14 Centaureae tenuis sucus, quantum nux avellana re-
cipit, cum aqua mulsa datus vel ianthidis herbae, quae
umidis locis nascitur, unius fruticis folia trita cum cyatho
aquae data suspiriosis plurimum prosunt; vino uti oportet
suspiriosos, in quo centaureae, absinthi, origani et tragori-
gani et hysopi et thymi et pulei et rutae fasciculi tertia
15 detracta fuerint decocti. Cupressi pilulae tritae potae ex
vino faciunt bene non solum ad suspirium, sed et ad
iocineris et pectoris et vulvae dolorem, si feminis dentur;
folia autem eiusdem cum ruta trita et pota pectoris tol-
lunt dolorem, similiter cortex et radix cupressi decocta
ad eadem prosunt, sed faciunt et ad falangionis morsum,
si extrinsecus inponantur emplastri more conposita.

16 Acetum ex scillae bulbo factum mirifice prodest su-
spiriosis; similiter acetum ex thymo, origano puleioque
17 confectum prodest, si adsidue degustetur. Utiles sunt inter
initia quamvis molesta suspiriosis sorbitiones de porro ca-
pitato factae et ex urtica atque nasturcii semine. Perungui
autem eos oportet rebus calefacientibus, certe pyrethro
cum oleo decocto; gestationes quoque per viam myrteam
prosunt et si super lecticam vel super lectum suspenda-
18 tur illis myrtus, remedio erit. Ad suspiriosos remedium
salutare: Spumam de ore mulae collige et in calicem mitte
atque ex aqua calida sive viro seu feminae, quae hanc
molestiam patitur, continuo da bibendam; homo statim sana-
19 bitur, sed mula morietur. Ad suspiriosos sanandos fel
ursinum aqua dilutum bibendum optime datur, intra pau-
20 cos enim dies potenter medetur. Ad suspiriosos reme-
dium potens: Herbae salutaris fasciculum et ficorum Afri-
canorum aridorum selibram ex aquae fluvialis heminis tri-
bus decoquito ad heminam eamque potui dato per triduum.

21 Ad sanguinis eruptionem sive ex arteria sive ex pul-
mone vel pectore bene facit symphyti radix, quam quidam

4 oportit (*fere semper*). 6 ysopi. 7 detracta] re-
tracta. *Apparet hunc locum aliquot verbis omissis corruptum
esse.* 14 bulbum. 18 perungeri. 26 suspiriosus. 31 emi-
nam. 33 sympeuti.

inulam rusticam, quidam alum Gallicum vocant, lota haec
aqua frigida et rasa cultello eburneo vel osseo. Datur sex-
tans librae ex ea aut eo amplius vel quantum potuerit
debet manducare et devorare cui opus est; neque enim
amara est. Oportet autem eo die acetum non gustet, quod
interdum per se solum magnifice solet prodesse, sed huius
radicis effectum resolvit, si cum ea detur.

Bene facit ad arteriae eruptionem polygoni sucus cya- 22
thorum duum aut trium per triduum datus et plantaginis
tritae eodem modo datus sucus plurimum prodest; cretae
quoque Samiae X unus sumptus ex aquae frigidae rigore
detracto cyathis tribus validissime iuvat; herbae etiam poly-
goni, quae, ut opinor, tiniaria vocatur, fasciculus, quantus
manu conprehendi possit, in tribus heminis aquae de-
coctus ad tertias recte medetur eruptioni sanguinis ex
arteriis, si quis inde laboranti cyathos tres ieiuno per tri-
duum dederit. Oportet autem sentienti vulnus interius 23
loco ipso sed a foris sfongeam cum aqua frigida recenti
inponere vel ex aceto acri, sed frequenter mutare, ne con-
calefacta noceat, et vetare artus constringi, quod plerique
medicorum faciunt ignorantes, quia incitatur sanguinis eru-
ptio musculorum compressione, quandoquidem omnis con-
strictio in utramque partem exprimit venam.

Faciunt et composita medicamenta ad sanguinis erup- 24
tionem, quorum hoc est praecipuum: Acaciae suci uncia,
hypocistidos, qui est sucus rosae silvaticae, quam caninam
quidam vocant, uncia, balausti, qui est flos mali granati,
quo coriarii utuntur, uncia, opi semuncia. Balaustium con-
tunditur et cribratur vel siccum in mortario teritur, cetera
pridie macerata in aqua commiscentur diligenter et pa-
stilli inde finguntur, quidam maiores, quidam ad denarii
semissem; dantur resoluti iuxta aetatem vel virtutem in-
firmi ex aquae frigidae cyathis tribus aut duobus. Hic
pastillus bene facit et ad dysintericos et ad torminosos.

1 al *pro* alum. 2 sextantem. 12 valedissime iubat.
22 quandoque. 27 malagranati. 28 quo coriarii] quoriarii.
28 balausticum. 34 disintericos.

25 Alter pastillus ad sanguinis eruptionem mirifice faciens
accipit haec: Tragacanthi 𐆖 VIIII, Samiae cretae 𐆖 VII,
rutae Ponticae 𐆖 VIIII, glycyrrhizae suci 𐆖 V, symphyti
suci 𐆖 VII, gummis 𐆖 IIII, hypocistidos suci 𐆖 VII, turis
𐆖 V, aluminis liquidi 𐆖 V, opii 𐆖 V, amyli 𐆖 VI, myr-
rae 𐆖 V, croci 𐆖 VII, plantaginis suci 𐆖 III et passi
Myconi quod satis erit tritis diligenter supra scriptis spe-
ciebus miscebitur, fient pastilli ad denarios singulos et ad
semisses, qui pro aetate aut viribus infirmi ex aquae tepi-
dae cyathis tribus ieiuno dabuntur.
26 Ad reiectionem sanguinis ex ore manantis symphyti
radix in vino decocta salubriter bibitur, ligustri quoque
sucum ieiuno per triduum dato, statim subvenies; quae
27 res et torminosis et dysintericis est salubris. Si ex quo-
cumque corporis loco sanguis per abundantiam nimiam
exuberet et fluat, herbae Sabinae sucus, quantus videbitur,
sive viridis sive siccae contritae ex vino picato vetere
optimo ieiuno per triduum dabitur; sanabit haec potio
etiam in vitae discrimine constitutum. Facit autem et ad
colicos et ad dysintericos, quibus tamen decocta datur.
28 Qui subito sanguinis vomitu laborat, corallium contusum
et in pulverem redactum ex potione mixta calida bibat.
29 Ad vomitum nimium reprimendum sulpuris vivi pu-
sillum et rasamen de cornu cervi tantundem in ovo sor-
30 bili tritum et permixtum bibi utile est. His, qui cibum
non continent, aloes minimum cum frigida aqua potui da-
31 tum plurimum prodest. Personaceae herbae radix contusa
adiecto modico sale et vino sparsa et cottidie recens in-
posita super tumorem stomachi vomicas omnes per sudo-
32 rem emanationesque occultas potenter expurgat. Mandra-
gorae drag̃., hyoscyami tantundem, opopanacis idem, croci
Siculi tantundem, myrrae atque turis similiter, gummis

3 clycerizac. symphiti. 5 *verba* opii 𐆖 V, amyli 𐆖 VI, myrrae 𐆖 V, croci 𐆖 VII *om*. 7 miconi. 8 fiant. 11 symphiti. 14 disentericis. 20 disintericos. 24 rasamen] ramenti *Cornarius*. 25 est *post* utile *om*. 26 putui. 31 hyosciami.

itidem; omnium specierum pares mensuras tere diligenter
et in pulverem tenuissimum redige atque ex vino vetere
collige paulo crassius, quam spissitudo sit mellis; ex eo
medicamento ad mensuram victoriati, id est dimidium
drachmae, dabis ruptum et infirmum stomachum habenti
in tribus cyathis aquae calidae eunti dormitum; beneficium
remedii prima statim potione sentitur, secunda incredi-
bilis profectus est, tertia curatio omnis potentissime ex-
plicatur. Ovum incoctum in calice defunditur et testa eius 33
suco marrubii impletur et in ipso calice defunditur et
mellis optimi despumati tantundem; omnia haec in se
permiscentur ac tepefacta hauriuntur; miro modo vomi-
cas rumpunt et ad sanitatem laborantem stomachum per-
ducunt. In ovo sorbili cimicem unum contritum ieiunus 34
ignorans qui sorbeat, desinet vomere; hoc saepe ex-
pertum est.

Conpositio medicaminis ad arteria sananda sic: Costi 35
℈ III, spicae nardi ℈ III, piperis ℈ III, radicis lappae maio-
ris, id est herbae personaceae ℈ III. Haec omnia simul teres
et ieiuno in balneo ex vino candido bibenda protinus dabis.
Herbae vettonicae folia arefacta contusa cribrataque pro- 36
sunt suspiriosis, si ex eo pulvere cocliaria singula ex aquae
calidae cyathis duobus ieiuni interiectis diebus, donec sa-
nentur, biberint. Aqua, quae in arborum lacunis cavisque 37
corticibus consistere consuevit, suspirioso potui data cele-
riter eum sanabit atque omni periculo liberabit, si adsi-
due vel ipsa pura calida vel mixta potetur.

Sitim quamlibet molestam reprimes, si aquam tepi- 38
dam cum oleo permixtam biberis et continuo vomueris,
denuoque si necesse fuerit id facies, quo facto sitis maxima
consenescit. Gallinacei ovi vitellum semicoctum oleoque 39
permixtum si quis sorbeat, sitire desinet. Lapidem de aqua 40
fontana sublatum statim sub lingua pone et illic aliquam-
diu tene, sitire desines. Glycyrrhizae surculum parvum sub 41

10 ipso calicem (*sic*). 17 arteriam sanandam *Cornarius*. 20 candito. 29 vomeris. 34 glycerizae.

lingua habeto et salivam, quae creverit, transglutti, quo
facto neque sities neque os tibi inarescet.

42 Ad singultus inhibendos festucam, quam bibens in
calice acceperis, protinus supercilio sinistro imponito; con-
43 tinuo remedium experieris. In aquam calidam manus mis-
sae diuque illic retentae singultus crebriores inhibere di-
44 cuntur. Anulus in sinistra manu in medio digito positus
45 vel ibidem translatus singultus statim compescit. Si quis
singultiens aceti scillitici cocleare plenum acceperit, statim
singultire desinet; idem praestat et aquae satis frigidae
adsiduus gustatus et si quis spiritum introrsum revocet et
aliquamdiu contineat, similiter remediabitur nec minus huic
rei prodest sternumentum in tempore excitatum.

46 Herbae trixaginis contusae in lignea pila sucus ex-
pressus cum vino calido potui datus ruptos sive vulsos
47 et reumaticos efficaciter sanat. Asparagorum radix ad
pondus denariorum duorum et brassicae folia tantundem
mensurae contrita atque ex vino nigro vel austero potui
48 data vulsis et reumaticis mirifice prosunt. In pila, in qua
frumentum tunditur, quantulumcumque sordium aut pul-
veris inveneris collige itemque in eo loco vel foramine,
in quo ianuae pessuli descendunt, quidquid reppereris col-
lige et in unum permisce et tacite vel occulto loco in
potionem aut cibum vulsi laborantis insperge; continuo
49 malum dolorque sedabitur. Serpentis senectus, id est ex-
uviae, licio alligatae et vulso circumdatae mire prosunt.
50 Stercus verris primo vere collectum arefactumque et tritum
in potione datum efficacissime vulsos et reumaticos sanat.

51 Ad eos, qui sanguinem per os proiciunt, remedium
tale: Testae nucis maioris conbustae diligenter terantur
et cum aceto dentur; sed si febricitat, cui medendum est,
cum posca accipiat pro modo, ut causae sunt aut aetas
unius cuiusque patitur, id est ut unius nucis testae aut
duarum vel etiam trium dentur.

2 inarescit. 3 fistucam. 6 singultis. 9 scilliti. 14 triagonis. 20 quantolumcumque. 23 occulte loca vel potionem.

Conpositio ecligmatii, quod facit ad pthisicos et ad 52 eos, quibus pulmo per destillationem uvae vulneratus est: Iris Illyricae — I, spicae Celticae — I, hysopi Cretici — I, ameos — II, resinae terebinthinae — I, piperis — II, ervi russei — II, butyri — VI, mellis despumati P. III et — VIIII. Ea, quae in pulverem redigenda sunt, tundes et diligentissime cernes, resinam vero et butyrum lento igne liquefacies; postea melle permixtum totum supra scriptarum specierum pulverem colliges et simul commaceratum in doleolo vitrio repones utendum, cum usus exegerit, ita ut mature ieiunis terna cocliaria dentur.

## CAP. XVIII.

### Umerorum et cervicium doloribus et opisthotonicis et hircosis et unguibus et paronychiis remedia rationabilia et physica diversa de experimentis.

Umeri dolorem mustelae exustae cinis tritus et cum cera 1 permixtus ac subactus et ceroti more impositus mire sanat.

Ad cervices et nervorum subitos aut veteres dolores 2 et contusiones medicamentum valde necessarium, quod dia steaton dicitur, sic: Masticis — III, olei rosei libram, olei gremialis selibram vel quod sufficiat, cerae Ponticae libram, sevi cervini libram, medullae cervinae libram, adipis pullinae libram, adipis anserinae libram, adipis scrofinae P. II, faenograeci suci heminam, lini seminis suci heminam, ibisci suci heminam, chamaemeli fasciculum, anethi surculos VII. Mastiche cum oleo rosaceo in mortario conteratur, species vero supra sciptae lento igne decoquantur et suci cum cera seorsum misceantur et omnia mixta colentur; sic postea mastiche cum oleo supermittatur et

1 eligmatii. 2 destellationem. 3 illiricae. ysopi. 4 terebentinae. 5 rysei. 8 permixto. 10 exigerit *ut saepius.*

*tit.:* opistotonicis. hyrcosis. paranichiis.

17 graemialis. 20 *a vocabulis* fenogreci suci *codex deficit usque ad c.* XX, 26 Cibos vero dari.

misceantur omnia diligenter mixtaque coagitentur ad focum
et refrigerata in dolio vitreo reponantur, quibus cum opus
fuerit ceroti more uteris.
3 Cervicis dolor inflexibilis, quem opisthotonon Graeci
vocant, levatur urina caprae auribus infusa aut bulbo trito
cum fimo eiusdem caprae cervici inlito; sed nihil utilius
est medicamento dia steaton de adipe diversa facto, quod
4 supra scriptum est. Ad cervicum dolores remedium phy-
sicum sic: Ieiunus dextram manum saliva tange et dextrum
poplitem perfrica, deinde sinistra manu sinistrum et hoc
5 ter per singulos poplites facito, statim remediabis. Butyro
6 et adipe ursina perunctae cervices statim sanabuntur. Cerae
selibram, olei cyprini selibram, absinthii viridis contusi — II
simul ad ignem permisce et pro ceroto utere ad omnes
7 cervicum dolores. Rigor cervicis adipe anserina vel potius
8 gruina perunctus velocissime mollietur. Fici folia et poma
eiusdem inmatura contrita et inposita cervici subveniunt.
9 Nervorum omnium rigori et perfrictionibus cito sub-
venitur malagmate tali: Olei laurini P. I, resinae terebin-
thinae P. I, picis liquidae P. I, axungiae veteris P. I.
Decoctis et permixtis una his speciebus nervi rigentes et
offensi salubriter perfricantur.
10 Opisthotonicis et tetanicis lotium caprinum cum aqua
11 mixtum efficaciter prodest, si ieiunis potui detur. Summum
opisthotonicis et arthriticis remedium et multis experimen-
tis probatum conficitur sic: Castorei, piperis albi, petro-
selini aequales portiones simul tundes et cribrabis atque
inde cocleare unum cum uno cocleari mellis et aquae
calidae cyathis duobus ieiuno ad diem dabis.
12 Farina lini seminis addito nitro ex vino calido in
modum malagmatis temperatur et inponitur cervicum do-
13 lori, statim medetur. Farina quoque hordei cum ficu arida
14 tunsa permixta et inposita idem praestat. Lenticula in
aceto discocta cervicibus malagmatis more adposita dolores
15 earum mitigat. Ad cervicum tumores sedandos ovorum
vitelli cocti cum adipe anserina inliniuntur felle caprino
aequis ponderibus permixto atque inde cervices fricantur.

Rigores cervicum sevo bubulo optime perfricantur; nam 16
continuo mollescunt et dolor omnis abscedit. Herbae vet- 17
tonicae contritae sucus ad scripulos duos adiecto mulso
potui datus dolorem cervicum leniet, sed febricitanti ex
aqua calida dari oportet.

Sal in sacco calefactus inpositusque umeris omnem 18
dolorem optime discutit, si adsidue commutetur, ut cali-
dior ponatur; lana quoque sucida ex oleo calido umeris
adposita medetur. Spongia leviter mucrone, quo homo oc- 19
cisus est, adtacta et calida umeris adposita medetur; cetera
vero, quae sunt in lacertis brachiorum et cubitis et digitis
ac nervis et articulis, causaria acopis et calefactoriis et
remediis diversis curantur, quae variis locis sunt adscripta.

Ad hircos et alas fetentes remedium sic: Hirci ma- 20
turioris cornu rasum vel exustum cum felle hirci miscetur
et pondere aequo myrra adicitur atque inde ascellae demptis
prius pilis adsidue perfricantur. Alumen scissum storaci 21
mixtum, si in unum conteras atque alas fetidas adsidue
perfrices, bonum illis halitum excluso taetro odore prae-
stabis. Caro vitulina recens cum aceto cocta madidaque 22
alis inposita fetorem hirci taeterrimum tollit. Myrra sicca 23
tunsa adsidue alas confrica, vitium fetoris mire emendabis.
Laserpitium vetustissimum tunde, cribra atque inde alas 24
perfrica, similiter proderit. Nitro ex aqua diluto vel alu- 25
mine vino remisso utere quam saepissime ad alarum feten-
tium emendationem.

Ad paronychiam et suppurationes unguiculorum glan- 26
dem tritam cum sapone adpone, ibiscum quoque cum axun-
gia et pane trito inpone. Ut excussi ungues cito resurgant, 27
quinquefolium cum adipe qualibet tritum inponitur, olea-
stri quoque folia commanducata recentibus unguium vulneri-
bus recte inponuntur. Paronychiae stercus ex auriculis 28
inpone et linteolum superalliga, mirabere remedium. Ad 29
idem uvam passam enucleatam cum ture trito subactam

17 styraci *Cornarius; ego formam, quam omnibus locis codex exhibet, restitui.*

30 sicut cerotum linteolo inductam inponi oportet. De parony-
chia parietem continges et rursum digitum ducens dices
ter: Pu pu pu, numquam ego te videam per parietem repere.
31 Ad digitorum· et articulorum subluvium vel suppura-
tionem sedandam atramentum scriptorium ex aceto tem-
pera et de pinnula inline digitum vel articulum dolentem,
lucernae quoque fungum contere et inpone paronychiae
vel digito contuso.
32 Ad cubiti vitium vel dolorem spuma argenti trita cum
oleo rosaceo emplastri modo utiliter admovetur.

## CAP. XVIIII.

### Ad lichenem sive mentagram vel inpetiginem et ad elephantiasim et lepram et exanthemata et maculas et livores tumoresque de facie abolendos et ad genas scabras et cicatrices malarum purgandas et ad lentigines et stigmata delenda verrucasque tollendas remedia rationabilia et physica diversa de experimentis.

1 Ad lichenem sive mentagram, quod vitium neglectum
solet per totam faciem et per totum corpus serpere et
plures homines inquinare; nam Soranus medicus quondam
ducentis hominibus hoc morbo laborantibus curandis in
Aquitania se locavit. Huic ergo valetudini maxime meden-
tur cantharides tritae et inlitae cum suco uvae Amineae
et cum sevo ovis vel caprae, sed prius facie lota et nitro
2 diligenter curata medicamen imponitur. Adeps vituli marini
3 inposita mentagrae plurimum prodest. Ficulni caules teneri

5 scriptorium *Stephanus:* scriptorum *Cornarius.* 13 *Hunc locum aut ipsius Marcelli aut librarii neglegentia graviter corruptum esse e Plini nat. hist. XXVI, 4 apparet, cuius haec sunt verba:* certum est Manilium Coruutum e praetoris legatum Aquitanicae provinciae HS $\overline{CC}$ elocasse in eo morbo curandum sese; *cf. Pseudo-Plin. de medic.* 1, 18 (*ed. Ros.*): Manlius Cornutus praetor provinciae Aquitanicae legatus <HS> CC in hoc morbo locavit se curandum.

in aceto excocti triti et inliti mentagrae medentur. Idem 4
praestat ibisci radix cum lupino et aceto ad tertias cocta
et adposita. Flos visci cum calce subactus et adpositus 5
mentagrae valde est utilis.

Ad inpetigines detergendas farinam ervi mixtam cum 6
aceto frequenter inducito. Olei myrtini uncias VI, olei schi- 7
nini aut mastichini uncias quattuor, lithargyri uncias III,
psimithii uncias II cum vino vetere simul teres et oleum
statim postea mittes et diligenter permiscebis et sic uteris
ad inpetigines abolendas. Ad inpetigines detergendas la- 8
pathi radices cum aceto coques ad tertias et in eo iure
iterum oryzam discoques et sic ad perducendum corpus
uteris. Cucumeris silvatici radices ad tertias discoques 9
easque decoctas teres diligenter et addes lithargyrum ac
sulphur aequali mensura et cerae parum atque inde loca,
quae inpetigo ceperit, perfricabis.

Ad scabidam inpetiginem scillam albam sumito et bene 10
contundito eaque inpetiginem inlinito et adsiccatam aceto
acri mixto sale eluito, deinde spuma argenti contusa et
rosa liquida perunguito et cum adsiccatum fuerit medi-
camentum, rursum, ut supra diximus, aceto salso abluito
atque iterum eadem ratione scillam tritam inlinito idque
remedium frequenter iterato, donec ad sanitatem perducas.
Picis liquidae optimae acetabulo uni adice farinam hordea- 11
ceam et nitrum et apium tritum et sulphur aequis pon-
deribus ac superfunde aceti albi acerrimi acetabula duo
et in patina decoque simul ac postea calidum medicamen
linteo inducito et sic corpori adponito; non solum inpeti-
ginem hoc remedio, sed et lepram sedabis et scabiem.

Inpetiginem quamvis inveteratam cito abolebis, si fae- 12
cula vini, qua tinctores utuntur, cum aqua permixta locum
perunxeris, ita ut, dum quinquaginta numeras, illic esse
permittas et continuo destringas; nam si diutius fuerit,
altius vis eius insidet et ulcus grande faciet. Glutinum 13
taurinum aceto remissum adiecto sulfure vivo leni igne
decoctum, ita ut ad mellis crassitudinem perducatur, sur-
culoque ficulno, dum coquitur, agitatum ac bis per diem

inpositum inpetigines, quas Graeci agrias vocant, poten-
14 tissime sanat. Formiculas, quae Herculaneae nominantur,
contritas modico sale adiecto inpetigini adpone, miraberis
remedium; nam celeriter expurgant.

15 Impetigines et lepras haec conpositio potentissime ex-
tirpat: Turis masculi, nitri, argenti spumae, sulphuris aequa
pondera cum aceto acri teruntur et pinnula inponuntur
siccatumque medicamen eluitur et rursum inlinitur adsi-
16 due elutum atque siccatum. Si locum, quem inpetigo ad-
ludit, auro circumscribas, postea eum omnino non adpetet.
17 Loco, quem mentagra obsederit, fimum murinum tritum
ex aceto oportet inponi vel eiusdem muris exusti cinerem
cum oleo adponi salubre est.

18 Adversum elephantiasim, quod malum plerumque a facie
auspicatur primumque oritur quasi lenticulis variis et in-
aequalibus cute alba alibi crassa, alibi tenui, plerisque locis
dura et quasi scabida et ad postremum sic increscit, ut
ossibus caro adstricta tumescentibus primum digitis atque
articulis induresc at. Hic morbus peculiariter Aegyptiorum
populis notus est nec solum in vulgus extremum, sed etiam
in reges ipsos frequenter inrepsit. Unde adversus hoc
malum solia ipsis in balneo repleta humano sanguine para-
bantur. Mustelae igitur exustae cinis et eiusdem beluae, id
est elephantis, sanguis inmixtus et inlitus huiusmodi cor-
19 poribus medetur. Nitrum contritum et ex melle et lacte
20 bubulo inpositum elephantiosis prodest. Radix asparagi
decocta in aceto et trita elephantiosis rationabiliter inpo-
21 nitur. Mentastri folia commanducata vel contrita adposita
elephantiosis medentur, cedro quoque tabes illa adsidue
peruncta sanatur.

22 Fel ursinum leprosos admodum sanat, si eo adsidue
perlinantur; adeps quoque eius livores et maculas eximit.
23 Apii semen et anethi conteres et cum melle miscebis atque
24 inde malandriosis quantum sufficiat adpones. Inula con-
trita inpositaque primo quidem exulcerabit, deinde expur-
gata omni lepra detersaque putri et tabida cute novam
similemque cetero corpori reddet nec cicatrices foedas esse

permittit. Alii decocti aqua crura ulcerosa adsidue fota 25
celeriter sanabuntur. Herba, quae Britannice dicitur, cibo 26
vel potui sumpta intra diem sextum leprae molestiam tollit.
Lapathi agrestis radices surculo erue easque sine ferro con- 27
tunde adiectoque acri aceto subige et parum salis misce
atque ex eo omnem corporis asperitatem in balneo cum
sudore confrica, cito sanat. Gluten vitulinum aceto remis- 28
sum admixta modica calce viva, ut crassitudinem mellis
habeat, inlines locis leprosis atque illic siccari medicamen
permittes, efficaciter proderit. Vulpis stercus cum aceto 29
tere et perungue lepram, cito subvenies; omnem autem
lepram inlitus hircinus sanguis emendat.

Ad exanthemata curanda ovi cocti vitellus cum melle 30
et psimithio tritus rectissime adhibetur. Pelliculae caprinae 31
ramenta cum pumice trita acetoque permixta exanthematis
prosunt. Lotio humano si nitrum admiscueris eoque ex- 32
anthemata frequenter elueris, reprimentur. Oesypum cum 33
melle Corsicano tritum et adpositum abolet de facie omnes
maculas, quidam et butyrum addunt; si vero et vituli fimus
et fel caninum misceatur, medicamen utilius erit, ita ut
pariter temperata omnia decoquantur. Coclearum minuta- 34
rum quae passim inveniuntur exustarum cinis cum melle
permixtus tollit ex facie vitia omnia, lentigines quoque
et livores abolet.

Stigmata delentur columbino fimo trito et ex aceto 35
inposito, ita ut adsidue medicamen superducatur. De tinctu- 36
ris vel maculis corporis abolendis remedium sic: Oculos
vel ova saepiae in aqua solve et cum melle permisce atque
inde maculas perfrica, cito abolebuntur. Lac mulieris 37
puellam nutrientis cum melle et oleo permixtum omnes
etiam ustionum maculas tollit. Si nitrum cum oleo misceas 38
ad spissitudinem mellis atque inde maculas inducas, mire
detergentur; sanguine quoque caprino maculae contactae
abluuntur. Si autem nescias, unde sit macula, ex cepae 39
suco locum perfricabis et dulci aqua elues sesamumque
commanducatum superinpones vel bulbum Africanum tritum
cum aceto inpones.

40 Ne cicatrices appareant etiam de usturis et ut pili
renascantur, facies tale medicamen: Calcis vivae — III,
adipis porcinae coctae et colatae libram permisce et quanto
diligentius tere vel confrica atque in modum cataplasmatis
41 adpone. Mastichen, personatam, saponem Gallicum, ceram
Ponticam, oleum vetus, spumam argenti aequis ponderibus
miscebis et coques ad spissitudinem liparae atque inde em-
plastrum maculis in facie vel pustulis et ulceribus adpones.
42 Ad nigredinem et maculas colli et vultus purgandas
farinam de faba cum umore peponis, id est suco eius in-
teriore, miscebis et facies trochiscos octo et siccabis in
umbra; ex octo illis quantum sufficiat teres cum aqua et
inlines maculas atque ita uteris ante balneum, ut siccetur
inlitio, et sic ingredieris, et cum umorem acceperis in
calore, tum perfricabis et elues.
43 Ad tumorem sive livorem de facie tollendum herbam
Rhodiam ex aceto tritam inline et siccare permitte atque
44 ita elue. Urticae folia contere et ipsa tantummodo cum
suco suo cohibendis tumoribus vel abolendis livoribus fre-
quenter adpone.
45 Ad genas scabras et cicatrices maxillarum remedium
sic: Chalcitidis drachmas XX, misyos drach. X, croci
drach. VI, turis drachmas X, myrrae drachmas V, opo-
panacis drachmas V, aceti ℥ V, mellis optimi ℥ II S. Quae
sicca sunt tundes et in pulverem rediges et ex eo coques
cum aceto et postea melle admixto simul omnia teres,
donec sufficienter medicamen sit spissum vel liquidum, et
in pyxide aerea pones et cum opus fuerit, uteris ad per-
46 ungenda vel superlinienda quae sunt. Ad genas scabras
et scabidas et veteres cicatrices remedium sic: Aeris usti
et loti, myrrae, opii drachmas ternas, cadmiae ustae et
extinctae vino drachmas octo; haec in pulverem redacta
ex aqua fontana vel caelesti teres, donec levia sint, et cum
glutinosa fuerint, superaddes mellis optimi despumati coty-
lam unam, deinde perfricando vel terendo concorporabis
omnia et in pyxide aerea condes et cum volueris uteris
ad superlinienda quae sunt.

Spongia nova cum aqua salsa calida saepius inposita 47
suggillationes livoresque detergit. Fimus suillus in testa 48
arefactus et tritus et cum oleo impositus mire sanat livores.
Apium viride subtiliter tritum cum ovi albo inlitum livo- 49
ribus prodest. Malva erratica trita et calida panno inducta 50
et oleo peruncta et sic adposita recentibus suggillationi-
bus ac tumoribus et vexationibus nervorum valde medetur.

Ad pustulas papulasve de facie. tollendas medicamen 51
conpones sic: Sagapeni — II, scobis eburnae delicatissi-
mae — VIIII, myrrae — II S, aphronitri — II S, traga-
canthi — VI; tunsa haec et cribrata cum melle liquidis-
simo et candidissimo teruntur, ita ut crassitudinem habeant
mellis densioris; ex eo in balneo vel ante horam lavandi
facies diligenter inlinitur et post balneum eluitur.

Ut livorem de facie tollas, gladiolum herbam palu- 52
strem arundine aut osse acuto radicitus avelles obser-
vans prorsus, ne ferro eam contingas; huius radices tun-
sae et subactae atque emplastri more adpositae livores
potenter emendant. Radicis, quae manducatur, id est ra- 53
fani, cortex tritus diligenter et cum melle permixtus in-
litusque suggillationes atque livores, qui ex ictibus eveniunt,
celeriter absterget. Origanum ad summam levitatem tritum 54
in linteolo udo adpositum livores de quo volueris loco
statim tollit; mentastri quoque folia trita et adposita idem
praestant. Nitrum ex melle et lacte bubulo tritum atque 55
permixtum adpositumque ulceribus in facie natis aut factis
citissime medetur; ipsum etiam nitrum cum pulvere opii
et suco thapsiae tritum adpositumque livores statim eximit.
Caseus caprinus mollis, id est recens, cum melle subactus 56
impositusque et panno desuper tectus aut linteo suggil-
lationes livoresque celeriter absterget. Mali, id est pomi 57
quod manducatur, vel etiam Punici corium contusum ad-
mixta polenta impositum et livores abolet et dolores sedat.
Lauri bacarum quartarium unum, myrobalani semunciam, 58
faenograeci heminam, serpylli non multum; tunsis quae
tundi oportet atque omnibus in unum permixtis medi-
camen utile abolendis livoribus facies, quo per triduum

59 continuum, si ita necesse fuerit, uteris. Pulmo ovillus
quam recentissimus protinus, dum adhuc tepet, adpositus
60 continuo discutit et expurgat livores. Alni folia quam
plurima et recentia superinpone et alliga, medeberis tumori;
livorem vero etiam eum, qui de sanguine collectus vide-
61 bitur, tolles. Absinthium tritum et cum melle diligentis-
sime subactum malagmatis modo impositum livores cito
62 eximet. Vitelli ovorum incoctorum coagitati et inliti livo-
res, qui ex tumore aut conlisione aliqua facti erunt, etiam
veteres extenuant.

63 Ad lentigines de facie tollendas lenticulam cum scobe
tenui de corno cervino et sevum cervinum pariter di-
vide, coque et tere atque inde faciem vel ante horam
balnei vel etiam in balneo frequenter inlinito, ita ut quasi
pro pane molli utaris; efficacissimum medicamentum ex-
perieris, sed lenticulae maior pars sit, cornus et sevi
aequalis mensura.

64 Herbam verrucariam, id est heliotropium, contusam
et subactam adiecta salis mica adpositamque malandrio-
sis vel his, qui verrucas patiuntur, prodesse plurimum
65 constat. Verrucarum genera omnia fimi canini exusti cinis
curat impositus; urina quoque canis cum suo recenti luto
66 inlita plurimum prodest. Sanguis recens muris occisi vel
ipse mus divisus atque adpositus sanat et abolet verrucas.
67 Fimus ovillus recens manibus subactus et emplastri more
adpositus deterget verrucas.

68 Ad lichenem fabae farinae unciam I, faeni graeci fari-
nae unciam I, samsuci unciam I, farinae hordei unciam
unam, aphronitri unciam S, sulphuris unciam S, ervi farinae
unciam S. Haec omnia in pollinem tenuissimum redacta
aceto colliges et permiscebis et ita licheni adpones.

## CAP. XX.

**Ad omnia stomachi vitia et ad omnes eius causas et dolores et ad omnem cruditatem atque indigeriem depellendam et ad omnem viscerum atque aqualiculi confirmationem antidota, epithematia, potiones, oxyporia, unctiones aliaque nonnulla rationabilia et physica remedia diversa experimentis probata usuque collecta.**

Principale atque unicum remedium ad stomachi et 1
lateris dolorem aliaque nonnulla interni corporis mala, seu cum febre sive sine febre fuerint. Est enim compositio mirifica, multis omnino necessaria infra scriptis causis, non ignorata quidem antiquioribus medicis propter effectuum probitatem, sed praecipue a Paccio Antiocho auditore Philonidis Catiniensis usu inlustrata; fecit enim magnos quaestus ex ea propter crebros successus in vitiis difficillimis, sed ne hic quidem umquam ulli vivus vivo compositionem istam ostendit. Post mortem Tiberio Caesari per libellum scriptum data est et per eum in bibliothecis publicis posita venit in manus nostras, quam ante nullo modo extrahere potuimus, quamvis omnia fecerimus, ut sciremus, quae esset. Ipse enim clausus componebat eam nec ulli suorum committebat pluraque quam recipit pigmenta emi et contundi iubebat fallendi suos causa et sane in libello ipse fatetur non a se inventam, sed usu exactiore comprobatam, ad quae vitia et cum quibus et quemadmodum data proficeret. Est enim non ignota, ponderibus tamen antiquis aut adiecit aut detraxit aliquid et res, quae in hac compositione sunt, non utique conveniunt ad antiquitatem. Interdum enim earum quaedam et non tam multa, quaedam minus et pondere et numero specierum accipiunt

14 ulli *e Scribon.:* ullis *Cornarius.* 15 emi et] ipsemet *Scribon.* 22 Interdum enim] *Locus corruptus esse videtur neque a Scribonio, cuius verba* (*c.* 97) interdum enim earum quaedam plures etiam numero accipiunt atque ideo *etc. non magis integra sunt, medicina peti potest.*

atque ideo non idem omnibus praestant, cum interim haec mirifica temperatura composita mirificos effectus habeat.

2 Facit vero hoc medicamentum non solum ad stomachi et lateris dolorem, sed etiam ad plura vitia efficaciter; quamobrem semper habendum est compositum. Percurram autem quam brevissime, ad quae vitia qualiter datum prosit, ut et in libello eius scriptum est et ego ex magna parte expertus sum.

3 Sanat ergo morbo comitiali correptos, quos epilepticos Graeci vocant, et furiosos, quos maenomenos dicunt. Item sanat quibus subito tenebrae obversantur in oculis cum vertigine quadam, scotomaticos hos Graeci appellant, nec minus diutino correptis capitis dolore, quem cephalaeam appellant, prodest data denariis duobus ex aquae mulsae cyathis quattuor, cum remissi fuerint, et si frequenter, quibus necessaria est, corripientur, post binas ternasve accessiones danda erit. Haec antidotos hiera dicitur; hoc enim nomen tribuit ei propter duas causas, ut existimo; unam, ne nomen eius verum dicendo ostenderet, quae esset — dicitur enim a quibusdam picra, quia amara est, a quibusdam dia colocynthidos — alteram, quod ideo inditum est, quo magis sub tanta specie nominis commendaret medicamentum. Sed si longo ex intervallo accessionibus supra scriptis, quibus medendum est, vexabuntur, in remissione earum et in alio atque alio dolore saepius dandum erit medicamentum; ita enim aut ex toto remediabitur aut certe minuetur impetus vitiorum et sedabitur intervallaque maiora accipiet. Dari autem oportebit secundum purgationem bilis, nam fellita et spumosa et glutinosa deiciunt qui acceperint, cum ptisanae cremore aut cum holere levi ex urtica et lapatho et malva facto.

4 Facit bene haec compositio et ad suspirium et ad vocis abscisionem et ad subitas praefocationes ex qualibet causa ortas et ad eos, qui saepe existimant se ab incubone

21 *verba* quod ideo inditum est, *quae apud Scribonium desunt, delenda videntur.* 33 abscissionem *Cornarius.*

inludi, qui usque eo hac molestia vexantur, ut interdum et vitae periculum adeant; est enim vitium non contemnendum, maxime in processu aetatis. Quibus dandum erit medicamentum proximo die eius noctis, qua incubonem pertulerint, cum intervallum a somno fecerint et quod satis sit deambulaverint. Dari debet ex aquae, in qua hysopum aut marrubium fuerit incoctum, cyathis quattuor vel quinque ad pondus denarii unius vel victoriati, prout res aut aetas postulaverit; deinde post horas tres vel quattuor cremor ptisanae aut altera sorbitio levis detur.

5 Facit hoc medicamentum ad eos, quorum musculi maxillares cum maximo dolore tensi sunt adeo, ut aperire os nullo modo possint; tetanon hoc vitium Graeci dicunt. Item facit ad depravatam faciem in utramlibet partem, cynicon spasmon hoc iidem appellant genus morbi; praecipue vero ad pectoris laterisque dolores prodest ex qualibet causa factos sive latenti sive manifesta, ut ex casu aliquo aut supra vires et supra modum ponderis portatione vel ex contusione, quae frequenter gladiatoribus accidere in praelusionibus solet. Nec minus eorum maxime sanitati convenit, qui arbore alta delapsi sunt vel scalis devoluti aut excussi reda vel curriculo tracti. Sed his, id est ex manifesta causa vexatis, cum aceti cyathis tribus vel quattuor danda erit antidotus; his vero, qui ex occulta causa laborant, ex aqua mulsa proderit data.

6 Praeterea nervorum tensionibus et contractionibus atque doloribus omnibus mirifice convenit. Quamobrem facit et ad tremulos et ad sideratione temptatos utralibet; una enim cum contractione, altera cum remissione nervorum conspicitur; paralysim hoc utrumque vitium Graeci appellant. Ad quod etiam cum correpti sunt prodest ex aquae mulsae cyathis tribus quattuorve datum ad pondus denarii unius aut victoriati admixto castorei denarii semisse. Prodest et ad articularem morbum, quem arthritim Graeci ap-

17 ut *e Scribon.:* aut *Cornarius.* 18 portatione *e Scribon.:* portati *Cornarius.* 20 maxime *delendum videtur.*

pellant, et ad spinae totius lumborumque dolorem ex aqua mulsa datum iuxta vires cuiusque.

7 Item ad podagram bene facit; nam et in praesentia detractione doloris relevat et in futurum omni molestia liberat; dimidio enim celerius sanantur qui acceperunt hoc medicamentum quam prius solebant sanari. Quid dicam quemadmodum prosit ad duritias mammarum muliebrium, quae cum dolore magno solent nasci quasque nullum aliud medicamentum relevat; nam has et ad praesens admodum curat et in perpetuum ex toto interdum sanat, quas quidem causas plerique medicorum insanabiles adfirmant; carcinomata enim et cacoethes haec vitia sequuntur. Sed ego honestas feminas quasdam saepissime hoc medicamento adfirmo sanatas.

8 Illud vero supra omnium opinionem est, quod stomachicis evidenter convenit, cum sit virosissimum amarissimumque medicamentum et stomachus ne adversum levia quidem et simplicia medicamenta aptus sit. Sed disposuimus in huiusmodi rebus potentiorem usus rationem sequi; expertus enim quisque intelleget stomacho quoque hoc medicamentum eximie prodesse. Remediat enim eos, quibus frequenter inacescit cibus, et eos, qui stomachi inflationibus urgentur vel doloribus vexantur adsidue et vel nauseant vel nimia saliva abundant vel inedia consumuntur stomachumque ita solutum habent, ut ex eo varios liquores subinde reiciant consentiente capite, ut nullum genus cibi continere possint.

9 Item ad bilem atram generantes, quos melancholicos vocant, bene facit; oportet autem non continentibus cibos secundum vomitum protinus oleo perunctis et diutius presse fricatis dari medicamenti denarium unum ex aquae cyathis tribus, deinde artus eorum constringere et interdum olfactoriis reficere et commanducatione olivarum contusarum earumque rerum, quae stomachum constringere solent, suberectos recubantesque alere; deinde ubi deiecerint, solu-

17 lenia *Scribon.* 33 olfactariis *Cornarius.*

tis vinculis rursum perungere et fricare totum corpus atque ita varietate ciborum et perunctionis stomachum proritare, ita ut reficiantur alica ex mulso aut malorum cydoneorum suco vel ex granis Punicis facto aut si quos magis delectabit frigida posca; secundum quae sumpta et apala proderunt ova et intubi cocti vel non cocti ex aceto dati itemque lactucae et caules haplosiles ex posca decocti aut ungula porcina excocta et madida; vulva quoque et murices et pelorides plurimum iuvant et pomorum praecipue sorba et mala orbiculata et pira Scaudiana, Crustumina Signinaque in olla reposita; item prosunt uvae ex olla sumptae. Haec enim et huiusmodi quae sunt his similia confirmant stomachum; quibus escis et insequentibus diebus uti oportebit paulatim ad consuetudinem progredientes, donec omni molestia liberentur.

Est et illud stomachi vitium, quod cum siccitate et 10
ardore eius et siti inrequiebili et, ut ita dicam, inextinguibili nascitur; eccausin hoc Graeci vocant, ab eo quod exsiccat omnem stomachi umorem. Scimus quosdam urnas aquae bibisse nec sitim aliqua ex parte in praesentia compescuisse. Ad hoc denarius unus vel pondus victoriati datum ex aquae frigidae cyathis tribus ita prodest, ut facile abstinere a potu diebus proximis possint.

Lienosis vero ex posca et iocineris duritiem diutinam 11
habentibus ex aqua mulsa datum satis convenit nec minus hydropicis, quibus datur eadem ratione. Sed his per complures dies oportebit in ptisanae cremore sine ullo alio liquore dari; prodest compositio haec et colo inflato et ceteris intestinis; futuras quoque vel iam factas vomicas isdem partibus aut discutit aut celerius aperit.

Item menstrua movet mulieribus, quae difficulter pur- 12
gantur; dandum autem erit his medicamentum ex aqua, in qua decoquatur herba, quae artemisia dicitur, aut quae dictamnos appellatur. Etiam ad papulas et sacrum ignem

7 lactucae caules cum foliis ex posca decocti *Scribon.* 10 Scauriana *Cornarius.*

vel quam zonam vocant bene facit data ex aqua mulsa detracto prius sanguine, si res postulaverit, quod et in omnibus aliis vitiis supra dictis faciendum est; omnia enim auxilia adhibenda sunt, quae ex usu prodesse comperta habemus, quia adiuta antidotos faciliores habebit effectus.

13 Recipit ergo haec: Chamaedropis, quae herba simillima quercu folia habet, agarici, cucurbitae silvestris, quam colocynthidam appellant, stoechadis, singulorum denarios denos, opopanacis, sagapeni, petroselini, terrae mali, piperis albi, singulorum denarios quinos, cinnami, nardi spicae, myrrae, folii, croci, singulorum denarios quaternos. In unum omnia diligenter ponderata contunduntur et cribrantur praeter opopanacem et sagapenum et myrram; haec enim mortario teri debent adiecto melle tenui, id est quam liquidissimo; deinde ceteris permiscentur, quae et ipsa recipere debent tantum mellis, quantum satis erit ad comprehendenda et continenda ea vel conglutinanda. Reponitur medicamentum vaso vitreo sub signaculo, datur, ut supra diximus et quemadmodum diximus, cum summa observatione pro cuiusque rei causis vel mensuris vel necessitatibus; est prorsus sacrum, ut auctor nominis huius
14 appellavit. Si quando autem efficaciore voluerimus uti propter difficultatem naturalem vitiorum aut causarum diuturnitatem, ut si dandum sit furiosis aut comitiali morbo correptis vel lumborum perpetuum dolorem habentibus podagrave cruciatis, cucurbitae silvestris adiciemus ad supra dicta pondera denarios decem et opopanacis atque sagapeni denarios quinos; quamobrem utraque parata debent esse medicamenta, ut, cum opus fuerit, usus utriusque in promptu sit. Illud sane prae ceteris mihi credas velim, dum in aliis rebus ipse vim eius experiris, hoc medicamento non solum non noceri stomachum, verum etiam refici et confirmari supra omnium opinionem.

15 Medicamentum, quod proprie adversus solutionem sto-

6 chamaedropis] χαμαίδρυος *Scribon.* 8 colocynthidam] κολοκυνθίδα *Scribon.* 31 rebus *om. Scribon.*

machi facit et fluorem eiusdem, maxime vero cum infirmi nihil cibi retinere possunt et quidquid datum est reiciunt, recipit haec: Mastiches candidae unciam, tragacanthi albi unciam, Apollinaris herbae radicis unciam unam. Contunditur tragacanthum cum radice, postea mastiche trita adicitur et reponitur medicamentum in vitreo vaso. Dantur, cum opus est, coclearia bina aut, prout oportuerit, plus minusve secundum vomitum factum ex aquae frigidae cyathis tribus.

Ad stomachi dolorem et inflationem remedium sic: 16 Palmarum denarios XXX, anesi 𐆖 IIII, croci 𐆖 II, git 𐆖 II, asari 𐆖 II, myrti nigrae bacarum 𐆖 IIII, iuniperi bacas enucleatas numero viginti. Contunduntur seorsum omnia et in unum commiscentur, deinde fiunt pastilli, alii ad mensuram denarii, alii ad pondus victoriati; dantur ieiunis ex aquae cyathis tribus aut ex protropo musto, quod est passi genus.

Medicamentum siccum ad stomachi inflationem et do- 17 lorem et inediam, movet et urinam; ideo facit et ad hydropicos et iecur durum habentes et ad auriginem, quam quidam regium, quidam arquatum morbum vocant; refertur in Musam Antonium, recipit autem haec: Aloes denarios V, croci, cinnami, nardi Syriacae spicae, asari, xylobalsami, mastiches Chiae, singulorum denarios senos; dantur coclearia bina vel terna ex aquae cyathis tribus.

Potio Cosmiana ad omnem internum dolorem, sed 18 facit mirifice ad stomachi dolores et ad tussicos et pthisicos sanguinem et pus reicientes et ad iocineris vitia atque pulmonis et ad lateris dolorem nec minus ad torminosos et convulsam aut ruptam aliquam partem intestinorum et ad destillationes et ad eos, qui somnum nullo modo capere possunt; facit et ad hydropicos, siccat enim mirifice eos; componitur sic: Dauci seminis denarium unum, alterci seminis denarium I, turis denarium I A S, myrrae denarium unum, croci denarium I A S. Fiunt

11 anethi *Scribon.*

pastilli ad denarii semissem, dantur etiam febricitantibus et sine febre potissimum pleuriticis et peripleumoniacis ex aquae mulsae dilutae cyathis duobus, pthisicis ex posca; ad convulsa autem et rupta ex melle et aceto, ceteris ex aqua calida vel frigida. Facit hoc medicamentum etiam ad eos, quibus stomachus inacescit.

19 Antidotus, qua utitur Cosmus ad omnia interna vitia, quae supra scripta sunt, necnon et ad omnes serpentum noxios morsus; recipit haec: Glycyrrhizae denarios VIII S et tertias victoriati vel duas partes, opii denarios septem et tertias partes victoriati vel duas, castorei denarios VI et victoriati duas tertiasve partes, piperis longi denarios quinque et victoriati partem tertiam, piperis albi denarios quinque et victoriati duas tertiasve partes, nardi Syriacae denarios VI S, dauci seminis denarios VI, malobathri denarios V S, casiae nigrae denarios quinque et victoriati semissem, turis denarios V, sil denarios V et victoriati duas tertiasve partes, rosae caninae suci denarios sex, acori denarios duos, sagapeni 𐆖 II, balsami seminis 𐆖 II, scordii 𐆖 V et victoriati duas tertiasve partes, myrrae 𐆖 VI, croci 𐆖 VI et duas victoriati tertiasve partes, storacis 𐆖 II S, cinnami 𐆖 VII et victoriati duas tertiasve partes, zingiberis 𐆖 VII et victoriati duas tertiasve partes, phu 𐆖 VII, petroselini 𐆖 XIIII et duas tertiasve victoriati ponderis partes, feniculi seminis 𐆖 IIII, saliuncae 𐆖 IIII, rutae silvaticae 𐆖 II, agarici suci 𐆖 II, gentianae 𐆖 IIII, iris Illyricae 𐆖 V, anesi 𐆖 III, thlaspi seminis 𐆖 VI et victoriati tertiam partem, rosae foliorum 𐆖 IIII, misyos 𐆖 V, gummis acanthini 𐆖 II, cardamomi 𐆖 IIII, schoeni floris 𐆖 IIII et victoriati duas tertiasve partes, opopanacis 𐆖 VI et victoriati duas partes et sextantem, resinae terebinthinae 𐆖 VI et duas tertiasve victoriati partes. In vino Chio vel Falerno bono odorato omnia contusa cribrataque conspergunter et pastilli inde fiunt diversi ponderis vel mensurae, quanta avellana et quanta faba Aegyptia est, qui dari debent non febricitantibus ex mulso, infirmis ex aquae calidae cyathis tribus.

Puleium tritum vel in aqua maceratum adiecto aceti 20
paululo et potum nauseam stomachi sedat. Thymbra trita 21
cum melle sumpta pituitam concretam in pectore et stomachi collectiones extenuat; marrubium quoque tritum vel sucus eius cum melle epotus stomachi dolorem protinus
tollit. Scordii sucus ad mensuram denarii potus morsus 22
stomachi tollit; datur enim sine febre languentibus ex
mulso, febricitantibus vero ex aqua mulsa. Polion herba, 23
quae a quibusdam libanotis appellatur, trita vel sucus eius cum melle tenui, id est modico, potus morsui ventris et
stomachicis prodest. Centaureae tenuis sucus quantum 24
cicer ex aqua datus stomachicis prodest. Origanum quoque tritum morsus stomachi sedat potum ex aqua tepida;
extrahit enim concretos liquores. Prosunt etiam quaedam 25
in aqua macerata stomacho, ut pira, mala cydonia, palmae cariotae Thebaicae, mespila, capreoli de vite, rosae folia, granorum Punici mali sucus. Bene facit etiam sucus malorum cydoneorum per se cocleario sumptus vel cum alphita aut alica aut trago aut oryza.

Solutum autem stomachum et omnia reicientem initio 26
quidem curari oportet extra, id est forinsecus, inposita ei sertula Campana cocta ex vino vetere aut ex aqua mulsa vel myrteo oleo trita cum aceto et myrra nec minus lanam sucidam vel spongiam aceto intinctam et expressam adponi oportet. Faciunt bene et folia vitis trita et mala cydonia trita et palmulae tritae et emplastri more cum ceroto ex myrteo oleo facto imposita et folia tenera rubi vel lentisci vel portulacae aut aizoi cum polenta ex aqua frigida consparsa imposita prosunt. Fricandae autem erunt hae difficultates stomachi nec minus scapulae oleo vetere vel aliquolibet calefactorio unguento. Cibos vero dari oportet huiusmodi: polentam cum passo protropo vel cum vino Falerno dulci vel Faustiano atque alio eiusdem generis; item lenticulam cum beta vel oryza incoctis illic malis

31 *a vocabulis* Cibos vero *codex rursus incipit.* 33 vel Faustiano] clo. anbioano.

Cydoneis aut palmulis Thebaicis aut bacis myrtae vel foliis aut granis mali Punici aut lentisci foliis teneris aut rubi admixto illic aliquo supra dicti generis vino. Panis autem huiusmodi difficultatibus prodest summatim fermentatus; edulia quoque prosunt haec: Intubi, lactucae ex aceto, brassicae, siser, cocleae bullientis frustella, ungellae, turdi, perdices, turtures, attagenae, palumbi, cancri, locustae, lolligines, saepiae, mulli, murices, purpurae, pectunculi.

27 Ad resolutum stomachum dari oportet protinus cum reiecerit panem ex aqua frigida vel ex posca et si ne hoc quidem continuerit, statim dare debes lentem et betam coctam vel alicam vel ova apala vel ungellam discoctam vel cocleas elixas aut murices et aquam frigidam; sed si nihil supra dictorum continuerit, dandus erit vini austeri meri cyathus et ex intervallo bis terve rursus idem facien-
28 dum erit. Vinis quoque utendum est satis stomacho utilibus aut ex bacis myrtae factis aut ex malis cydoneis pressis aut ex iuniperis vel hysopo condito vel origano vel ex marrubio vel ex ruta silvatica vel ex herba lucernaria, quam Graeci phlomon vocant, vel ex scordio vel ex centaurea vel ex lycio vel ex absenthio vel ex terebintho vel ex lentisco vel ex piris Syriacis vel ex malo granato.

29 Ad inflationem stomachi, coli et ventris dolores dandum est huiusmodi medicamentum: Piperis X̶ IIII, castorei X̶ I, opi X̶ II, myrrae X̶ V, petrosilini X̶ IIII, anesi X̶ III, nardi Syriacae X̶ I. Contunduntur et cribrantur omnia et permiscentur, inde datur et ante noctem et in noctem cocliarium vel plus pro cuiusque viribus cum cyatho aquae calidae et mellis quantum satis videbitur. Haec potio somnum conciliat, concoctiones doloresque omnes sedat; praecipue autem prodest mulieri, quae colo vexatur et viris eodem modo laborantibus convenit. Item ad tumores praecordiorum etiam in febribus et ad tussim et ad lateris

5 haedulia. 7 lucustae. 11 debis. 12 alicam] alica eius. 15 rursus] rsus. idem] ipsi. 17 myrrae] mistae. 19 lucernaria] tiniaria. 20 folon. scordeo. 21 licio. 26 scribrantur.

dolorem et ad convulsa vel rupta interiora et ad urinae
difficultatem data plurimum iuvat.

Cataplasma hoc stomacho inponere non alienum erit: 30
Mali cydonei ex farina cocti, id est illic involuti, X VI,
careotarum pulpae subactae X III, cerae — VII, croci X II,
absinthi X II, olei malini aut myrtei X VI. Vino conspar-
gitur crocum, arida tunduntur, cera liquatur et simul
omnia commiscentur atque ita adponuntur mane in lecto
stomacho laboranti. Hoc quoque cataplasma stomacho uti- 31
lissimum est: Palmarum interiores partes X III, croci
X III, hypocistidos X I S, mali cydonei cocti, ut superius
dixi, X VI, absenthi suci X III, floris mali granati X I S,
faecis vini Chii X VI, cerae X XII, olei myrtini X XII,
chameleae eius, quae similia folia habet olivae, ex aqua
coctae X VI; mirifice enim prodest stomacho, praecipue
sucus eiusdem similiter impositus ad convulsa vel rupta
convenientissimus est.

Hiera ad stomachum confirmandum, movet interdum 32
ventrem, interdum urinam, conficitur sic: Aloes X V,
xylobalsami, acori, croci, nardi Syriacae, masticis Chiae,
singulorum denarios senos, malobathri X I; teruntur quam
diligentissime seorsum omnia ac deinde mixta in unum
reponuntur. Cum opus est, dantur inde coclearia quibus-
dam duo, quibusdam tria ex aquae cyathis sex vel mixtis
cum vini cyathis tribus vel ex quolibet alio liquore, prout
conveniet stomacho, eiusdem mensurae dabitur.

Pertice Cosmiana. Hoc medicamentum ad stomachi 33
vitia et ad coctionem valde utile est, accipit haec: Petro-
silini X VII, phu X IIII, piperis albi X XVIIII, inulae
X V, nucum iuglandium animatarum X VI, nucum pinea-
rum animatarum X XII, ami X VIII, ligustici X XII, zin-
giberis X VIII, carei X XII, apii seminis X XII, anesi
X VIII, cardamomi X VIII, acori X VI, dauci seminis X VIII,
olisatri seminis X XII, feniculi seminis X VI. Facit bene

1 orinae. 13 feces. 14 chameliae. 20 xyrobalsami.
21 denariorum. 25 vino ciathis. 29 phu] pthi. 34 olisatri
*scripsi:* olisandri; *an scribendum* coliandri? fenicoli.

haec conpositio, cum habeat in se nihil taetri medicamenti, ad inflationem stomachi et cruditates et acidas ructationes et ad ventris dolorem et urinae difficultatem et ad convulsa intrinsecus et rupta omnia et ad horrores; movet etiam menstrua mulierum, cum difficulter purgantur. Item detrahit si qua ex partu aut aborsu intrinsecus nociva substiterint; datur omnino sine metu et ieiunis et ante cenae tempus et post cenam ad mensuram denarii unius vel duorum ex aquae cyathis tribus et si plus ponderis quilibet sumpserit, non laedetur. Praegnanti non est dandum hoc medicamentum nec febricitanti.

34 Antidotum Philonianum ad omnes internos dolores, quod ad tensiones stomachi et empneumatosim praecipue facit, colicis quoque prodest, quibus in dolore ex aqua frigida datur, ceteris ex calida cum oxymeli dari debet, tussem sedat, tertianas mirifice tollit ante momentum suspicionis datum; omnibus autem ad modum fabae dandum erit, constat ex his: Croci 𐆖 XV, pyrethri semunciam, euforbi semunciam, spicae nardi semunciam, piperis albi uncias duas semis, hyoscyami uncias duas semis, opii 𐆖 III; melior erit, si addas petrosilini 𐆖 III, dauci Cretici 𐆖 III; colligitur melle Attico et in vaso vitreo sub signaculo reponitur.

35 Stomacho laboranti cocleae prosunt, si in aqua ferveant et sic carbonibus torreantur atque ita ex oenogaro
36 sumantur inpari numero. Stomachum reumatizantem et
dolentem et languentem et dissolutum primum mansio lucida et non nimium frigida nec satis calida bene accipit, tum cataplasma fieri debet de foliis vitium vel si vineae folia non fuerint, de rumicis sive rubi foliis vel de ea summitate rubi, quae satis tenera est. Hoc diligenter teritur cum dactulis quinque minutatim carptis in aceto diu
37 maceratis. Epithematio autem hoc post cataplasma uti opor-

1 in se *om.* 4 convulsam intrensecus. 6 auorsu intrensecus. 9 quislibet. 12 filonianum. 13 empleumatisem. 15 oximeli. 18 piretri. 25 ynogaro. 28 accepit. 33 epithymatio hoc autem.

tet, quod fieri debet de plantagine ea, quae arnoglossus
dicitur, cum aceto trita; cibis autem uti debet, cui meden-
dum est, austeris et stypticis.

Cataplasma fit stomacho laboranti ex pomis cydoneis 38
optime percoctis, quae poma manibus subiguntur, deinde
rosa sicca teritur et cribello medicinali criblatur, tum aceti
optimi quantum sufficiat adicitur et simul omnia permi-
scentur factumque cataplasma stomacho calidum adponitur.
Portulaca, hoc est alium Gallicum, coquitur diligentissime 39
et coctum bene edetur ex aceto ab eo, qui stomachum
dolebit vel vitiosum habebit; cito ei proderit. Cuminum 40
teres et vino mixtum dabis bibendum ieiuno, si non febri-
citabit; si febricitabit ex aqua tritum dabis; continuo emen-
dabitur stomachi dolor. Nardum et mastix et semen apii 41
cum baca lauri et absenthi semine aequis potionibus con-
teruntur; pulvis hic super stomachum aspersus mire eum
reficit. Absinthi viridis manipulum in caccabo novo fictili 42
cum aquae hemina decoques ad tertias et in ipsam potio-
nem mittes masticis modicum et piperis triti grana septem
vel novem et sic mane ieiuno bibendum dabis, continuo
sentiet stomachi laborantis medellam.

Ad stomachi carbunculum reprimendum dactuli in vino 43
austero macerantur et admixto pomo cydoneo cocto et rosa
et mastice et aloe et oleo rosaceo stomacho adponuntur,
ita ut cataplasma inde exactissimum fiat; praeterea sem-
per ante cibum infirmus stomacho debet accipere mellis
Attici cocliaria duo vel tria pariter in vino austero de-
cocti, quod duplum sit quam mel, vel pro vino austero
sucus rosarum permixtus detur; siccat enim stomachum
et recreat dissolutum et tarde cibum conficientem con-
firmat. Mellis libra una, senapis tosti ac post diligenter 44
triti unciae duae pariter coquuntur et ex eo plenum
cocleare ieiuno, qui stomachi dolore laboraverit, datur.
Ad stomachum nauseantem et acescentem: Coriandri se- 45

1 arnoglosus. 3 stipticis. 8 calido. 9 porcacla.
14 dolorem. mastex. 17 manipolum. 18 haemina.

minis triti ℈ III et lactucae albae seminis triti cocleare
46 unum; haec aqua permixta ieiunus accipiat, prodest. Sto-
machum conroborat herba absenthi decocta cum vino au-
stero atque ita subinde pota, si febres non erunt; quod
si inquietudo fuerit, cum aqua coqui et dari debet:
mirum est.
47 Ad olitanos stomachi dolores malagma sic conpones:
Faeni graeci cyathum, lini seminis cyathum, ibisci purgati
P. I, aquae S̶ VIIII, olei S̶ IIII, spumae argenti P. I,
cerussae P. I, cerae P. I S. Haec omnia in unum concor-
porabis et decoques et cum malagma feceris, in panno in-
duces et stomacho adpones et circa viscera tam diu habe-
bis et tam adsidue adpones, donec dolor abscedat.
48 Ad stomachum fastidientem escam et revomentem rosae
dimidium, quod semen portat, id est ipsum florem croceum,
contundes et aluminis scissi, cyperi, bidellae, absenthi su-
cum, meliloti, rosae siccae, acaciae, iris Illyricae, olei nar-
dini, cerae, opobalsami, pares mensuras harum omnium
specierum conteres in mortario marmoreo ac stomacho epi-
thematium mirificum superpones ad ignem, ut est consue-
49 tudo, compositum. Epithematium optimum ad stomachum
reparandum: Masticis — VI, aloes — III, storacis — II,
cerae P. I, nardi — VI. Haec pariter miscebis et epithe-
matium subtile facies, quod multis horis, certe hieme per
totum diem, uti poteris.
50 Ad dolorem stomachi vettonicae radicis fasciculum in
olla decoques ex aqua eandemque ollam sub divo habeto
opertam; cum stomachus dolore vexabitur, usque ad tertias
eandem aquam excoque et inde cyathum unum bibendum
51 ieiunus ad diem sume. Urticam semen habentem in summo
deme ac diligenter lava et ex ea sorbitionem facito bene
conditam sine pipere, suavissime accipieris ad stomachum
52 reficiendum. Lactucae nigrae semen, quod ipsum valde
nigrum est, in pila lignea tunsum cum melle subige atque

7 oletanos. 17 melidoti (*sic saepius*). 21 epithimatium. 24 quod (*sic cod.*): quo *Cornarius*. 26 vetonicae (*ut saepius*) radices fascicolum. 34 linea.

permisce et inde cotidie ieiunus sume cocliare plenum,
bene stomacho laborantem accipies.

Ad dolores stomachi veteres et ad stomachum fati- 53
gatum facies oxyporium sic: Piperis seorsum teres semun-
ciam et bulbos XII incoctos separatim nimium diligenter
teres et utrumque miscebis, tum adicies mellis optimi de-
spumati ℥ II et ita in olla nova coques ad tertias et sumes
ieiunus diurna cocliaria singula, bina vel terna tam diu,
donec corrigas stomachum laborantem. Butyri libram de- 54
coque, quousque inde pars sexta decedat; tum cum eo
serpullum coque et si patietur stomachus tuus, ieiunus
illud fortiter manducabis, sin autem fastidium erit, pultem
facies et in ea mixtum manducabis. Sal tritum ex mulso 55
ieiunus contra dolorem stomachi qui biberit, remediabi-
tur; venter quoque ossifragi arefactus et potioni aspersus
plurimum prodest.

Stomacho exulcerato cicatricem hoc medicamen in- 56
ducet: Aloes 𐆖 VIII, misui 𐆖 VIII, turis 𐆖 VIII, tunsa
criblataque haec melle optimo conprehendes; si plenius vel
validius facere volueris hoc medicamentum, myrram et ane-
tum ex tertio adicies et dimidium cocleare cum potione
mulsi ieiunus accipies.

Stomachi dolorem concitatissime sedant absinthi — III, 57
rutae — III ex aqua ad dimidias coctae et ieiuno ad men-
suram potionis bonae potui datae. Marrubii viridis fasci- 58
culum decoques ex aceti sextariis tribus usque ad hemi-
nam; tum exprimes marrubium et adicies despumati mellis
quartarium et iterum decoques, quousque ad crassitudinem
coeat; inde cocleare unum contra dolorem stomachi ieiunus
accipies. Herbae verbenae tunsae et cribratae pulveris 59
cocliaria quinque laboranti stomachi dolore dabis ieiuno
per triduum in tribus optimi vini cyathis, ceteris, prout
vires erunt, dato; febricitantibus sane ex aqua calida dare
debes; sed si quis exulceratum stomachum habuerit, capri-

2 accipias. 4 oxiporium. 9 butyrum. 13 et tum *Cornarius*. 15 aspersus] et spersus. 20 mirra. 25 fascicolum. 26 sestariis. 32 optimum vinum.

60 num lac coctum frequenter bibat. Rutae semen cum sul-
pure vivo minore mensura adiecto aceto conterito idque
ieiunus mane gustato, optime adversum dolorem stomachi
61 accipieris. Repentinum stomachi dolorem tres ceputii longi
purgati et singuli cum melle sumpti statim sanant necnon
et terrae malum comestum dolores stomachi celeriter castigat.

62 Solutionem stomachi infirmitatemque confirmat ovi se-
micocti vitellus et gallae pars dimidia trita, si ante duas
horas quam cibus sumatur mixta haec cum vino haurian-
63 tur, sed vetere et tepefacto. Rancorem stomachi temperat
caro vaccina ex vini et aceti aequa portione discocta et
cibo sumpta.

64 Inflationem stomachi sedant marathi, id est feniculi,
et apii radices in vino albo odorato vetere infusae; de quo
si ieiunus quis cyathos duos potet cum calidae aquae cya-
tho mixtos, optime accipietur. Rutae quoque hortensis
paululum cibo sumptum vel in potione dilutum atque epo-
65 tum inflationes stomachi conpescit. Inflationem stomachi
potentissime discutit fimus vituli recens ex vino potui datus;
hoc et dolores eius ex frigore aut cruditate obortos mira-
biliter mulcet.

66 Remedium physicum magnum adversum dolorem sto-
machi. In lamina argentea scribes et dices: Aritmatho
aufer dolores stomachi illi, quem peperit illa. Eandem lami-
nam lana ovis vivae involutam collo de licio suspendes
et id agens dices: Aufer mihi vel illi stomachi dolorem
67 Aritmatho. Dolorem et inflationem stomachi sanat iecur lupi
prius aqua coctum, mox arefactum et tritum potionique
inspersum.

68 Fastidium stomachi relevat papaver silvestre, quod
Gallice calocatanos dicitur, tritum et ex lacte capruno po-
tui datum.

69 Epithema optimum ad stomachum reficiendum mihique
expertissimum conficitur sic: Masticis, turis, nardi spicae,

1 sulpore. 4 caeputii. 8 vitelli. tritae. 9 cybo. auriantur. 13 sedeant *1m* sedant *2m*. 15 cyatho] cyathos. 17 paulolum. 20 obortus. 27 ariotho.

aloes, absinthi singulas uncias, storacis — II S, croci — II S,
cerae et medullae cervinae singulas libras; storacem et
crocum pridie macera vino veteri infusum et sic diligenter
tere, medullam et ceram remitte igni, cetera tunsa cri-
brataque simul misce et ceroto superinfunde et in panni-
culo utere ad stomachum duabus vel tribus horis et si
durius videbitur quam esse debet, oleum nardinum aut
gleucinum illic adice, ut mollescat. Hysopum coctum cum 70
oxymeli ieiunus vel post cenam qui per cocleare cotidie
accipiet, facilius conficiet cibum. Radicem feniculi in vini 71
cyatho radito et priusquam cenes vel cum dormitum ibis,
potui sumito, quo facto melius digeres. Laseris veri mo- 72
dicum ex aquae frigidae cyatho dilutum dormitum iturus
bibe, digestorium mirum experieris. Mellis Attici P. I, 73
vettonicae tritae — IIII in unum permisce et pone, ut
conferveat; quod cum refrigeraverit, facies pastillos nucis
avellanae magnitudine et post cenam singulos hauries;
quo facto prime quoslibet concoques cibos. Item aliud 74
embamma digestorium optimum et utilissimum sic: Ligu-
stici drag̃. IIII, gingiberis drag̃. I, petrosilini drag̃. I, pipe-
ris drag̃. I, epithymi drag̃. I et laseris scripulum dimi-
dium; tunsa haec ac diligenter cribrata misceto cum passo.
Hoc facit et ad eos, qui cibum tenere non possunt eum-
que vomitibus reiectant; mox ergo ubi cibum sumpserint,
dato pastillum ad modum nucis avellanae de medicamine
supra scripto et ad praesens eos abstine potu, cito remediabis.

Epithematium vehementissimum ad cibum conficien- 75
dum sic: Zingiberis ex aceto macerati P. I, auripigmenti
P. I, faeculae P. I, calcis vivae drag. II, sinopidis Ponticae
P. I, lixivae ℥ I; trita haec in ollam novam mittes et
fervere facies simul, donec mellis crassitudinem habeant,
et cum opus fuerit, inducta panno calida visceribus ad-
pones. Cum ibis dormitum, zingiberis modicum sub lingua 76
teneto et ex posca calida manus lava, optime digeres.

2 storachem. 9 oximeli. 10 accipiat. 12 digeris. veri] vivi. 18 apprime *Cornarius*. conquoques. 24 ubi *om.* 29 senopidis pontiacae. 34 degeres.

77 Urticae — III, iris Calidoniae — III, schoeni — IIII,
cyperi — III, magmae — III, petrosilini — IIII, inulae
— II, piperis albi — II. Melle colliges haec omnia trita
et uteris oxyporio optimo ad digerendum, unde etiam cena-
78 tus parum accipies. Cum te in lecto posueris, ventrem
tuum perfricans dices ter: Lupus ibat per viam, per semi-
tam, cruda vorabat, liquida bibebat; physicum hoc ad di-
79 gerendum de experimento satis utile. Puleium et nastur-
cium ex aqua simul decoctum mane bibe, emendabis vel
80 discuties cruditatem. Quercus viridis folia cum salis spuma
81 contrita et potui data remediant cruditatem. Acorum Pon-
ticum tritum ex aqua calida potum mensura cyathi unius
ieiuni stomachum reficit cruditate depulsa.
82 Iis, qui nec potu iuvantur nec cibo et stomachi ructus
amaros patiuntur, centauream, id est fel terrae, contritam
ad mensuram denarii argentei ex aquae calidae cyathis tribus
bibendam ieiunis per triduum dabis, statim discutietur infir-
83 mitas. Sucum absinthi, quem Graeci chylon absinthiu vocant,
avellanae magnitudine in aquae calidae quartario biben-
dum da ieiuno; componetur stomachus et adpetentiam ci-
borum habebit, quisquis patietur ex infirmitate fastidium.
84 Oxyporium mirum Neronianum aestivum et hiemale,
si ei cum volueris piperis aliquid adieceris, quod fastidium
stomachi marcoremque detergit, conficitur sic: In musti
recentis et dulcis congio ex uvis albis facti atque in ollam
grandem missi adduntur cydonea V non purgata totidem-
que mala Punica, additur et sorborum maturorum sexta-
rius et rhus Syriaci sextarius, croci scripulus. Haec co-
quuntur usque ad crassitudinem mellis, postea diligenter
colantur; repositum medicamen servatur in vitro signatum,
sed omnino diligenter colatum, ut excrementa omnia se-
parentur; inde datur ieiuno ligula plena grandis. Hoc est
oxyporium, quod Nero utebatur ad digestionem, quod Mar-
cellus medicus egregius ostendit, quod et nos usu proba-

1 calidoniae. scoeni. 7 bibat. 8 experimentum.
13 refecit. 18 absentium. 28 et rhus] tribus. scripolus.

vimus; nam et stomachum mire conponit et umores siccat;
excrementa quoque illa data dysintericis mirabili efficacia
prosunt. Ossifragi venter madefactus adpositusque his ad 85
stomachum, qui cibos non conficiunt, utilissimus est vel
etiam si tantum manu teneatur, plurimum iuvat.

Oxyporium Dionysianum ad digestionem et ad rigorem 86
stomachi et ad confirmationem aqualiculi conficitur sic:
Cydoneorum incoctorum tunsorumque suci ℥ I, mellis despumati ℥ I, aceti optimi ℥ I. Haec in unum permixta vaso duplici decoquuntur, donec soliditas ad unum sextarium redigatur, additur pulveris petrosilini uncia una, cymini semuncia et bene contemperatum medicamen vasculo vitreo conditur sub signaculo atque inde cocleare plenum a ieiuno accipitur.

Oxyporium Olympianum polyetes ad digestionem paran- 87
dam accipit haec: Piperis — I S, zingiberis — I S; in pulverem redacta et creta haec, cum ad digestionem temperanda erunt, ex melle dabuntur.

Oxyporium pancharianum ad digestionem, quod et 88
aqualiculi corruptelas vel aciditates consumit et stomachum marcentem recreat, tertianam etiam cum vino et calida sub hora datum mire tollit, conficitur sic: Piperis — IIII ℈ III, siselei — I, zingiberis — I S, ameos — I ℈ VI, anesi — II, libystici — I S, iuniperi Hispani — I ℈ VIII, ita ut iuniperum abintus purgetur sublato semine et sic teratur. Haec omnia in pulverem redacta reponuntur in doliolo vitreo signato, ligula plena ex mulsa aqua datur ieiuno.

Ad cruditatem, quae nauseam facit, remedium sic: 89
Vettonicae drag̃. I in oxymeli cyathis tribus mixta potui datur. Ius quoque pullinum [ubi coctus fuerit] cruditati opitulatur, si in primo prandio sorbeatur.

2 dissintericis. mirabile. 7 aqualicoli. 8 sucus. 15 polietes. 16 accipiet. 18 dabitur, *correxi.* 20 acidivas. 23 siselei. 24 libistici. 27 signata. 31 pullinum *scripsi:* pullium. *verba* ubi coctus fuerit *scil.* pullus *glossema esse ratus inclusi.*

90 Ad digestionem parandam: Iuniperi bacarum enucleatarum et zingiberis et petrosilini Macedonici et piperis uncias singulas, mellis libram unam. Quae sunt sicca, tundes vel teres et cribrabis diligenter; postea mel coctum, id est despumatum, admiscebis et uteris medicamine et ieiunus et post cenam per cocleare accepto quantum sit magnitudo avellanae maioris.

91 Ad stomachi dolorem in impetu cohibendum: Pomorum cydoneorum cutem tolles atque inde — IIII et pulei — I, piperis — I, zingiberis — III, alei Gallici — III, mellis selibram, aceti quod sufficiat adicies et diligenter trita omnia permiscebis atque inde cocleare plenum dabis etiam cibato.

92 Antidotum acharistum multiplex mirum facit ad eos, qui escam non digerunt et qui male ructant, et ad stomachi dolorem et ad lateris et vessicae et renium molestias et ad omnia, quae interius causas malae valetudinis habent, id est ad scotum, ad febrem cotidianam et tertianam et quartanam, ad sanguinem tussientes, ad suspiriosos, ad dysintericos et ad colicos et ad epaticos et ad nimiam vigiliam et ad strofum et ad intestinorum dolorem; morsum etiam serpentis curat ter ad diem vulneri inpositum vel potui datum; confectio haec est: Cinnamomi — I, myrrae — III, piperis — I, castorei semunciam, galbani — I, storacis — I, casiae fistulae £, piperis longi — I, costi — I, opii £, spicae nardi £, croci £, mellis Attici Ꞩ I. Omnia ista tundes diligenter et cernes bene et in pulverem mollissimum redacta mensurabis praeter opium et galbanum; galbanum in olla nova excoques, ita ut ter bulliat super prunas, opium autem cum vino vetere teres et permiscebis diligenter et tum cetera cum melle simul omnia permiscebis diu et diligenter agitata et recondes sub signaculo in pyxide buxea aut in doleolo vitreo et dabis cui volueris ad modum avellanae cum mellis cocliaribus

6 quantum] quanta *Cornarius*. 17 validudinis (*sic*). 20 dissintericos. 25 storachis. 33 pixide.

tribus vel quattuor et postea dabis potionem calidae aquae et cum dederis, accipies mercedis quodcumque; multi enim, qui cito curati sunt, ingrati extiterunt, propter quod ipsum antidotum acharistum appellatur.

Oxyporium, quod dicitur chymation, facit ad calcu- 93
lolosos et ad renium dolorem et ad inflationem stomachi, phlegmaticis quoque prodest et colicis, sed et tortiones et haemorrhoidas curat et quae in ano nascuntur; restringit et menstrua nimia et epaticos et spleniticos et tussicos solitaneos curat et cadivis prodest, accipit haec: Inulae — I, feniculi seminis — III, piperis nigri — II. Tundes haec separatim et cribrabis bene et conficies vel permiscebis melle semicocto et dabis nucis Ponticae magnitudine cum aqua calida; quidam hoc in oxymeli solvunt, quidam in vino mixto accipiunt, alii consuerunt cocliario accipere purum ad lapides eiciendos.

Descriptio panni rustici facientis ad viscerum cura- 94
tionem sic: Olei P. I, axungiae veteris P. I, butyri P. I, herbae Sabinae P. I, barbae Iovis P. I Tam diu haec decoques, quamdiu herbae arescant, postea colantur et additur cerae libra, resinae P. I, farinae de puleio P. I, pulveris de baca lauri P. I, de fimo ovillo unde ovibus in lana haeserit P. I. Haec omnia in unum corpus rediguntur et permiscentur et inde pannus inducitur et quotiens volueris reparatus stomacho adponitur.

Dia tessaron, quod febrem sedat et viscera componit, 95
accipit haec: Olei coclearia tria, aceti coclearia tria, mellis boni despumati coclearia tria, vini veteris boni coclearia tria; haec tam diu decoquuntur, quamdiu omnia ad tria coclearia redigantur, et ita linteo inducta stomacho super-

4 acharistu. *post* appellatur *add.* id est sine gratia *Cornarius.* 5 olimation. 7 phleumaticis. 8 amorroidas. 11 faeniculis. 14 oximeli. 19 barba. 21 pulvis. 22 ovilli. 28 *post* veteris *repetit:* Dia tessaron quod febrem sedat et viscera componit accipit haec olei cocliaria tria mellis boni despumati cocliaria tria vini veteris boni coclearia tria.

ponuntur vel ieiuno tepida per cocleare dantur. Facit hoc medicamen ad omnes stomachi molestias.

96 Ad dolorem stomachi vel tumorem vel viscerum infirmitatem remedium sic: Suci ex absenthio ℥ I, aceti optimi ℥ I, olei mollis ℥ I, cerae Ponticae libram unam, medullae cervinae — IIII. Haec lento igne decoques usque ad mensuram sextarii; exinde linteum densum tingues et mature in lecto visceribus adpones utendum in horam secundam.

97 Confectio oxymelis dia scilliu ad stomachi causas sic: Scillae libram comminues de astula lignea acuta minutissimis partibus et superfundes illic aquae nitidae fontanae ℥ III ac die tota et nocte copertum vas, in quod haec miseris, esse permittes; alia die in olla rudi cum ipsa scilla defervere facies lento igni usque ad sextarium aquae, tum linteo nitido exprimes scillam ipsam, ut sextarius ille defluat, adicies huic sextario aceti optimi sextarium et mellis optimi despumati P. II et rursum in eadem olla fervere ⟨facies⟩ usque ad sextarium; tum recondes in ampulla nitida et signatum habebis et cum inparationem stomachi senseris, cocliaria singula plena tepefacta ieiunus accipies.

98 Ad stomachi dolorem remedium physicum sic: In lapide iaspide exculpe draconem radiatum, ut habeat septem radios, et claude auro et utere in collo.

99 Epithematium ad stomachum confirmandum sic: Aloes — III, turis masculi — II, masticis albae semunciam, storacis — II, croci — I S, meliloti semunciam, cerae Ponticae vel etiam rufae — IIII, nardi — VI, ius absenthi Pontici — I. Haec omnia separatim tunsa et cribrata miscentur et coquuntur et inducuntur in panno atque ita mature stomacho adponuntur.

100 Ad digestionem parandam quisquis sollicitus erit acorum ieiunus commanducet et iactet, radicem quoque amaram et inlotam ieiunus commanducet necnon anethi semen etiam

3 infirmitate. 20 inparatione. 26 storachis. 27 melidoti. 32 quisque. 33 cummanducet, *item* 34.

viridis manducatum iuvat; nam et somnum conciliat et digestionem parat.

Conpositio medicaminis subfragi, quod facit ad dige- 101 stionem et vitia stomachi sive aqualiculi, accipit haec: Petrosilini Macedonici — II, apii seminis — I, siselei — V, piperis — V, nepetae montanae — IIII, pulei sicci quod in fumo non fuerit — IIII, thymi sicci semunciam, libystici etiam seminis — II, inulae radicis tunsae atque cribratae semunciam, zingiberis semunciam. Ex his omnibus tunsis atque cribratis pulverem mollissimum facies, adicies deinde mellis optimi despumati quantum putaveris mitti oportere, id est ut prope liquidae ac temperatae colligi possint species supra scriptae, et sic recondes in vaso vitreo et cum volueris ieiunus, cum tamen te digestum senseris, singula coclearia non plenissima matutinis horis accipies.

Confectio epithematii, quod stomachi vetustas causas 102 emendat et ad digestionem confirmat, accipit haec: Sevum taurinum, ceram, medullam cervinam, axungiam veterem, resinam terebinthinam, horum pondera singula aequalia et mellis — III, masticis — III simul miscebis; quae liquanda fuerint, liquabis igni et quae tundenda, in pulverem tenuissimum rediges et confectum medicamen linteo denso induces et stomacho vel visceribus adpones, quod tamen ante momentum prandii detrahi convenit.

Aliud epithematium, quod ad easdem stomachi causas 103 efficaciter prodest, sic: Storacis — II, aloes — II, petrosilini — I, cerae P. I, nardi P. I, masticis — II, resinae frictae P. I S, resinae terebinthinae — II; quae liquida erunt et quae tundenda similiter ut supra scriptis speciebus facies et similiter medicamen usque ad horam prandii uteris.

Item aliud epithematium, quod arete dicitur, quod facit 104 ad vetustas causas stomachi, accipit haec: Cardamomi — I, libani — I, cerae — VI, resinae — IIII, storacis — II, olei cyprini — I, vini veteris heminam. Cardamomum et

5 seseleos *Cornarius*. 7 thimi. libistici. 12 liquide. temperate. 15 cocleari. 16 quod stomachi *om.* 26 storachis, *item* 33.

libanum semote tundendum et cribrandum, storax vino in-
fundendus et reliqua, quae remittenda sunt, lento igne
solvenda et tum simul omnia permiscenda. Quod epithema
similiter linteo aut phoenicio inducendum et sic ad viscera
adponendum et in horam prandii, si non fatigaverit, haben-
dum, ita tamen, ut adverso pectore cuiuslibet pueri tepe-
factum ponatur.

105 Intiba decocta in cibo sumpta aut eorum aqua pota
106 stomachum purgant. Herbam vettonicam mense Augusto
lectam cum semine et radicibus suis, sed sine ferro eru-
tam arefactam diligenter et excussam, ne terram habeat,
contundes et criblabis ac pulveris eius tenuissimi cyathos
duos cum aquae sextariis sex in olla nova ad tertias de-
coques ollamque ipsam opertam sub divo repositam habe-
bis; ex qua si quando stomachi ardores concitabuntur,
coclearia duo aut tria laboranti gluttienda dabis, mire sub-
107 venies. Herbae vettonicae fasciculum, herbae nepetae ac
pulei virgulas singulas et salis paululum cum vini veteris
heminis tribus in olla rudi usque ad heminam decoques
et ieiuno stomachico mane cocliaria singula aut eo am-
plius dabis.

108 Quotiens stomachi morsus sentire coeperis, glycyrrhi-
zae sucum de surculo eius trahito aut ipsam sub linguam
ad magnitudinem cicerculi habeto, nec dolorem stomachi
109 nec sitim senties. Lac bubulum tepidum incoctum subinde
110 sumptum exulceratum quoque stomachum sanabit. Coclea
cruda devorata ita, ut dentibus non tangatur, stomachum
curat, certe languentem, si per triduum sic sumatur, emen-
111 dat. Cocleas, sed veras Africanas, conditas ex sale et paulo
olei coctas, sed non purgatas qui ieiunus ternas aut quinas
cottidie et frequenter sumpserit, rarissimo stomachi dolore
vexabitur; certe si carbonibus tostae sumantur, melius pro-
112 sunt. Si quis cymini triti ex melle terna coclearia cottidie
ieiunus accipiat, stomachi dolore mire carebit.

1 vini infundenda. 4 phinitio. 9 purgat. 10 erutam] erudis. 18 paulolum. 22 clicerizae. 24 cicericuli. 25 sitem sentis. 29 paulolum.

Stomacho remedium optimum de experimento tale est: 113
Petrosilini uncias tres, salis uncias duas, nardi spicae unciam, amomi uncias duas, hysopi — II, vettonicae — II. Haec omnia in cucumam fictilem novam mittes, quae sit sextariorum novem, eamque aqua supplebis et obturabis, ut modicum spiramenti relinquas, et decoques ad tertias ac denuo aqua supplebis et rursum ad tertias decoques; tunc adicies mellis optimi despumati quartarium et tertia vice ad medias decoques ac postea in vasculo vitreo aut fictili recondes sub signaculo atque ex eo adversum stomachi laborem terna coclearia ex aqua calida, si febres erunt, aut ex condito ieiunus, si non erunt, sumes.

Ne stomachus perfrigescat, unctio saluberrima haec 114
est: Foliorum lauri et bacarum, faenograeci, samsuci, cupressi, roris marini uncias singulas contundes et in vini veteris sextariis V per triduum macerabis, quarto die olei boni sextarios tres adicies et in olla rudi ad prunas non acres ita decoques, donec vinum consumatur, tunc colabis et excrementa vel sordes abicies et rursus ollam cum medicamine ad tenues prunas repones eique addes cerae nitidae libram, resinae terebinthinae purgatae selibram. Haec omnia permixta et coagitata ad modum ceroti recondes et cum opus fuerit, non solum ad stomachi, sed etiam ad nervorum et musculorum perfricationem uteris saluberrimo unguento.

Antidotum Hadriani, quo utebatur Caesar Augustus, 115
quae potio dat omni corpori fortitudinem; quisquis enim ea usus fuerit, nec stomachi nec iocineris nec epatis nec splenis nec cordis nec lateris aut pulmonis aut coxarum dolores patietur, sed nec tussem nec perfrictiones nec spasmos nec coli dolores sentiet nec dysintericus nec hydropicus nec suspiriosus aut cholericus erit. Facit etiam hoc remedium contra omnes umores noxios et omnia venena

1 remedio. 14 *post* cupressi *add.* mirin; *fort. legendum* myrti. 21 terebintinae. 26 Hadrianae. 27 quisque. 28 eparis. 30 perfricationes. pasmos. 31 disintericos. idropicus. 32 choleticos. 33 humores noxius.

vel maleficia in cibo aut in potionibus data. Conpositio ergo eius est talis: Feniculi seminis, cymini, guminis Thebaici, thymi, pulei, origani, piperis albi, herbae Sabinae, petrosilini, cedri seminis, chamaedropis, casiae bonae, Iovis barbae, rapae seminis, nardostachys, iunci seminis, euforbi, echios radicis, hoc est capsellae, cyperi, pyrethri, trifolii seminis, quod mulieres utuntur in capite, amomi, serpulli sicci, gentianae, aristolociae longae, rutae agrestis seminis, omnium supra scriptarum specierum uncias singulas; item rutae radiculam, quae facit ad porcorum incommoda, agni radicem, hociamsani sive argimoniae radicem, draconteae radicem, quae radix est quasi costum et bene olet, acori radicem. Harum specierum singulas semuncias adpendes et omnia vel infra vel supra scripta diligenter tunsa et cribrata in pulverem tenuissimum rediges ac postea cum melle Attico, quantum ad spissitudinem sufficiat, permiscebis atque ex eo cum opus fuerit, quantum avellanae est magnitudo, ieiuno dare debebis.

116 Confectio aceti dia scilliu ad digestionem et stomachi vitia sic: Scillam sumes et inde tolles durissima quaeque et proicies; deinde omnia tenerrima concides minute, ut habeant libram semis, eamque crudam coicies in aceti congium unum acerrimi et cum diu macerata fuerit et conbiberit, tolles scillam et exprimes idque acetum percolabis et in vas bene picatum repones eiusque aceti ieiunus mane si sorbeas singula vel bina cocliaria, stomachum curabis et quod ad oris olidi valetudinem adtinet, hoc medicamento odor malus emendabitur et si in naso polypus fuerit, hoc aceto gargalizato eicietur. Quod quidem acetum et ad claritatem oculorum et ad auditum aurium optimum est, si adsidue gargarizetur; ad vocem quoque et ad suspirium et ad splenem optimum remedium est. Si quis autem

2 faeniculi. 3 thimi: phu *Cornarius.* 4 semen. chamedrosi. 5 barbararum. semen. nardostorachis. 6 radicem. 7 semen. quod] quo *Cornarius.* 9 semen. 11 hoclamsani. 18 debis. 21 *post* quaeque *add.* sunt. 22 habeat. 23 cumbiberit. 25 picitum.

inde ad diem sorbeat vel dimidium cyathum, colorem opti-
mum habebit et facilius suspirabit et cibum melius con-
ficiet. Nam si quis multum comederit et non concoxerit
et cibus ei in stomacho inacuerit, sorbeat de hoc medi-
camento, continuo desinet crudus esse. Ut scias vero, quan- 117
tam vim habeat, etiam caducis datum prodest. Nam si
vel duos cyathos cadivus inde sorbeat et currat passus
mille ducentos quinquaginta ieiunus, mire remediabitur,
si vel tertio aut quarto die id acceperit. Quod si quis
erit in accipiendo cottidie patiens, penitus carebit hoc
morbo. Hoc medicamen et ventos eicit et venas purgat.
Nam is morbus ex ventorum multitudine movetur; frige-
scit enim corpus de inparatione et nauseam facit et vomi-
tus movet. Si quis ergo hoc sumat, omnem escam et
potionem bene concoquet et nulla res ei nocebit ac si
voles hoc medicamine pthisim sedare, adde vini dulcis pau-
lulum et sic dato mixtum sorbere ieiuno. Si quis sangui- 118
nem excreabit, hoc medicamine accepto facile eiciet omnem
molestiam et venae ei purgabuntur quodque ad pulmones
et arteria corrupta adtinet, per vomitum sanabitur, si hoc
medicamento utatur adsidue, et si quem aqua intercutis
tenebit, id est si hydropicus erit, sanabitur faciliusque
curabitur, si recens morbus fuerit, nam per urinam illum
cito digeret et quod ad splenem attinet extenuabitur. Opor-
tet ergo prius videre, unde quis morbus veniat. Si a splene
erit, venter solvetur aut crura turgebunt. Dari itaque opor-
tebit mane ieiuno duos cyathos certe vel unum cyathum,
si satis infirmus erit, dato. Quod si ab iecore erit mor-
bus, mellis cyathum aut passi commisces cum cyatho eius
aceti idque per dies aliquot dabis. Primum namque su-
doribus vehementissimis, postea etiam urina multa purga-
bitur; deinde cibum et potionem libentissime sumet omnia-
que cito concoquet.

4 medicamentum. 9 acceperat. 11 eiciet. 12 frigiscit. 13 vomitos. 16 paulolum. 20 arterias corruptas *Cornarius*. 22 idropicus. 25 ad splen. 29 cummisces. 31 urinam multam.

119 Ad stomachi dolorem arcendum cymas senapis viridis
ex aqua diligenter coques in olla nova easque conditas
oleo et liquamine manducabis; sane observa, ut paululum
120 salis mittas, dum coquuntur, propter bromum. Mel, rutam,
cyminum, piper simul tere et utere pro oxygaro ad in-
121 hibendum stomachi dolorem. Papaver nostrate cum lacte
suo simul decoques in aqua et ipsam aquam diligenter
122 colatam stomachico cum melle Attico potui dabis. Iris
tunsae heminam, cyperi tunsi heminam in vini Aminei sex-
tarium infundes, ut una nocte macerentur, deinde addes
resinae terebinthinae — VIIII, cerae — III, quas cum olei
cyprini selibra liquefacies; deinde simul omnia miscebis
et manibus subiges atque malagmatis more stomacho labo-
123 ranti adpones. Ceram, adipem anserinam et butyrum in
se decoque et in panno tenui stomacho calidum adpone,
124 confestim dolori stomachi subvenies. Peucedani radicem
contritam ex vino qui frequenter biberit, nec stomachi
125 dolorem nec pulmonis inflationem patietur. Item ad sto-
machi dolorem persici folia viridia teres et cum axungia
vetere purgata subiges atque in panno ad stomachum pones;
idem praestat mentastrum, quod supra ripas nascitur, simi-
liter impositum.

126 Oxyporium cydonite, quod facit ad stomachum et tussem, empneumatosim quoque solvit et digestionem citissime praestat, conficitur sic: Cydonea matura purgabis deforis et deintus et pensabis ad pondo tria coquesque ex mulso in olla rudi et cum fuerint cocta, eicies de olla in catinum vel mortarium, separabis deinde sucum illum, quem excocta dimiserint; postea remittes cydonea ipsa in ollam et tunc addes ibi aceti pondo duo, mellis optimi pondo tria, mali granati expressi sextarium unum, coques postea lento igni, donec unum corpus fiat et habeat mellis spissitudinem; postea autem refundes illud in mortarium et teres diutissime, donec omnis duritia dissolvatur, et dum

4 quoquuntur. 5 inbibendum. 9 amminei. 23 cidonite. 24 empneumatisen. 29 demiserint.

teris summatim, adicies semunciam zingiberis et piperis triti — II, petrosilini — I et simul iterum discoques ac postea miscebis mulsam, ubi cocta fuerint cydonea, atque ita in vasculo vitrio recondes et cum opus fuerit, per cocleare ieiunus accipies.

Stomachi et capitis dolores, tussem quoque longasque 127
aegritudines curat et dysintericis medetur, leptopyrexias sanat, dolori etiam faucium et synanchae succurrit tale medicamen: Piperis albi — I S, mellis Attici — I S, asari — I, vettonicae, saxifragae, casiae fistulae pondus ut supra. Haec omnia trita cum despumato melle miscebis et dabis coclearium grande plenum ex condito mixtum, febricitanti vero ex aqua calida.

Antidotum multiplex ad multa remedia recipit haec: 128
Croci ℥ XV, piperis albi — II S, amomi semunciam, pyrethri semunciam, dauci Cretici semunciam, folii malabathri, nardostachys, casiae, apii seminis, euforbi, rutae seminis, petrosilini, rosae siccae, opii singulas semuncias, opobalsami ℥ VI, mellis boni P. II, cinnami semunciam. Si non fuerit cinnamum, mittes casiae fistulae duplum pro eo et haec omnia tunsa criblabis cribello tenui et sic misces opium cum melle et mittes in mortarium et diligentissime teres, donec unum corpus fiat, ac sic omnia permixta mittes in doliolum vitreum; cum opus fuerit, ex hoc colicis fabae Aegyptiacae magnitudine cum aquae frigidae cyathis tribus potui dabis, iocinerosis, qui iecur graviter dolebunt, cum vino mulso dabis, ut supra scriptum est, epilepticis, quos caducos dicunt, dabis ut supra, pleuriticis cum aquae mulsae dabis cyathis tribus, stomachum dolentibus cum poscae cyathis tribus, dysintericis, qui persoluto ventre sunt, cum aqua frigida dabis, periodicis febribus qui laborant, id est accessionibus diurnis et nocturnis, cum aqua calida dabis; quibus dentes dolent et quibus sanguis de gingivis defluit, cum posca frigida aut cum vino dabis, ita

7 disintericis. leptoperitias. 8 sinanchi. 15 pirethri. 16 malabathri] alabastri. 17 nardostachis. 22 mittis. 27 epilempthicis. 30 cyatis. disyntericis.

ut resolutum in ore teneant, spleniticis ex posca dabis, paralyticis ex aqua calida, praecordia dolentibus itidem ex aqua calida; tortiones ventris qui patiuntur, ex aqua calida dabis; motiunculas leves qui patiuntur, ex aqua calida dabis. Secundas etiam mulieribus, quae ex partu vel ex abortu remanserint, discutit, si ex suco faenograeci cocti vel ex mulsa bibendum detur. Apostemata etiam et omnia intrinsecus collecta expurgat ex mulsa datum vel ex faenograeci suco. Sicca vero tussi laborantibus ex melle solo dabis. Ad uvam stillantem ex mulsa gargarizandum dabis, his vero, qui fungos venenatos comederint, cum oxymellis cyathis tribus dabis. Venenum si quis biberit, ex suco ptisanae resolutum accipiat. In omnibus sane passionibus triduo continuo dabis; si necesse fuerit, iterum alio triduo dabis; omnibus sane quantum fabae Aegyptiacae granum est dabis.

129 Confectio potionis ad omnem sanitatem utilis et ad stomachi confirmationem accipit haec: Lauri bacarum purgatarum — I, myrrae — I, gentianae — I, aristoloci rotundi — I; pulverem tenuissimum ex his speciebus separatim tunsis facies et postea permiscebis et repones et cum uti volueris, cocleare unum cum potione calidae aquae ieiunus accipies et interpositis diebus cum volueris iterum accipies. Primo vere tamen incipies hac potione uti et deinde quomodo volueris per tempora triduo continuo uteris.

130 Antidotum, quod facit ad omnes dolores internos et ad stomachum confirmandum, recipit haec: Apii seminis 𐆖 XXI, anethi seminis 𐆖 VIIII, castorei 𐆖 VI, piperis 𐆖 III, opii 𐆖 III, myrrae 𐆖 III. Haec omnia separatim tundes et ex melle optimo temperabis et cum volueris dare potionem, in modum fabae globulos facies et dabis ex condito sive vino vetere, sed si febricitaverit, ex calida aqua. Haec confectio dicitur athanasia; facit ad lateris et ad coli, praecipue ad stomachi dolorem.

2 paraliticis. 12 oximellis. 13 pisinae. 14 *post* passionibus *add.* sunt. 19 mirrae. aristoloci rotundi (*sic*). 26 fecit. 29 mirrae.

Lini seminis et faenograeci et feniculi farinae singuli 131
sextarii cum aqua mulsa decocti et in panno stomacho
laboranti et visceribus duris adpositi plurimum prosunt.

Ad eos, quos subito linquit animus et quibus mens 132
alienatur aut vertigo est, cocleae cum suis testis tritae in-
coctae ita dantur per dies quinque, ut prima die coclea
una cum passi cyatho potanda detur, alia die duae cum
duobus cyathis, tertia die tres cum tribus cyathis, quarta
die duae cum duobus cyathis, quinta die una cum cyatho uno.

Potio efficacissima stomachi remedio sic: Apii semi- 133
nis drag̃. VI, petrosilini drag̃. IIII, spicae nardi drag̃. IIII,
myrrae drag̃. IIII, piperis longi drag̃. V. Contrita universa
haec diligenter in unum miscentur, deinde adicitur mellis
optimi despumati quod satis sit atque in vaso vitreo mixta
servantur; inde cum opus fuerit post balneum drag̃. IIII
aut etiam minus, si infirmior erit qui accepturus est, ex
aqua calida vel ex mulso in potione dabuntur.

Porri capitati excocti in cibo sumpti cum aceto pluri- 134
mum prosunt stomacho laboranti. Urticae semen coctum 135
iuvat stomachum, si cum pane manducetur et cum iure
suo; cydonea quoque incocta in melle servata ieiuno data
plurimum prosunt. Thalassomeli, quod iucundissime et in- 136
flationes deponit et ventrem purgat sine stomachi vexa-
tione, est enim et odore et sapore gratissimo, quod hoc
modo fieri debet: Aqua marina ex alto, id est de profundo,
vel aqua caelestis cum sale mixta pari mensura mellis
optimi despumati permiscetur et servatur in vaso fictili et
cum opus fuerit, tepefacta potui datur.

Purgatorium efficax, quod nec stomachum vexat nec 137
caput gravat et bilem deducit: Lactis capruni sextarium,
salis ammoniaci — II, mellis optimi — I, in unum omnia
diu contrita et permixta ieiuno potui dantur; sed post
potionem diu inambulare debet, ut ipsa potio melius motu
corporis prosit.

1 faeniculi. 7 duo, *item* 9. 10 stomachio. 12 mirrae.
16 accipiturus. 24 odorem et saporem.

138 Sabuci liber inter corticem et surculum rasus et tri-
tus atque ad nucis iuglandis magnitudinem ex aqua vel
mulso potus miro modo detrahit bilem ac stomachum re-
139 levat. Vettonicae herbae folia in umbra arefacta contunde
et cribla atque ex eo pulvere paululum et mellis decocti
cyathum unum permisce atque inde post cenam ad magni-
tudinem ciceris transgluttiendum dabis ei, qui cibum evomit,
140 statim potest continere. Radicem ficulneam vini veteris
cyatho uno inrade et priusquam cenes vel cubitum eas,
141 bibito, si vitio stomachi laborabis. Laseris veri modicum
ex aquae frigidae cyathis quattuor dilue et dormitum iturus
bibe, ut cibum bene concoquas, aut eius radicem gustato
142 dormitum vadens, idem tibi praestabit. Rorem marinum
ieiunus commanducet aut in aqua calida excoctum bibat
qui cruditatem patietur, statim remediabitur.

143 Conpositio potionis ad dolorem stomachi sive ad nau-
seam reprimendam sic: Herbae mandragorae, quae nasci-
tur in locis montanis, sucus expressus ad ponderis scri-
pulum dimidium potatusque ex aqua calida vel ex mulsa
nauseam expellit, abundantiam phlegmatis purgat sedatque
dolorem stomachi et fastidium discutit; ultra hoc autem
pondus ne dederis, quia nullius stomachus vim eius poterit
144 sustinere. Puleium cum oxymeli decoctum ad mensuram
heminae tepefactum ieiuno et digesto dabis bibendum, non
solum stomachum reficies, sed etiam si circa cor aliquid
erit vitii, eadem potione sanabitur.

145 Ad stomachum componendum uteris remedio tali satis
commodo: Rutam, apium, anethum, cyminum aequis por-
tionibus coques cum vini veteris sextariis duobus, postea
addes olei amari ℥ I et iterum coques vel aliquamdiu con-
bullire permittes atque inde cum utcumque residerit fervor,
per globulum lanae sucidae stomacho quod sufficiat in-
fundes, ita ut postea densus lanae floccus supra stomachum

2 adque (*sic ut saepissime*) ad. 8 *post* statim *rasura est*. 9 uni *Cornarius*. 10 veri] vivi. 12 aut eius *om*. 20 habundantiam phleumatis. 23 oximeli decocti. 24 tepefactae. 31 resederit *Cornarius*. ferbor.

iacentis ponatur. Post horam quam hoc feceris de nardo tepido stomachum perfricabis et de sabano molli leviter detergebis, deinde infirmum deambulare facies.

Confectio epithematii, quod stomachi vetustas causas 146
emendat et ad digestionem confirmat: Ceram, sevum taurinum, medullam cervinam, axungiam veterem, resinam terebinthinam, horum pondera singula aequalia mittes, deinde adicies mellis — III, masticis — III; quae liquanda fuerint liquabis et quae tundenda tundes et sic confectum medicamen in linteo adponetur stomacho, quod ante momentum prandii subtrahi convenit.

Item aliud epithema, quod efficaciter prodest stomacho 147
et visceribus: Storacis — II, aloes — II, petrosilini — I, cerae P. I, nardi P. I, masticis — II, resinae frictae P. S, resinae terebinthinae — II; quae liquanda sunt liquabis et quae tundenda tundes et permiscebis et sic confectum medicamen similiter linteo inductum stomacho adpones.

Ad confirmandum stomachum vel conservandum, si 148
quis infirmum habet de quartanae labore, epithematium tenue: Axungiae porcinae, butyri, resinae frictae, herbae Sabinae, cerae rufae libras singulas, cerussae — III, cerae Ponticae — III. Haec omnia seorsum parata miscebis et simul decoques et sic uteris.

Descriptio Polyarchi ad stomachum post diutinas fe- 149
brium molestias componendum: Casiae — I, rosae siccae — I, cyperi — I, cardamomi — I, nardostachi — I, nardi Celtici — I, malabathri — I, iris Illyricae — I, oenanthes — I, masticis Chiae — I, croci — I, amomi — I, meliloti — I, absinthi — I, costi — I, guttae ammoniaci — I, aloes — I, turis — I, myrrae — I, bdellii drag̃. VIII, storacis drag̃. X in vino infusae, xylobalsami drag̃. IIII,

4 epithimatii. — *Haec compositio et quae sequitur iam supra a Marcello positae sunt; cf. § 102 et 103. Hoc loco paucis verbis mutatis repetitae sunt aut ab ipso scriptore immemori remediorum iam laudatorum aut ab interpolatore.* 7 terebintinam. 12 epithima. 17 stomachum. 27 nardoceltici. inanthis. 30 delliu. 31 storachis.

schoenoanthi drag̃. IIII, resinae terebinthinae drag̃. XLVIII, nardomyri drag̃. LXIIII, ex quo cerotum facies adiectis olei rosei drag̃. LXVI, cerae Ponticae drag̃. CXXVIII, opobalsami drag̃. XVI. Haec omnia tunsa cribrata et cetera vino optimo madefacta simul in mortario colliges, ex quibus trochisci vel magdalia fient; ceroto vero facto vel pulvis supra scriptus vel ramenta miscentur.

## CAP. XXI.

### Cordis dolori et corco et praecordiis remedia rationabilia diversa de experimentis.

1 Praecordiorum dolorem catuli lactantes admoti visceribus humanis transferre in se adseruntur idque exinteratis perfusisque vino deprehenditur vitiatis eorum visceribus.

2 Ad corcum carmen. In lamella stagnea scribes et ad collum suspendes haec: Ante cane corcu nec megito cantorem ut os ut os ut os; praeparabo tibi vinum leve, libidinem, discede anonnita, in nomine dei Iacob, in nomine

3 dei Sabaoth. Item ad id aliud carmen: Corce corcedo stagne, pastores te invenerunt, sine manibus collegerunt, sine foco coxerunt, sine dentibus comederunt. Tres virgines in medio mari mensam marmoream positam habebant, duae torquebant et una retorquebat; quomodo hoc numquam factum est, sic numquam sciat illa Gaia Seia corci dolorem.

4 Ad cordis dolorem vel ad eos, qui lumbricis in corde vexantur: Aquam malvae cum melle pari mensura per-

5 mixtam tepidam ieiuni bibant. Ad cordis dolorem herbae erythrodani, id est caulis purpurei, hoc est marini, vel sisimbriae sucum ad plenitudinem conchulae oblongae, quam Graeci tellinen, alii chemam macran vocant, cum aqua calida

6 prope noctem dormitum vadens bibat. Pinus viridis aculeae contritae ex vino optimo potui datae cordis dolorem sedant, ita ut qui potionem acceperit pinguibus escis ab-

1 schynoanthi. 15 Sabaoth] cabaait. 16 collerunt. 20 gaioseia, *correxi*. 24 erithrodanis. 25 conculae. 26 telunen. chemam] heminam.

stineat. Dolorem cordis levat cymini Aethiopici comman- 7
ducati sucus frequenter transmissus. Adversum cordis pul- 8
sum vel dolorem mirum remedium, quod in lamella stagnea scribes: *Καρυανκω Καρυανκων Καρυανκων* et phylacterium de storace subfumigabis et in collo ex licio suspendes; ita proderit, ut stupeas.

Ad dolorem praecordiorum cataplasma egregium: Lini 9
seminis sextarium unum, feniculi seminis sextarium unum ex aqua mulsa decoques et in panno calido praecordiis saepius adplicabis, mire proderit.

Cerotum valde efficax ad cordis dolorem: Cerae seli- 10
bram, olei cyprini selibram, absinthi Pontici selibram. Absinthium tundes, ceram remittes et permiscebis ac pro ceroto uteris.

Qui praecordiorum ardore vexantur, si etiam febres 11
et lumbricos habeant, hoc remedio sanabuntur: Ovum crudum summiter apertum exinanies idque implebis oleo viridi et defundes et lotio virginis pueri implebis et defundes, tum adicies parum mellis et in unum cum ovi ipsius interioribus permiscebis et potandum ieiuno dabis. Hoc et stercus vetustissimum et lumbricos noxios pellit et febrem acutissimam relevat.

Bulbi excocti triti inliti tumorem praecordiorum et 12
ventris emolliunt. Item proficies, si ocimum triveris et eo
praecordia spissius inleveris. Feniculi farina cum pari 13
mensura mellis decocta ceroti modo panno inlinitur et calens tumori praecordiorum imponitur.

Malagma ad praecordiorum tensionem et ventris ac 14
stomachi duritiem diutinam cum dolore, quod et iecori et lieni prodest, conficitur sic: Cerae P. I, guttae ammoniaci P. I, iris Illyricae Ӿ XXII, opopanacis Ӿ XX, anesi Ӿ XXV, faenograeci seminis Ӿ XXV, resinae terebinthinae P. L, adipis suillae veteris P. L, aceti acris Ꞩ I, mellis P. II. Mel cum aceto permiscendum est atque illic arida

2 transmissus est. 4 filacterium. 8 faeniculi. 33 P. L] p. Ӿ L *Scribon.* 34 mel] melle.

omnia die et nocte maceranda sunt. Terebinthinam vero et ceram et adipem liquefactam in unum ceteris admisceri oportet et deinde manibus diutissime subigi, donec sine offensione malagma temperatissimum fiat.

15 Ad cordis pulsum sive salissationem sucinum verum mittes in aquam ferventem et illic esse patieris atque inde per triduum laboranti singulos cyathos tepefactos, si nimium erit frigus, dabis bibendos; hoc remedium et hominibus et animalibus prodest.

## CAP. XXII.

### Ad epatis sive iecoris vitia omnia et molestias universas remedia rationabilia et physica diversa de experimentis.

1 Rutae silvestris manipulo in ollam novam coniecto decoctoque ex tribus heminis aquae ad heminam adicies mellis libram rursusque fervere facies, ex eo per triduum
2 ieiuno potui dabis iocineris dolore nimio laboranti. Hircinus sanguis adhuc calens supra prunas excoctus et ci-
3 batui datus ieiuno iocineroso mederi traditur. Viverra tosta porcelli lactantis modo inassata et cibo data ieiuno mire iocineroso succurrit.

4 Epatice experta sic: Piper album et masticem aequis portionibus tundes et criblabis rursusque in mortario teres atque ita oleo Hispano optimo temperabis, ut sit spissum; inde catapotia facies magnitudine ciceris eaque in sole siccabis, ut durescant; tunc in pyxide recondes et ex his unam pilulam ieiuno in ovo sorbili dabis adiciesque parum salis, sed per triduum dabis.

5 Tumori iocineris adprime medetur hoc remedium: Inulae radicis — III, quae Graece dicitur helenium, decoques ad medias in aquae sextariis tribus atque heminam

3 subige. 7 tepefactus. 8 frigos. hominis.
*tit.:* eparis.
13 potui *scripsi:* potum. 15 iocinoroso, *item* 17. 22 pixide.
26 radices. Graeci. 27 aqua.

ex ea ieiuno in dolore bibendam dabis idque per triduum facies.

Ad veteres iocineris dolores potio optima sic: Nardi 6
spicae ℥ VIII, croci ℥ II, myrrae ℥ III, casiae ℥ VIII, schoeni ℥ VIII. Omnia trita et criblata melle optimo conprehendes et dabis ieiuno in potione ℥ III ex aquae mulsae cyathis IIII, quousque vitium extirpes.

Ad tumorem iocineris et ad dyspnoeam remedium sic: 7
Petrosilini, costi, chamaepitys aequa pondera tundes, criblabis et dabis ieiuno epatico duo cocliaria cum aqua mulsa.
Melanthium, id est git, quantum cocleare recipitur, contere 8
et da cum vino tepido dulci bibendum ieiuno epatico.
Nimium laudatum iocinerosis remedium sic: Picem duram 9
contere et ex ea da potandum ieiuno epatico cocleare unum
cum vino austero. In lamina stagnea scribe: Ite *ΝΕΡΩΝ* 10
et desuper nomen eius iocinerosi, cui mederi voles, scribe; laminam vero licio ligatam collo eius suspendes mundusque id facito.

Absinthi florem, casiam, crocum, nardi spicam, asa- 11
rum, schoeni florem, folium, masticem, xylobalsamum, amomum, cinnamum ad dragmas septenas, aloes Indicae drag̃. VI: tundes et cribrabis singula separatim eademque miscebis atque inde cocliaria bina ieiuno epatico cum mulsa aqua tepida aut vino vetere austero per triduum dabis; quod remedium et ad digestionem et ad crapulam deponendam facit.

Antidotum ad epaticos sic: Pelecini seminis, eupatorii, 12
iocineris lupini, picis Bruttiae, costi, faenograeci, piperis paria; haec tundes, criblabis et melle conprehendes atque inde catapotia ad ciceris magnitudinem ex aqua calida dabis.

Antidotum Philonium ad iocineris et ad omnium vi- 13
scerum intrinsecus dolorem sic: Croci — V, pyrethri idem, piperis albi drag̃. XX, hyoscyami drag̃ XX, euforbii drag̃. I, nardi Indici drag̃. I, opii drag̃. I. Quae sunt sicca tunduntur, cetera in mortario conteruntur et permixta melle

3 nardispiscae. 4 mirrae. 5 scoeni. 8 dispnian. 9 petrosileni. chamaepitis. 20 scoeni. 26 belecini. etpatorii. 28 *an* paria pondera? 31 pirethri. 32 yoscyami.

conprehenduntur. Haec potio his modis ieiunis danda est: ciliacis et colicis, qui sine febre erunt, ex aqua frigida, febriculentis ex aqua, in qua anethum ad tertias decoctum fuerit, in declinatione vero febris ad magnitudinem avellanae, spleniticis ex aqua cum cappare decocta cyathis tribus magnitudine qua supra, epaticis dimidium avellanae modum, febriculentis ex hydromelis cyatho vel ex aqua mulsa, in qua anethum cum surculis suis fuerit decoctum, orthopnoicis magnitudine avellanae remissa in aceti scillitici cocliaribus quattuor ex aquae calidae cyathis quattuor, ad spasmum et cordis dolorem vel tremorem ex aquae mulsae cyatho magnitudine avellanae. Ad lateris dolorem ex aqua mulsa magnitudine avellanae contra noctem dabitur, ad singultus et quibus frigus etiam aestate insederit, ex aqua mulsa modo avellanae; pthisicis ex suco tisanae vel ex mulsi cyathis tribus modo avellanae, dysintericis ex posca cyathis duobus modo ciceris arietini, auruginosis ex aquae mulsae cyathis duobus avellanae duplum, dysuriae et calculo ex aquae cyathis tribus, in qua tres manipuli apii fuerint decocti, magnitudine avellanae.

14 Potio ad epar utilissima, praeterea haec ipsa compertum et praesentaneum remedium est etiam ad lateris dolorem, accipit haec: Piperis — I, costi — I, lupini sicci amari — I. Haec omnia sicca tunsa cribrata mixta simul repones; cum opus fuerit, unum cocleare plenum vel si vires infirmiores sunt, rasum, id est ruclatum, cum vino austero ieiuno epatico per dies tres vel quinque continuos dabis, ita ut in eo latere conplicatus aliquamdiu iaceat et cooperiat se sagis, et cum coeperit sudare, levet se et deambulet diu.

15 Item expertum atque utile ad epar remedium de foliis fici aridis, id est siccatis sub umbra et arefactis tritis criblatisque, de quo pulvere cum condito ad mensuram tria

7 hidromelis. 9 ortopnoicis. remissae. scilliti. 14 singultos. 15 pthipsicis. thisanae. 16 disinthericis. 21 cnmpertum. 28 ita ut in eo latere conplicatus] itasolatere conplictus. aliquandiu.

coclearia accipiet epaticus ieiunus et in eo latere diutule iacebit; deinde ambulabit et per triduum continuum hoc medicamen accipiet similiter observans.

16 Prodest mirifice haec conpositio ad tumorem et dolorem cum duritia iocineris et lienis, item ad renium dolorem bene facit; nam et colorem corporis restituit, qui propter vitia supra dictarum partium corrumpitur pallidusque conspicitur. Prodest hoc idem medicamentum etiam ad aquae mutationes, id est ad hydropem, conficitur sic: Croci 𐆖 X, nardi 𐆖 II, casiae 𐆖 II, costi 𐆖 I S, schoeni 𐆖 I, cinnami 𐆖 I, myrrae stactae 𐆖 I, mellis optimi 𐆖 XXV; datur ieiuno quantum faba est Aegyptia ex mulsi cyathis IIII.

17 Remedium efficax ad iocineris duritiam veterem, quod et hydropicos et lienosos et arquatos et quibus opus est moveri urinam potentissime sanat, muliebribus quoque causis prodest; nam et ex partu residua purgat et mammis tumentibus prodest. Perduci illud, id est potari, ex mulso vino oportet, conficitur sic: Anesi 𐆖 VIIII, dauci 𐆖 III, petroselini idem, iuniperi idem, silis idem, tragacanthi 𐆖 I S, panacis radicis 𐆖 VIII, iris, myrrae, costi, amomi, singulorum 𐆖 senos, cinnami 𐆖 III, casiae VI, smyrnii, quod est semen holeris atri 𐆖 VIII, nardi Syriacae 𐆖 IIII, acori 𐆖 VIII, balsami seminis 𐆖 VI, opii 𐆖 V, ervi moliti ℥ I, scillae coctae 𐆖 II, vini Chii aut Lesbii quod satis erit. Pastilli ex his in pulverem redactis fiunt denariorum duum vel trium et dantur cum opus est ex mulso ieiuno et digesto.

18 Antidotos, quae Zopyre dicitur, facit non solum ad iocineris, sed et ad lateris et ad pectoris et ad vessicae dolores et ad tussim veterem et ad hydropicos et arquatos et lienosos et ad eos, qui mala medicamenta sumpserint, quae sive postea data sive ante pota fuerint, per hoc remedium non nocebunt, conficitur sic: Myrrae 𐆖 VII S,

5 renium] remedium. 9 idropem. 10 scoeni. 11 mirrae. 12 quanta *Cornarius.* fabae e. aegyptiae. 17 putari. 18 oportit. 20 mirrae. 21 smyrnii] murnei. 23 moluti. 26 ex mulso *om.* 28 zopire. 30 ydropicos.

nardi Syriacae X̶ V S, croci X̶ I S, schoeni X̶ II, casiae X̶ IIII, cinnami X̶ VI, piperis albi X̶ I, piperis longi X̶ I, turis X̶ I, scordi X̶ III, poli X̶ III, rosae aridae X̶ III, rapae seminis X̶ III, anatis sanguinis recentis X̶ IIII, eiusdem aridi sanguinis X̶ III. Melle miscentur contusa et cribrata omnia, donec habeant ipsius mellis temperaturam, inde plenum cocleare datur; sed ab serpente percussis aut morsis ex vino, ceteris ex mulso vel aqua dari oportet.

19 Malagma ad omnem viscerum dolorem, praecipue ad iocineris stricturas, conficitur sic: Nardi Celticae, id est saliuncae, X̶ XI, iris X̶ VIII, meliloti, quod a nobis sertula Campana dicitur, X̶ XXV, cyperi X̶ VIII, ammoniaci thymiamatis, id est storacis, X̶ VIII, cardamomi X̶ VII, croci idem. Omnia supra dicta contunsa et criblata uno die et nocte in vino vetere macerantur praeter ammoniacum; hoc enim aceto dilui oportet. Post haec cerae P. II, resinae frictae P. I, olei rosei P. II vel tria, ut sufficere visum fuerit, addentur; liquefiunt quae liquefieri habent et refrigerata atque rasa ceteris miscentur atque unum corpus ita fit et diligentissime subigantur. Hoc et ad praecordiorum tensionem bene facit et ad vessicae dolorem.

20 Attali regis medicamentum, quod facit praecipue ad iocineris vitia et ad auruginem et ad aquam intercutem et ad lienosos et ad praecordiorum inflationem et ad pectoris dolorem et ad eos, qui colorem luridum habent, conficitur sic: Croci X̶ X, nardi Indici X̶ II, casiae X̶ II, myrrae X̶ I, cinnami X̶ I, schoeni floris X̶ I, costi — I. Haec seorsum contunduntur et cribrantur, deinde ex singulis eorum supra dictis pondera sumuntur et in unum melle mixta colliguntur atque in pyxide argentea reponuntur; inde datur cum opus est fabae Aegyptiae magnitudo cum mulsi cyathis tribus, si sine febre fuerint qui sumpturi sunt, si febricitabunt, ex aqua mulsa dabitur. Prodest etiam calcu-

1 scoeni. 7 ab] ad. 12 thimiamitis. 13 storachis. 17 suffice. 18 habent] debent *Cornarius*. 26 mirrae. 27 scoeni. 29 sumuntur in unum et in unum (*repetit.*). 30 pixide.

losis haec conpositio, sed ad omnes causas ieiunis et maxime digestis opportune dari debet.

21 Ad dolorem iocineris physicum remedium sic: Calculus sive lapillus, qui a calculoso fuerit eiectus, super iecur dolentis alligatus statim proderit.

22 Glycea pota et ventrem laxabit et iocineri proderit et digestioni stomachi opitulabitur, quam glyceam sic facies: Aceti S I, mellis P. II, aloes — III, feniculi radices P. II, quas sublata cortice diligenter siccabis et tundes atque una nocte in aceto macerabis, postera vero die excoques ad medias et colabis, tunc admiscebis mel et coques sufficienter atque ab igne sublatum refrigerabis, ut tepescat; postea aloen teres et miscebis, praeterea apii viridis pugnum plenum et tantundem rutae viridis addes. Haec omnia ad spissitudinem mellis cocta colabis et refrigerabis atque inde coclearia terna cum aqua calida ieiuno et digesto per triduum dabis.

23 Item ad iocineris dolorem remedium sic: Lupinum, absinthium, costum, faenum graecum, sed quod tostum sit, pari pondere. Haec sicca tundes et cribro medicinali cribrabis; unde ieiuno cocleare propensum ex aqua calida per triduum dabis; quod intermissis aliquot diebus rursus per triduum similiter bibendum dabis. Memento tamen, ut faenum graecum diligenter torreatur, ut bene tundi possit, et omnia observet, quae infra scripta sunt, qui remedium accepturus erit.

24 Iecur lupi sublatum luna decrescente in fumo ponitur et cum siccatum est, teritur; inde particula trita miscetur pulveri aequis portionibus facto de faeno graeco, lupino et absinthio et costo, ita ut ex eo, quod in se totum permixtum fuerit, mensura coclearis cumulati detur ad diem, non febricitanti ex vino mixto, si febricitabit, ex aqua ita, ut per triduum hoc medicamen ieiunus accipiat et porrecto brachio in dextro latere vel semihora iaceat; inde diutissime deambulet et tardissime cibum sumat et obser-

2 oportune. *a vocabulis* dari debet *desinit codex usque* ad XXIII, 34 ad pedes lien decidat. 7 digestioni *scripsi:* digestionem *Cornarius.* 8 radicis *Cornarius.*

vet, ut illo triduo purissimus et digestissimus sit et frigidam non bibat neque salsum aliquid aut dulce manducet.
25 Violas agrestes sive silvestres conteres et sucum earum cum pari pondere mellis decoques et ex eo coclearia terna ieiuno ad diem iecoritico dabis; ad lateris autem dolorem, si ex iecoris causa fuerit, thymi scripulos duos et aquae quartarium dimidium ieiunus bibet.

26 Compositio medicaminis ad iecur, quod dia tessaron dicitur: Costi — I, faenograeci — I, inulae radicis — I, feniculi radicis — I. Haec omnia separatim diligenter tundes et cribrabis et delicatissimum pulverem mensurabis et postea permiscebis, sed in sole omnia bene siccato, antequam contundas, et in una potione cocleare plenum mitte; sano ex vino, febricitanti ex aqua calida vel ex mulsa aqua, ut ventrem solvat, potui ieiuno per triduum dabis, ita ut accepta potione in dextro latere aliquamdiu iaceat et postea diu deambulet et digestissimus cibos sumat; hoc remedio scitote nihil esse praestantius, etiam si feminis, sed non praegnantibus detur.

27 De medio osse sepiae, quod est molle, pulverem facies
et in mixtione conditi optimi iecoritico ieiuno per triduum
dabis, ita ut in dextro latere aliquamdiu iaceat, cum acce-
28 perit, et postea diutissime deambulet. Ad iocineris dolo-
rem remedium sic: Intiborum suci heminae, aquae cyathos
tres miscebis simul et calidum dabis, donec totum triduo
perbibatur; quod si ex ipso dolore cui medendum est tur-
gidus et indigestus fuerit, porrum capitatum incoctum
29 manducet. Gentianam ex passo decoques et ieiuno ieco-
30 ritico per triduum bibendam dabis. Piperis albi grana XL,
salicis folia ad hanc mensuram, ut fasciculus inter digitos
duos et pollicem teneatur, cucumeris quoque quantum tribus digitis tollere potueris contere in unum et per triduum iecoritico ieiuno da ex aqua calida bibendum.

31 Costi semunciam, aloes epatitidis — I, masticbes granorum — II, eupatorii — I, piperis — II, amomi semun-

34 Costi semunciam] *cf. Plin. de re med.* II, 17 (*ed. Ald. p.* $179^a$).

ciam, rha Pontici semunciam. Aloen et mastichen simul teres et cribrabis bene, reliquas species in pila tundes et cribrabis bene et omnes postea in unum confundes et repones diligenter in pyxide qualicumque; cum volueris potionem dare iecoris vitio laboranti, in olla vel caccabo rudi, sed excocto, quartarium faenograeci decoques; primam aquam fundes, cum fervere coeperit, et aliam fundes, cum fervebit; tertiam coques ad tertias et repones vas, in quo ad tertias decoxeris faenum graecum, cum suco et umore suo et inde potionem in calicem mittes et addes de pulvere supra scripto cocleare plenum et quando accipit is, cui medendum erit, digestus et ieiunus accipiat et acceptam potionem bene digerat, ita ut, cum biberit, tenso brachio dextro iaceat in ipso latere, et hoc per triduum similiter faciat; haec potio iecoriticos etiam veteres mire sanat.

Epaticis herba centaurea ex vino decocta ac potui 32
ieiunis data mirifice auxiliatur. Herbae vettonicae in umbra 33
arefactae pulvis ex aquae calidae cyathis duobus ieiuno iecoritico potui datus magnifice prodest.

Potio saluberrima ad epaticos a Procliano medico 34
ostensa: Ficatum lupi integrum foliis lauri involves et ita ad solem vel ad ignem siccabis et siccatum diligenter sublatis foliis in pulverem rediges; quem pulverem in vasculo nitido servabis atque ex eo coclearia duo cum piperis granis decem tritis adiecto melle optimo despumato quantum sufficiat cum caroeni cyatho in potione ieiuno dabis, quam prius ferro candenti calefacies et diligenter in mortario permiscebis sedentique in lecto dabis, ita ut accepta potione contractis genibus hora integra in dextro latere iaceat et postea vel una hora deambulet.

Herbae verbenae solstitio lectae pulvis in coclearibus 35
quinque cum vini Aminei cyathis tribus ieiuno potui datus mirifice prodest, sed pro aetate aut viribus unius cuiusque potionem dabis. Asini iecur tritum cum petroselino et 36

1 rha Pontici] reupontici *Plin.*

nucibus iuglandibus purgatis ac melle inlitis in cibo datum epatico ieiuno mirabile est.

37 Procliani medici remedium de experimento ad epatis suppurationes et ulcera et apostemata sic: Sagapeni uncias II, myrrae troglodytidis uncias III, cardamomi uncias VI, castorei uncias III, piperis albi uncias duas aut si album non fuerit, duplum de nigro mittes, opii optimi uncias II. Haec omnia tunsa et cribrata per impubes pueros aqua pluviali miscebis et facies trochiscos de binis drachmis, qui trochisci in umbra non in sole siccentur; viris vel senioribus integros, pueris vel minoribus dimidios trochiscos infusos in aqua calida dabis, id est non febricitanti cum vini austeri meri cyatho uno, infirmo autem ex aqua calida dabitur; sed quibus medendum erit, nihil pingue manducent, non oleum, non carnem, sed de lenticulae farina pultem cum oxymelle coctam admixto anetho et puleio manducent et poscam, posteaquam excreare vel sitire coeperint, tepidam accipiant et sensim bibant.

38 Qui palmulas dactylos ex aceto frequenter manduca-
39 verit, iocineris dolore carebit. De lupi praeda, id est
de reliquiis vervecis aut caprae aut cuiuslibet animantis
quam comederit carnem vel pellem vel os collige et serva
et quando aliquis iecur doluerit, inde eum tange, continuo
sanabitur.

40 Origanum in aqua decoque ad tertias et postea mitte
mellis quod sufficiat atque iterum decoque diligenter, ut
bulliat, et inde da epatico ieiuno quod satis sit adsidue
41 bibendum, valde subvenies. Lacertam viridem prende et
de acuta parte cannae iecur ei tolle et in phoenicio vel
panno naturaliter nigro alliga atque ad dextram partem
lateris aut brachii laboranti epatico suspende, sed vivam
lacertam dimitte et dicito ei: Ecce dimitto te vivam; vide,
ut ego quemcunque hinc tetigero epar non doleat.

42 Ad duritiam iocineris molliendam et quamlibet veterem dolorem sedandum bene facit cunilae aridae, quam satureiam quidam vocant, in pulverem redactae denarius unus ex mulsi cyathis duobus, si non febricitabit,

vel totidem calidae aquae, si febriculentus erit, adsidue datus.

Ad iecoris dolorem potio salubris conficitur sic: Pipe- 43
ris — I, eupatorii — I, costi — III, bacani — II, faeni graeci — I S. Omnia haec trita et creta servabis et cum usus exegerit, dabis in vini potione cocleare plenum ieiuno, ita ut in dextro latere tenso brachio iaceat, cum acceperit.

Epithematium ad iecur sanandum sic: Guttae ammo- 44
niaci P. II, cerae tantundem, olei rosei tantundem, croci — I. Gutta ammoniaca cum bono aceto teritur, donec bene trita sit et glutinosa fiat; crocum, si siccum est, tunsum et cribratum guttae ammoniaci admiscetur et diu teritur; si umidum est, in aceto madefactum primum separatim, deinde cum gutta ammoniaca teritur; quibus tritis cerotum de roseo oleo et cera Punica factum refrigeratum admiscetur et tam diu teritur vel subigitur, donec unum corpus fiat, ut magdalia inde formentur, quae stomacho phoenicio inducta imponantur.

## CAP. XXIII.

### Ad lienis sive splenis vitia omnia et molestias universas remedia rationabilia et physica diversa de experimentis.

Ad lienosos bene facit tamarici longe a mari collecti 1
arefacti et contusi pulveris denarius unus aut pondus victoriati datum ex aqua ieiunis vel ex posca. Prodest 2
lienosis inula arida Campana contusa et cribrata mensura denarii unius ex vini veteris mixti cyathis quattuor ieiunis data.

Potio ad lienosos sic: Balani, quo unguentarii utuntur, 3
denarios duos, capparis radicis X I, hederae nigrae bacarum denarios duos, periclymeni, quam silvae matrem vocamus, X S, galbani denarii S, cardami nigri, id est nasturcii,

4 bacani] *cf. Alex. Trall. ed. Puschmann vol.* II *p.* 394. *Plin. de re med.* II, 17 (*ed. Ald. p.* 179ª). 25 quo] qua *Scribon.*

seminis X II S, piperis nigri X I, scillae coctae X II. Haec omnia colliguntur ex melle, fiunt globuli parvi, dantur denarii duo vel unus pro aetate aut infirmitate ex oxymelle vel ex aceto mixto in cyathis quattuor aut tribus. Eadem potio bene facit ad hydropicos ex aqua mulsa data; nam urinam movet plurimum, per quam purgantur.

4 Lienosos sanat extra cutem inpositum sinapi aceto pridie maceratum et tritum adiecta lenticula ex aceto cocta. Oportet autem a parte lienis inpositum medicamentum tam diu illic esse, donec dolorem pati non possint qui utuntur; postea solio calido demittantur, ubi plures eos contineant, dum desinit fervor; alioqui exilient ad primum fervorem; maior enim in cute fit dolor calda tactis; postea ceroto rosaceo eos perungi oportebit.

5 Aliud lienosis remedium eadem ratione inpositum: Sinapis cyathos duos, git cyathos duos, nasturcii cyathos IIII, myrobalani corticis cyathos IIII, piperis cyathos II. Sinapi pridie aceto acri maceratum, deinde tritum contusis ceteris permiscetur pannoque inlitum medicamentum inponitur fasciaque longissima alligatur vel pluribus in unum commissis, quo tardius solvatur. Hoc efficacissimum remedium est et multorum annorum lienosis omnes causas tollit atque duritiam; sed post hoc si quae reliquiae manserint, ammoniaco tollendae erunt frequenter illic inlito.

6 Infantibus lienosis dari oportebit aquam calidam, in qua candens ferrum demittatur, vel lac caprinum semicoctum, si caprae tantummodo hedera pascantur. Proderit his et sinapi siccum contusum ceroto tenui mixtum extra cutem inpositum, ut fascia diligenter ligetur.

7 Malagma ad lienosos et ad iocineris tumorem sic: Ammoniaci guttae pondo I, cerae P. I, rosae pondo I. Ammoniacum ex aceto teritur mixto crocomagmate, quantum colorare possit. Ammoniacum itaque teritur, quousque leve fiat et mellis crassi habeat spissitudinem; postea cera

26 demittatur *scripsi*: dimittatur *Cornarius*. 33 colorare possit ammoniacum, quod teritur *Scribon.*

liquefacta et rosa adicitur ac prius mortario bene et pistillo commixta manu utraque subiguntur. Facit hoc malagma et ad luxum et ad capitis dolorem fronti superpositum.

8 Malagma ad lienosos sic: Myrobalani P. I, aphronitri X XXX, capparis radicis X XXV, cardamomi X XXV, ammoniaci guttae X XXX, cerae P. I, irini olei P. S. Cera irino solvitur, quibus ammoniacum aceto dilutum miscetur, postea arida quae sunt cribrata admiscentur et sic diu in mortario teruntur, deinde manibus bene subiguntur.

9 Medicamentum Iunii Crispi, quod appellatur ambrosia; hoc ex mulso datum lienosis praecipuum praestat auxilium; pthisicis quoque et his, qui difficulter ex imbecillitate longa reficiuntur et qui mali sunt coloris, necnon ad alia multa vitia satis utile est, recipit haec: Croci optimi X II, cinnami, nardi, costi, casiae, myrrae, schoeni floris, singulorum X singulos. His contusis et cribratis mellis Attici admiscetur quod satis sit; inde datur ex calida aqua ad supra dicta omnia vitia quantum fabae nostratis modus est.

10 Lienosis prodest hyacinthi seminis denarius dimidius potus ex aceto et melle, polion herba vel tamarici folia aut eiusdem semen aut cortex vel herba, quam nos vitrum, Graeci isatida vocant, qua infectores utuntur, similiter pota plurimum prodest.

11 Ammoniaci denarius dimidius, piperis grana quinque, rubi teneri cauliculi tres, haec in unum trita miscentur et dantur omnia ieiuno lienoso una potione ex aceti semimixti cyatho uno; mire adversum dolorem et duritiam lienis prodest.

12 Capparis radicis vel corticis, scillae bulbi aridi ex interiore parte, radicis quoque panacis, singulorum denarii deni contusi et cribrati aceto et melle consparguntur, fiunt pastilli denariorum singulorum, dantur lienosis ex aceto et melle; quidam addiderunt his piperis et vitis albae radicis denarios decem tritos. Facit hoc medicamentum his additis et ad hydropicos et ad suspiriosos; est hoc utile de experimento.

13 Inponenda sunt lienosis et maxime his, quorum nimium duri et tumidi sunt lienes, medicamenta huiusmodi: Sinapis et pyrethri paria pondera ex aceto trita chartaeque inlita, quam horis tribus habeant; deinde cum dolorem intolerabilem ferre non potuerint, deducendi sunt in balneum et ibi in solium calidum demittendi et fovendi praecipue his locis, in quibus medicamentum habuerunt inpositum, sed a fortioribus retinendi sunt in solio; exiliunt enim subinde et fugere conantur non sustinentes fervorem; a solio vero unguendi sunt oleo et tergendi, tum cerotum ex rosa inponendum locis perustis, quae insequentibus diebus, si satis exusta fuerint, curari debent.

14 Pinguis fici aridae contusae denarios XXV, capparis radicis sive corticis denarios quinque, aphronitri denarios quattuor, hysopi fasciculum. Contusa haec melle temperantur, donec ceroti habeant temperaturam; deinde inlita linteolo super lienem ponuntur et duabus vel amplius horis illic habentur; deinde is qui curatur ad balineum ducitur et in solio calido aliquamdiu fovetur.

15 Malagma lienosis utile sic: Cerae libram unam, ammoniaci guttae denarios decem, lapidis Assii floris, id est cineris, denarios viginti quinque, balani, quo unguentarii utuntur, denarios XVI, bdellae denarios XVI, croci denarios IIII, resinae pityinae 𐆖 XXII, olei laurini sextarium dimidum, aceti P. IIII. Hoc genere componitur hoc, quod Niliacum malagma dicitur. Arida ex aceto tam diu teruntur, donec levia facta habeant mellis spissitudinem; quae ad ignem solvenda sunt, cum oleo et adipe liquefacta in mortarium super trita infunduntur; deinde universa permixta cum refrigerata fuerint, manibus subiguntur.

16 Ad lienes, qui non ab infantia, sed postea induruerunt, malagma sic: Myrobalani, panacis, pyrethri pondo singula, balsami seminis 𐆖 X, sinapis P. I. His tritis acetum acre miscetur et diu permixtio ista subigitur cumque ex

3 pyretri *Cornarius ut infra saepius.* 6 demittendi *scripsi:* dimittendi *Cornarius.* 17 imponuntur *Stephanus.* 18 in balneum *Stephanus.*

ea malagma factum fuerit, rubrica coloratur et inponitur
atque tribus horis habetur, post hoc in balineum homo
ducitur et solio diu fovetur.

Aeris florem tritum bene cum sinapi aut etiam solum 17
mittes in acetum simulque in bucculari decoques ita, ut
aliquamdiu illic bulliant et ad similitudinem pulticulae
spissentur; postea in vaccinam vessicam calida ea trans-
feres ita, ut duobus digitis liquori huic vessica maior sit;
tum spleni satis calidum medicamen adpones, ligabis fascia,
tertia die solves, mirabili gratulaberis remedio.

Guttam ammoniaci in acetum scilliticum infundes, post 18
biduum ita teres, ut in panno possit induci, quo facto
spleni adpones et fascea diligenter ligabis et uteris tam diu,
donec per se consumatur et sine balneo abstergeatur.

Ad splenis dolorem expertissimum remedium sic: Car- 19
damomi, pyrethri, sinapis, turis masculi, aphronitri aequalia
pondera de singulis speciebus contundes et coques in aceto
scillitico et in unum miscebis locumque, cui medicamen ad-
pones, frequentius detergebis et adpositum mane medicamen-
tum in horam septimam esse patieris; postea eum, cui mede-
bere, ad balineas ire praecipies atque in calida diu foveri facies.

Ad splenem remedium mirum sic: Picis durae optime 20
tritae — I et costi triti — II permiscebis et ex eo sin-
gulas potiones ex vino vetere mane ieiuno per triduum
dabis, ita ut in sinistro latere qui accipit diu iaceat.

Ad splenis dolorem remedium efficax sic: Gallas, de 21
quibus encaustum fit, quantas volueris pone super car-
bones vivos et exures non nimie, ita ut pulverem de his,
in quo sit aliquis sapor gallarum, facere possis; de quo
pulvere optime trito cocleare plenum mittes in potionem
vini vetustissimi et potetur.

Ebuli contusi sucum coclearia tria ex vini veteris cya- 22
this tribus per triduum da lienoso bibendum, ita ut ebulum
semper secum habeat qui remedium accipit nec terra ipsum
ebulum ferrumve tangat.

13 fascea, *sic h. l. Cornarius.*

23 Cornum bovis combures ex ea parte, qua capiti adhaeret, et in pulverem tenuissimum redige atque ex eo pulvere coclearia duo cum aquae calidae cyathis tribus et paululo aceti ieiuno splenitico per triduum da bibendum.

24 Cataplasma ad splenem, quod Ianuarius medicus ostendit, sic: Pyrethri — III, myrobalani — III, grani sinapis — III, cardamomi — III, urticae seminis — III, piperis — III. Haec omnia teres et cribrabis diligenter et cum aceto scillitico permiscebis, ut unum corpus facias, atque inde cataplasma in panno denso supra splenem inpones, sed prius locum ipsum, cui medicamen inpositurus es, ex nitro aqua remisso lavabis, ita ut spuma vel pinguedo nitri illic adhaereat.

25 Cataplasma ad splenem de experimento sic: Alium purgabis et ante diem in acetum acerrimum infundes mature; cum positurus eris, teres cum ipso aceto, vel de aceto sublatum, ita ut spissum sit, sicut cataplasma et tepidum supra splenem adpones et fascia conligabis et uteris usque ad horas prandii; hoc si triduo continuo usus fueris, mirum remedium experieris, sed patientia opus est adversum vim medicaminis, quod plus proderit, si postea balineis utaris et in solio calido diu fovearis.

26 Herbae cyclaminis, quae orbicularis appellatur, radix
suspensa collo, ita ut contra lienem dolentem sit alligata,
27 efficaciter medetur. Porri primitivi sectivi sucus expressus
et aceto pari mensura inmixtus absorptusque a lienoso
28 saepius prodest. Chamaepitys cum oxymelle et absinthio
paribus mensuris decocta et potui data utiliter lienosis
29 occurrit. Herba salutaris, id est spina alba, qua Christus
coronatus est, quae velut uvam habet, lienem leniter in
30 eodem loco perfricata sanabit. Equi lingua arefacta et ad
levitatem trita atque ex vino potui data protinus utilitatem
suam sedato lienis dolore manifestat.

31 Stercus mulinum cum oxymelle lienosis potui datum
32 dolores efficaciter tollit. Hircinus splen calidus, id est statim

14 allium *Cornarius.*

ubi de pecude sublatus fuerit, super lienem hominis in-
positus et alligatus mire dolorem intra paucos dies auferet,
si postea ad fumum suspendatur, ut illic arescat. Haedinus 33
vero lien similiter ut hircinus super splenem infantis ad-
positus et tumores et dolorem eius emendabit.

A lanio lienem vituli quanti voluerit emes eumque 34
medium exsecabis servatis integris eius lateribus, ut undique contineatur, atque eum, qui dolet splenem, in balineum duces et per mediam scissuram illius lienis a capite corpus eius omne summittes, ita ut usque ad pedes lien decidat; postmodum ipsum lienem in fumo suspendes atque arefieri facies; quo facto cum tumoribus etiam dolores lienis is, cui medeberis, sedari sentiet omnique molestia cito liberabitur.

Ebuli radicem, quam sine ferro evellas, aridam con- 35
tusam et pollinis modo cribratam repones, inde cocliaria tria ex vini cyathis tribus in limine stans contra orientem per triduum bibito ieiunus, sed omnino observa, ne ebulum ferro contingatur aut ne ipse, dum remedium accipis, ferrum tecum habeas.

Ebuli bacas permaturas exprime atque ex eo suco 36
viro tria cocliaria ad diem da bibenda, mulieri duo, quo sumpto deiciet per ventrem instar sanguinis; tum interiecto triduo rursum dabis et per haec intervalla repetes dando potionem, donec persanes; si propter amaritudinem solum sucum haurire non potuerit, tantundem vini aut oxymelis augebis.

Aceti scillitici cyathum unum, mellis Attici ℈ III, 37
vettonicae tunsae cribratae ℈ III in unum miscebis et adicies aquam calidam et dabis ieiuno per triduum splenitico potionem.

Lotium eius, qui splenem dolet, quotiens urinam fe- 38
cerit, collige et cinerem de foco cribratum in unum subige

10 ad pedes] *ab his vocabulis codex rursus incipit.* 18 aebulum: ebulus *Cornarius.* 21 aebuli. 27 oximelis. 28 scilliti. 29 vetonicae. 32 urinae. 33 cenerem de f. cribratam (*sic*), *sed* inductum.

et panno inductum super splenem inponito et una hora calidum habere permitte, maximo eum periculo liberabis, si saepius id feceris.

39 Alei purgati capita tria, adipis porcinae nimium vetustatae P. unum simul conteres et panno induces et supra dolorem lienis inpones et fascia conligabis.

40 Conii, id est cicutae, radicis P. unum, adipis vetustatae hircinae P. unum, alei purgati P. unum, olei cedrini P. unum simul teres et genus malagmatis facies et supra splenem alligabis nec ante quartum diem solves; certissimam scies hanc esse medicinam.

41 Optimum spleni remedium tale est: Gentianae tunsae cocliarium dimidium, fellis terrae tunsae cocliaria tria, feniculi tunsi cocliare unum et dimidium bibes ex picato mero vel nigro austero tepefacto, ita ut diligenter supra scriptae species cribratae in pollinem redigantur et sic permisceantur.

42 Rubiam herbam, qua infectores utuntur, tunsam ex picato vel austero vel nigro vino aut ex posca dabis bibendam ieiuno splenitico amplitudine nucis avellanae, confestim proderit.

43 Laudabile spleniticis remedium sic: Hieram botanen, quae verbena appellatur, contunde cum axungia vetere et inductam in panno albo mundo inpone splenitico; dolore sedato videbis sanguineum locum, in quo dolor fuerit.

44 Solea piscis spleni inponitur vel torpedo vel rombus,
sed inpositus rursum vivus in mare mittatur, mire prod-
45 est. Qui cottidie ieiunus serum caprunum, sed earum ca-
pellarum, quae hedera pascuntur, biberit, splene consumpto
46 erit. Sarmentorum cinis aceti cyathis duobus aspersus rec-
47 tissime lienoso ieiuno ex aqua tepida datur bibendus. Caninus splen recens supra splenem hominis inponitur dicente eo, qui adponit, remedium se spleni facere, postea splen

2 periculum. 4 purcinae. vetustate. 18 robiam. 28 serum caprunum] ervum *Plin.*, *at cf. Plin. n. h.* 28, 130. 31 a lienoso. da bibendum. caninus] pecudis *Plin.*

intra parietem dormitorii cubiculi tectorio, id est capsella,
inclusus reponitur et desuper ter novies signatur. Splen 48
viventi catulo exemptus ciboque, sed coctus splenitico datus
ignoranti liberat eum quamvis graviter laborantem. Sedant
lienis dolorem radices violae luteae, si ex aceto spleni
vice emplastri adponantur.

Tamaricis radicem vel folia trita ex aceto bibat qui 49
de splene laborat, cuius usum si experiri volueris, da
porco edendam per dies novem; cum eum occides, sine
splene invenies.

Lacerta viridis viva in ostio splenitici ante cubiculum 50
eius suspenditur ita, ut procedens et rediens eam sem-
per manu sinistra et capite contingat; quo facto mire
ad sanitatem proficiet. Herbam urceolarem in aqua de- 51
coctam da lienoso cum oleo et liquamine manducandam,
mire subvenies.

Sisymbrium, absinthium, nepetam, marrubium aequali 52
mensura aceto macerata terito et melle mixta, sed cum
polenta hordei modica inpone lieni emplastri modo, po-
tenter medebere. Hederae folia tenera tundes sucumque 53
eius cum vino austero lienoso ieiuno per triduum potui
dabis. Filicis radicem tunsam inpones lieni cum axungia 54
vetere eamque radicem mundatam ex aqua ad tertias de-
coques ita, ut quod de sextario decoctum superfuerit
per triduum cum oxymeli aut mero austero ieiuno lienoso
potui detur; summum remedium cito experieris.

Ad splenis dolorem remedium egregium sic: Quin- 55
que capita alei diligenter in grana purgati per dies septem
lienoso manducanda dabis, ita ut primo die grana XXXI
comedat ieiunus, secundo die grana XXV, tertio XVIII,
quarto XV, quinto XI, sexto VIIII, septimo VII; bibat
autem conditum satis piperatum; quo facto omne malum
per ventrem digeret; sed et porros comedat ante diem

1 id est capsella *om. Plin.; delenda haec verba videntur.*
5 *ante* lienis *add.* a. 11 in ostio] in olla *Plin.* cubilum.
14 aquam. 17 sisimbrium. 26 experieris *scripsi:* experierit. 33 digerit.

quam alium manducet infusos in aqua, quos incoctos vel
tres aut eo amplius, quod tamen non sit nimium, sine
pane manducare debet.
56 Nitri albi matronalis pilulas quinque vel septem in
aceto acerrimo solves, ex quo singulos cyathos per tri-
57 duum lienoso ieiuno bibendos dabis. Herba vettonica ex
vino decocta et potui lienosis data plurimum prodest.
58 Si quis de splene asini arefacto cottidie ieiunus pau-
sillum manducet, ita potenter sanabitur, ut intra triduum
59 utilitas remedii huius appareat. Herba hippuris contrita
et cum vino austero aut cum oxymeli potui data poten-
60 tissime lienosis succurrit. Hederae silvaticae nigrae folia
contrita et ex vino potui data lienosis maximo auxilio erunt,
ita ut primo die tria, deinde quinque, tertio septem, quarto
novem, quinto undecim, sexto tredecim, septimo quindecim,
octavo XVII, nono XVIIII, decimo XXI dentur.
61 Utilissimum lienosis hoc remedium est: Caprae lacta-
res abstinentur a cibo per triduum, tertio die hedera
tantummodo saturantur et mulguntur, antequam bibant;
si ex eo lacte sextarios tres per triduum calidos sta-
tim, quomodo mulsi fuerint, ieiunus lienosus acceperit
ita, ut nullos alios cibos illo triduo manducet, potenter
sanabitur.
62 Irenacei lien assus in cibo sumptus lienosum effica-
63 citer curare fertur. Vulpeculae etiam iecur aridum tritum
64 cum oxymeli datum lienosis mire medetur. Coclearum
combustarum cinis cum lini semine atque urticae semine
tritus adiecto melle, quod satis videbitur, adsidue a ieiuno
65 lienoso acceptus intra paucos dies eum sanabit. Lienosus
oxyfera adsidue bibere debet et dum curatur, in ventrem
66 debet iacere. Ruta cum adipe anserino vel gallinaceo con-
67 trita panno inducta et lieni inposita sedat dolorem. Ster-
cus aprunum siccum contritum ex vino potui datum pulchre
non solum splenis, sed et renium dolori medetur.

11 oxymelli. 19 mulguntur (*sic*). 20 triduum] duum. 24 irenascei. 25 curare fertur] arcurre refertur. vulpiculi. 26 oximelli. 28 adlecto. 29 acceptos. 34 medatur.

68 Corticem caprificus arboris detrahes et dum recens est ad splenem vel etiam si opus fuerit ad iecur pones et ubi tumor sive durities splenis vel iecoris erit, ibi corticem diutius continebis, deinde in fumo eam suspendes; quod cum facies, rogabis, ut sicut cortex ille paulatim fumo siccatus arescit, sic splen vel iecur laborantis arescat. Haec autem res tantum valet, ut si catulis recens natis fiat, dicantur omnino non crescere.

69 Cyperi drag̃. VI, radicis quae manducatur seminis cyathum unum propensum cum aquae sextariis tribus ante diem infusis in olla nova ad tertias decoques, postea ipsam aquam potandam lienoso ieiuno per triduum dabis; mire subvenies.

70 Si quis agnum recens natum confestim manibus divellat lienemque eius, ubi extraxerit, calidum super lienem dolentis inponat ac fascia liget et dicat adsidue: Remedio lienis facio, postera die sublatum de corpore eius parieti cubiculi, in quo lienosus dormire solitus est, luto prius inlito, ut haerere possit, inponat atque ipsum lutum viginti septem signaculis signet ad singula dicens: Lieni remedium facio, hoc tale remedium si ter fecerit, in omne tempus lienosum quamvis infirmum et periclitantem sanabit.

71 Ad splenem remedium probatum sic: Capparis est herba vel leguminis genus, nam lupino similes siliquas adfert, nascitur in locis saxosis; huius radicem colliges et findes in partes duas, quarum unam siccabis ac minutatim concides et mittes in pilam ligneam atque illic diligenter tundes; deinde in ollam rudem coicies et cum aceti heminis tribus ad tertias decoques et colabis atque inde ieiuno lienoso singulas potiones mixtas bibendas per septem dies dabis observaturus, ne per illos dies umquam frigidam aut calidam aquam bibat, sed tantummodo vinum vetus mixtum meracum; partem vero dimidiam radicis illius lino ligabis et ad fumum suspendes atque illic, donec persiccetur, manere patieris.

7 catulus. 9 semen. 11 dequoques, 12 ieiunum. 17 postero *Cornarius.* 30 mixtas] mittas. observaturo *Cornarius.* 34 patiaris.

72 Catellum lactantem de canna occide et de ipsa canna
splenem eius tolle ac nescienti splenitico in carbonibus
73 coctum vel assatum manducandum dato. Ammoniaci drag.
sex ex aceto dilutas per sex dies lienoso ieiuno dabis bi-
bendas, ita ut singulis diebus singulas dragmas accipiat.
74 Aceti scillitici Africani cyathos tres et roris marini — III
conteres diligenter ac ieiuno lienoso per triduum dabis
bibendas; qua potione, si quid experto creditur, spleniti-
cum de ultimo periculo liberabis.
75 Malagma, quod et splenis et iocineris dolorem et tu-
morem potentissime curat: Crocomagmatis sextarium unum,
guttae ammoniaci libram unam, cerae libram unam, olei
rosacei — III. Ammoniacum cum crocomagmate ex aceto
teres, ita ut colari possit, atque illic triduo esse permittes,
donec mellis spissitudinem habeat; postea cera liquefacta
et rosaceum oleum, sed cum sua rosa tritum adicietur
et simul universa diligentius conterentur atque inductum
in panno medicamen spleni vel iecori adponetur.
76 Picis durae sextarium, sulfuris vivi — I simul ad
ignem remitte et permisce atque in charta virgine induc-
tum spleni adpone; non prius emplastrum ab eo recedet
quam penitus persanetur.
77 Ad splenem remedium singulare, quod de experimentis
probatis Gamalielus patriarcha proxime ostendit, sic: Lapi-
dis Assi unciam unam semis, visci quercini uncias sex, calcis
vivae uncias tres, olei cedrini unciam unam. Haec a luna
sexta decima confici et coqui debent; omnifariam tamen
post quintam decimam lunam debet hoc medicamen parari
et tam diu coqui, donec habeat speciem malagmatis; deinde
manibus subigi et induci in pellem alutaciam atque inde
tepens loco splenis adponi fasciaque ligari, ut illic iugiter
maneat diebus ac noctibus quattuordecim, per quos dies
abstinendum balneis et frigidis et venere et pomis omnibus
et holeribus et dulcibus universis; tamen tempore hiemis

6 scilliti. 12 ammoni. 14 colorari *Cornarius.* per-
mittas. 18 iecuri. 24 gamelielus. 25 querquini.

hoc medicamen adhibetur propter molestiam sudoris, ne
umigatum infirmius fiat; ipso tamen die, quo confectum
fuerit, statim debet adponi, quo efficacius profit.
Ad splenem remedium efficax: Die Iovis liduna sini- 78
strum pedem nudum in caprofico ponet, qui dolores splenis
patietur, et corticem, quantum pes eius presserit, incidet
eamque tribus horis de fascia ad splenem positam con-
stringet, sublatam inde fumario suspendet neque umquam
aut ipse removebit aut permittet ab aliquo tolli.
Ad splenem remedium subitum atque subtile: Tres 79
caricas in aceto optimo vespere infunde et mane ieiunus
eas accipe et hoc per triduum facito; post hoc ferri ex
causa ad hoc facti massulam ter ardentem extingue ex po-
tione absinthiati et bibe atque hoc per triduum facito. Ad 80
splenis dolorem cuminum, quantum tribus digitis possis con-
prehendere, cum vino tritum ieiuno laboranti dabis bibendum.

## CAP. XXIIII.

### Pleuriticis et laterum doloribus remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

Malagma ad lateris et pectoris dolorem et quidquid 1
molestum ex perfrictione colligitur; bene enim calfacit et
ideo ad omnem dolorem prodest, conficitur sic: Samsuci
contusi semunciam, iris contusae idem, cyperi contusi idem,
resinae terebinthinae P. S, cerae P. I, olei cyprini P. S,
vini Aminei ₰ I. In hoc quae arida sunt contusa mace-
rantur uno die et nocte cum oleo; cera et resina lique-
fiunt ad ignem, deinde superfunduntur vino et pigmentis
maceratis [et] miscentur ac manibus diu subiguntur. Hoc
post dies XXX efficacius prodest; initio enim umidum valde
est et vix inlitum manet.
Malagma ad contusionem lateris, idem facit et ad su- 2
spectas vomicas aut iam factas aperit, praeterea ⟨ad⟩

5 pone et. 7 oris. 9 permittit. 12 tridium. 13 masso-
lam. 16 laborantibus. 18 collegitur. 21 terebintinae. 22 am-
minei. 25 et *inclusi.* 26 humidum. 29 ad *addidi e Scribon.*

iocineris et praecordiorum duritiam et ad dolorem eorum
vere convenit; proderit etiam omni loco dolenti inposi-
tum, conficitur sic: Cyperi, ammoniacae guttae, cardamomi,
bidellae, turis, resinae terebinthinae, singulorum uncias
binas; tus et bidella macerantur pridie infusa vini veteris
sextario, cetera contunduntur; deinde cerae P. I et olei
cyprini ℥ I cum terebinthina liquefiunt ceterisque miscen-
tur et diu manibus subiguntur; quidam adiciunt myrrae
— I, croci — I, cinnami — I.

3 Conpositio haec mirifica non solum lateris, verum in-
teraneorum dolores minuit: Herbae gentianae drag̃. XX,
iris Illyricae drag̃. XLV, myrrae drag̃. X, piperis drag̃. XII.
Separatim omnia in pulverem redacta misceto atque adice
his mellis optimi despumati quod satis videbitur et ad
magnitudinem nucis avellanae cum aquae calidae cyathis
tribus potui dato.

4 Herba, quae iris appellatur, maxime si silvestris erit,
5 inligata lateri dolorem eius protinus tollit. Herbae verbenae
solistitio collectae arefactae et contusae pulvis in cocliaribus
quinque robusto et valido ex vini Aminei veteris cyathis
tribus, febricitanti ex aqua calida potui datus mire dolori
6 lateris medetur. Herbae gentianae et sagapeni drag̃. sin-
gulae contritae et cum aquae calidae cyathis tribus potui
datae dolorem lateris sedant, si in latus, quod dolet, post
curationem infirmus diu iacuerit.

7 In lapide iaspide Phrygia aerizusa si nota infra scripta
insculpta fuerit, id est ·555· et collo dolentis latus fuerit su-
8 spensus, mire proderit. Herbae vettonicae foliorum in umbra
arefactae tunsae cribrataeque ♀ II ex vini aut mulsi cyathis
duobus potui sano, febriculento ex aqua mulsa dantur, con-
9 festim dolorem lateris emendant. Apri stercus aridum con-
tritum et potioni inspersum dolores lateris sanat mira potentia.

10 Cocleae exemptae testa sua et cum ptisana coctae late-
ris doloribus medentur, melius, si umorem ptisanae ipsius

4 terebintinae, *item* 7. 12 mirrae. 20 Aminei] comminei. 21 febricitante. 26 frigio erizisa.

sorbendum dederis; ipsas quoque cocleas contusas velut
malagma supra dolentem locum lateris inponi satis utile
est. Verbasci radicem et rutae coliculum et albi piperis 11
grana VIIII in unum contrita ex aquae calidae cyathis duo-
bus potui dabis ei, qui lateris dolore vexabitur.

Marrubium ex aqua tritum salubriter bibitur adver- 12
sum lateris dolorem, coriandri quoque semen tundes vel
teres et cribrabis et cum melle coques, donec spissum sit;
inde mane et sero cocliaria terna dabis pleuritico bibenda.
Sulpur vivum et picem cedriam pari pondere simul per- 13
miscebis et pro malagmate dolori lateris adpones.

## CAP. XXV.

### Lumborum et coxarum doloribus et torpori sive sciaticis remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

Ad lumborum dolorem curatio optima haec: Cucur- 1
bitae silvestris floccorum aut seminis X IIII, pyrethri III,
myrrae X II in pulverem rediges, ex quo fiunt pastilli ad
mensuram denariorum binorum vel singulorum; dantur ex
passi cyathis tribus mixtis aquae pluvialis cyathis sex; sed
his, quibus hoc remedium dandum est, alvus acri clysmo
mane detrahenda est.

Ad lumborum dolorem et paralyticos antidotos hiera 2
medici Pacci Antiochi, quae melius omni medicamento facit;
sed et ad paralysim mirifice hoc acopum facit, quo oportet
infirmum in sole diu fricari aut foco flamma praecalefacto,
recipit haec: Olei Sabini X sex, cucumeris silvatici radicis
recentis X XV. Haec radix in magnitudine iuglandis nucis
concisa vaso fictili novo ex oleo coquitur, donec sucum
omnem remittat et quasi arida sit; post hoc radix abici-
tur et per linteum aut colum transmisso oleo adicitur, dum

6 marribium. 10 cedriam] ebriam
*tit.* sceaticis.
20 Pacci] acci. 21 fecit. 22 flammaque calefacto.
27 transmissum.

calet, cerae Ponticae in frustra redactae P. I, olei irini P. I, olei cyprini P. I, olei laurini P. I, olei veteris P. II, piperis albi contusi et per tenuissimum cribrum transmissi X II, pyrethri contusi et per idem cribrum traiecti X I. Haec in unum miscentur, reponitur medicamentum vaso fictili. Facit praeter remedium lumborum et ad omnem dolorem corporis et nervorum, muliebria quoque loca durissima mollit; cum diu aliis medicamentis nihil profectum est, hoc prodest.

3 Malagma, quod proprie facit ad lumborum dolorem: Picis liquidae S II, olei veteris S I, resinae terebinthinae P. I, cerae P. II, mannae P. bessis, afronitri P. triens. Coquitur pix cum oleo, donec spissa fiat; post hoc adicitur resina, deinde cera et secundum hanc ex intervallo manna. Ubi emplastri habebit figuram medicamentum, tolletur ab igne et cum tepescere coeperit, afronitrum aspergetur sensim, ne superfundatur quod in caccabo est.

4 Malagma ad omnem dolorem veterem ex qualibet causa factum, praecipue ad lumborum dolorem, sic: Bidellae X II, storacis X V, oesypi X II, ammoniaci X V, piperis albi X II, turis X V, bacarum lauri P. I, terebinthinae X VI, opopanacis X II, adipis taurini X VI, medullae cervinae X V, propolis P. S, olei veteris P. I, cerae P. II, turis pollinis P. I. Oleum, cera, resina, propolis liquefiunt; deinde turis pollinis pondus superius dictum adicitur et cetera minutatim vel in unum contusa, postea decoquuntur simul omnia; opopanacem sane oleo dilui prius oportet.

5 Medicamentum, quod facit ad omnes membrorum dolores, quod anodynon appellatur. Facit autem praecipue ad lumborum dolores, conficitur sic: Myrrae X VIII, croci X VII, opopanacis itidem, storacis X II, alterci seminis X V, opii X VI, mandragorae radicis vel etiam corticis X I, piperis albi X I. Consparguntur trita et cribrata haec omnia ex aqua pluviali, fiunt pastilli victoriati tertiae partis, dantur ieiuno ex aquae cyatho uno et ex passi cyatho uno.

1 frusta *Scribon.* 3 criblum. 10 terebintinae, *item* 20. 11 trians. 19 storachis. hysopi. 26 oleum. 30 storachis. 31 opii] sori.

Malagma ad coxae dolorem: Masticis Chiae P. S, abro- 6
toni suci ℥ S, turis P. S, salis ammoniaci P. S, aristo-
lociae rotundae P. II, aristolociae digitalis P. II, spumae
argenti P. I, propoleos P. I, cotis Creticae P. I S, resinae
pituinae P. I S, olei veteris P. III, olei laurini P. III, gal-
bani P. I, lepidae Cypriae P. S, cerae P. I S, sinapis Alexan-
drini ℥ III, aceti ℥ III. Omnia haec tunsa quae tundenda
sunt et remissa quae liquefacienda sunt simul excoquun-
tur et postea tam diu manibus subiguntur, donec densum
malagma fiat.

Sciaticis cocleae crudae tritae in vino Amineo ex pi- 7
pere potae mire prosunt. Pellem lupi aluminatam per dies 8
sex lumbis dolentibus inpone, statim subvenies.

Lumborum et vessicae cruciatibus laboranti prodest in 9
balineis loco calido, dum illic est, urinam egerere. Lana 10
sucida, nitro, sulpure, oleo, aceto, pice liquida, ferventibus
his, tincta et quam calidissime sustinere possit bis in die
adposita prodest lumborum dolori.

Remedium mirum adversum nesciam vel arthrisim: 11
Herba est vel frutectum, quod maxime circa sepes vinearum nascitur, Latine cytisus dicitur; virgultis est subtortis vel curvis, foliis oblongis, bene virentibus, floribus conclusis oblongis albis vel etiam galbineis bene olentibus, id est mellito odore. Frutectum ipsum semper virens aestate atque hieme colligitur die Iovis luna vetere liduna ante prandium et datur ei, cui remedio futura est, ieiuno ante prandium trita, ita ut non sucus tantum eius, sed et folia, quomodo trita fuerint, vel flores eius, si fuerint, sic dentur ex meri vini veteris sive etiam novelli quartario grandi. Sed qui accipiet stans accipiat et contra orientem bibat et cum a dextra parte potionem acceperit, ad sinistram retro ut non respiciat reddat calicem ei, qui dederit potionem; hoc per triduum faciet. Sed qui daturus erit potionem, una hora vel uno die lectam herbam simul con-

1 rutundae. 5 potuinae. 12 prodest. 15 loco] olio 1*m* oleo 2*m*. 19 ardisim. 25 collegitur. 26 remedium.

temperare debet, unde sint tres potiones, ita ut a nullo alio quam ab eo, qui daturus est, herba illa vel potio et ab eo, qui accepturus est, tangatur. Haec qui bene observaverit, mirum remedium inveniet.

12 Ad coxae subitum stuporem vel dolorem: Afronitri — I, senapis — I, piperis semunciam teres et trita miscebis, ut pulverem facias, et in balneo locum, de quo quereris, perfricabis.

13 Remedium ad nesciam sic: Colliges herbam, quae dicitur Britannice, die Iovis vetere luna et liduna, siccabis et repones, quia hieme non apparet, nam et viridis prodest; teres hanc cum tribus granis salis et cum piperis granis quinque aut septem, addes et plenum grande cocleare mellis et vini potionem bonam et si volueris modicum calidae aquae adicies et sic bibendum dabis; sed hanc herbam ter, dum tenes, antequam colligas, praecantare debes sic: Terram teneo, herbam lego, in nomine Christi, prosit ad quod te colligo. Medicinalibus digitis eam sine ferro praecides aut evelles.

14 Ad nesciam de experimento remedium sic: Radix bugillonis sine ferro colligitur vel eruitur palo acuto; haec tunditur in pila vel teritur in mortario et sucus eius exprimitur, ita ut in suco eo sit vel quartarius; deinde grana piperis XXV teruntur et mellis libra adicitur ac vini veteris sextarius. Haec omnia cum suco supra scripto ad modum conditi permiscentur et laboranti in balneo, cum iam prope lassus fuerit, per triduum potanda in caldaria tribus potionibus dantur, mire proderit.

15 Descriptio ceroti chalastici, quod facit ad omnes totius corporis dolores, praecipue ad contusiones membrorum et nervorum infirmitates et ad stomachi dolorem. Insigne est certe inprimis ad lumborum et renium dolores; conficitur vetere luna et liduna a mense Martio in quodlibet tempus aestivum, recipit haec: Flomi libram, herbae Sabinae

6 saenapis. peperis. 7 quaereri. 10 brittannicae. 21 collegitur. 32 renium] remedium.

P. I, barbae Iovis P. I, bacae lauri P. I. Has species tunsas coques in olei secundarii boni libris quattuor, postea colatis omnibus mittes in oleum ipsum rutae siccae — VI, pulei sicci — III, symphoniacae sucum — VI, hastulae regiae sucum — VI, verbenae sucum — VI, ibisci sucum — VIII, faenograeci sucum — VIII, lini seminis triti — VIII, malvae erraticae sucum — VIII. Haec omnia miscebis cum superioribus sucis et decoques ad tertias, ita ut mittas caricas ficus IIII, quae tam diu coquant, donec nigrescant; postea addes axungiae veteris P. II, sevi cervini P. I, butyri loti P. I, medullae cervinae P. I, sevi bubuli P. I, cerae — VI, resinae frictae — VI. Haec cum ceteris herbis remittes et cum his, quae supra scripta sunt, omnibus permiscebis et repones in vasis fictilibus aut in ligneis aut corneis et cum volueris tepefacto uteris contra omnes dolores, ut supra scriptum est.

Sciaticis et lumborum doloribus porri sectivi triti sucus 16
expressus cum vini hemina ieiuno potui datus efficaciter medetur; aeque prodest et apii sucus similiter datus. Herba 17
chamaedrys contusa et cum melle potui per triduum data
confestim medetur lumborum et coxarum dolori; herba
quoque senecio in cibo sumpta coxarum et lumborum dolores certissime sanat. Adipe ursina dolentes coxas per- 18
frica, continuo sanabis. Qui testiculum leporinum coctum 19
ieiunus comederit, cito coxarum dolore relevabitur. Radices 20
ex integro tritae cum pane remollito miscentur atque inde cataplasma factum coxarum vel lumborum, etiam renium dolori inponitur, statim prodest.

Incredibile et unicum remedium sciaticis et arthri- 21
ticis hoc est, quo et ipse Ausonius medicus sanatus est et multos ita iacentes, ut movere se sine cruciatu nequirent, intra quinque dies stare, ambulare autem intra septem dies fecit; conficitur sic: Fimum ibicum luna septima decima colliges, quamquam et alia luna vetere collectum

1 barba. 4 hastulae] asclae. 9 coquantur *Cornarius.* nigriscant *1m* nigrescant *2m.* 20 chamedris. 22 senicio. 29 sceaticis. 30 quo] quod. 34 colleges.

simili efficacia prosit, dummodo medicamen septima decima luna componatur; ex eo ergo fimo quantum unius manus pugno pleno potueris comprehendere, dummodo inpar sit numerus pilularum, in mortarium mittes atque adicies piperis grana XXV diligentissime trita, tunc addes mellis optimi heminam et vini veterrimi optimi S II et contritis prius pilulis universa miscebis et repones in vasculo vitreo, ut cum fuerit opus paratum habeas medicamentum ad subveniendum; sed ut maior sit medicaminis efficacia, luna septima decima illud facere debebis et cum daturus fueris remedium, a die Iovis incipe et per dies septem continuos dato, ita ut qui remediandus est stans in scabello contra orientem bibat. Quae potio, si ita, ut scriptum est, data et observata fuerit, etiam si omnibus articulis et coxa infirmus contractusque fuerit et inmobilis ac desperatus iacuerit, necesse est, ut septima die ambulet.

22 Sciatico remedium efficacissimum sic: Castorei semunciam, pyrethri, nitri, euforbi, adarces uncias singulas, olei cyprini libram; quae tundenda erunt siccata tundes et cribrabis et sic oleo cyprino miscebis et decoques atque eo medicamine sic uteris, ut sciaticum iacentem in sole diutissime perfrices in coxa, quam dolet, deinde ad balneum ducas et cum sudaverit, diutissime conpellas in tosta caldaria commorari.

23 Ad coxarum et lumborum dolores herba chamaepi-
24 tys contrita ex vino potui data plurimum prodest. Cucurbitae semine contrito in ficulneo vasculo adiecto oleo et aceto coxae et lumbi perfricati potenter sanantur, sicut experimenta docuerunt.

25 Serpulli aridi contusi et in pulverem redacti scripulos tres adiecto modico melle permisce et ex eo tres globulos aequali pondere facito atque ex his singulos cum mulsi cyathis tepefactis binis ieiuno per triduum dato, incredibiliter lumborum dolori medebere; quod si illo triduo non penitus qui laborat fuerit absolutus, iterum per aliud triduum dabis.

18 pirethri. nicri. 30 scripolos. 31 globolos.

Radix asparagi trita et ex vino potui data lumborum 26
et coxarum dolori mire medetur. Nuclei amygdalarum triti 27
ex aceto poti lumbis medentur. Nasturcium cum farina 28
permixtum et ex aceto calido lumbis medetur, si inpositum fuerit. Gladioli radix contusa cum sulpure vivo et 29
adipe ursina lumbis inposita plurimum prodest.

Remedium coxendicis mirum de experimento sic: Mu- 30
scerdae novem tritae ex vini quartario super scabillum vel sellam laboranti potui dantur, ita ut pede uno quem dolet stans ad orientem versus potionem bibat et cum biberit, saltu desiliat et ter uno pede saliat atque hoc per triduum faciat, confestim remedio gratulabitur.

Malagma sciaticis mirum sic: Storacis — II, picis 31
P. II, cerae P. I, guttae ammoniacae — VI, resinae terebinthinae — VI, galbani — II, mannae turis — II. Omnia quae tundenda sunt in pulverem rediges et admiscebis his, quae igni remittenda sunt, et desuper aceti quantum sufficiat medicamento, dum excoquitur, mittes, et cum opus fuerit, calido uteris.

Ad nesciam remedium dictatum a Iusto medico sic: 32
Herbam argimoniam et herbam verbenam et lapathium et bugillonis radicem aequis portionibus vel ponderibus mittes in pilam et tundes et cum tunsae bene fuerint, addes vini candidi S III et manibus agitabis cum ipso vino diutissime, postea omnia mittes in linteum spissum et expressa colabis atque his, quae colata fuerint, desuper addes vini aliquantulum et piperis grana triginta trita; postmodum ex hoc medicamine quartarium calefactum ieiuno laboranti in balneo, dum in solio est, per triduum dabis bibendum.

Ad nesciam physicum remedium: Testudinis aquaticae 33
crus praecide et phoenicio involutum ex ea parte, qua quis nesciam patitur, adpone, potenter remediabitur.

Git quantum tribus digitis tolli potest sumptum tri- 34
tumque et passi cyathis duobus aspersum adiectis aquae

2 amigdalarum. 3 aceti. 4 medentur. 7 muscardae. 12 remedium. 13 sceaticis. storachis. 21 lapacium. 30 phynicio. 34 adiectae.

calidae cyathis totidem epotum maxime prodest lumborum
35 dolori. Fel terrae tritum ex vetustissimo vino bibere dabis
ieiuno supra limen stanti uno pede, qui coxam dolebit,
sed non in vitro hanc potionem bibat.

36 Praesens remedium ad coxae dolorem sic: Artemi-
siam aridam tundes, cribrabis et ex vino dabis bibere
37 ieiuno, continuo emendabitur vitium. Herbae pteridis, id
est filiculae, quae ratis Gallice dicitur quaeque in fago
saepe nascitur, radices tunsae in potione ieiuno dantur
cum vino coxarum doloribus laboranti.

38 Hederam et herbam Sabinam aequis portionibus tritam
ex vino austero ad modum avellanae dari sciatico ieiuno
oportet per triduum, eadem potio etiam aliud malum coxen-
39 dicis purgat. Trixago herba fervefacta cum aqua ac tri-
40 duo potui data sciaticum mirifice sanat. Corcodillus ter-
renus praecisis summis partibus egestisque interaneis ex
iure coctus cibatui datus magnum sciaticis praestat auxi-
41 lium. Fimus aprunus vino remissus tepefactus colatusque
et duorum cyathorum mensura potui datus sciaticis salu-
42 berrime medetur. Rubiam, qua pelles inficiuntur, cottidie
43 bibere sciaticis utile est et in balneo ferventi lavari. Geni-
stae rami plurimis diebus in aceto macerantur, deinde tun-
duntur et exprimuntur, ex eo suco cyathus unus ad diem
sciatico, quousque sanetur, offertur.

44 Fimum bubulum ferventem, quem in cinere ardenti
calefeceris, coxarum dolori inponito, plurimum prodest.

45 Vermis terrenus exfoditur et in ligneo cauco ponitur,
si fieri potest fisso et ferro alligato, tunc aqua perfunditur
rursusque eodem loco, unde prolatus est, defoditur; aqua
vero, in qua dilutus est, in eodem poculo bibitur a scia-
tico ob insigne remedium.

46 Ad nesciam remedium sic: Herba pentafyllos foliis
fragorum simillima Iovis die collecta et cum vino trita

3 qui] quo 4 bibat] dabat. 5 artemesiam. 7 hepte-ridis. 8 filiciculae. 13 oportit. 19 cyatorum mensuram. 20 robiam. 24 sceatico. 25 cinerem ardente. 30 vero in qua *om.* in *om.* sceatico.

in balineo in solio data potui hac valetudine laborantes cito remediabit.

Ad nesciam remedium sic: Cera rubea et stercus canis, quod est album; hoc sicc tum in sole et in modum farinae cribratum cum fuerit contusum, lento igni cerae remissae admiscetur per partes et olei parum, tantum ut mollius idem efficiatur medicamen; sed antea tamen colocynthide et centaurio curetur cui medendum est, ut, si non profecerit, curationem iterum adhibeas. 47

## CAP. XXVI.

### Renium et vesicae doloribus et causis universis et calculo et dysuriae, id est urinae difficultatibus, et stranguriae necnon et submeiulis remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

Ad renium tumorem aut exulcerationem. Etiam si sanguinulentam urinam quis faciat, hoc remedio sanabitur: Rosae aridae foliorum, papaveris nigri seminis, nucleorum pineorum paria pondera contunduntur seorsum et in unum miscentur; inde datur quantum nux iuglandis ex passi cyathis duobus et aquae cyathis tribus. 1

Alia ad renium dolorem potio, quae etiam quasi harenam sablosam interdum detrahit, accipit haec: Apii seminis, petrosilini, anisi, singulorum X senos denos, dauci seminis X IIII, schoeni denarios VI, croci X XXII, mellis quantum satis videbitur. Hinc datur quantum lupinus ex mellis ligulis duabus et aquae cyathis IIII. 2

Ad renium tumorem et dolorem remedium efficax, quod facit et ad iocineris et lienis tumorem et ad hydropicos et ad eos, qui mali coloris propter haec vitia sunt. Accipit haec: Croci X X, nardi Indici X II, costi X II, schoeni X I, cinnami X I, myrrae stactae X I, mellis optimi 3

1 valitudine. 4 hoc *om.* 5 et lento. cera remissa. 6 *post* partes *add.* farina canis. quantum ut mollior. 14 iuglandis] *sic Scribon. quoque.* 18 anisi] sansi. 19 scoeni. 21 duabus *om.* 23 ad *ante* iocineris *om.* ydropicos. 26 scoeni. mirrae.

𐆖 XXV. Datur quantum fabae magnitudo est Aegyptiacae ex mulsi cyatho mixto cum aquae cyathis duobus, sed febricitantibus ex aquae mulsae cyathis tribus dari debet.

4 Ad tumorem et dolorem et exulcerationem vessicae bene facit aqua pota, in qua ferrum candens demissum est. Hoc tractum est ab aquis calidis, quae sunt in Tuscia ferratae, quae mirifice remediant vessicae vitia, unde appellantur vessicariae, qui locus quondam fuit Milonis Brocchi praetoris, hominis optimi, ad quinquagensimum ab urbe lapidem.

5 Ad tumorem et dolorem vessicae et ad eos, qui difficulter urinam reddunt, sic: Alterci seminis, malvae seminis, cucumeris edulis seminis purgati, singulorum 𐆖 senos, amygdalorum dulcium purgatorum, nucleorum pineorum purgatorum, singulorum 𐆖 ternos, opi 𐆖 I, croci 𐆖 V. Passo contusa haec omnia consparguntur, datur hoc medicamentum ad mensuram denarii unius ex passi cyathis duobus et aquae tepidae totidem.

6 Ad vessicam exulceratam remedium bonum sic: Nucleorum pineorum purgatorum 𐆖 I, cucumeris edulis seminis purgati cyathum, anesi cyathum, papaveris nigri 𐆖 II, croci 𐆖 II, palmas cariotas XXX. Has macerari oportet passi S duobus atque conteri, deinde his adici cetera; ex eo dari nucis iuglandis magnitudinem ex passi cyathis tribus.

7 Ad sanguinem per urinam cum dolore reddentes: Aluminis fissi 𐆖 I, tragacanthi 𐆖 I. Tragacanthum pridie aqua maceratum alumini trito admisceri oportet, deinde fieri pastillos ad denarii semissem vel tertia detracta; datur ex passi cyathis tribus.

8 Ad calculosos optimum remedium est scolopendros, quam nos saxifragam appellamus, huius contusae denarius unus ex aquae cyathis tribus per dies XXX datur. Eodem modo data hierobotane prodest, quam nos verbenacam dicimus.

5 dimissum, *correxi.* 8 condam. 21 cyathus, *bis.* 22 palmas et cariotas. oportit. 24 magnitudine. 28 alumine. 29 pastellus. 34 verbenacam] vettonicam.

Multos cum admiratione effectus audivimus narrantes 9
Casilini nasci in lapidicinis bestiolas adhaerentes saxis quasi verruculas, has datas tritas ex aquae cyathis tribus findere et per urinam extrahere lapides de vessica.

Ad calculosos remedium utile sic: Cucumeris seminis, 10
dauci, anesi, apii, petrosilini, myrrae, singulorum denarios ternos, casiae daphnitidis, cinnami, nardi, singulorum denarios singulos. Trita haec omnia aqua colliguntur, fiunt pastilli lupini magnitudine, dantur ieiuno ex aquae cyathis ternis per dies XL. Hoc medicamentum tunditur vel conponitur in pila lignea et pilo ligneo; qui contundit anulum ferreum non habeat; hanc enim superstitionem adiecit Ambrosius medicus Puteolanus, qui adfirmavit multos se hoc medicamento sanasse. Detrahere autem dixit post diem septimum fragmina quaedam lapidum quasi harenam.

Ad calculosos, lienosos, hydropicos medicamentum effi- 11
cax, quod et urinam detrahit et lapides in vessica extenuat, conficitur sic: Eryngi, pyrethri, saliuncae, saxifragae, singulorum denarios denos, polii, folii, aristolociae, singulorum X quinos, oxymyrsines, quae scopa regia vocatur, suci heminam. Haec omnia contusa et cribrata colliguntur ex aqua, fiunt pastilli singulorum denariorum, dantur lienosis ex aceto et mellis cyathis tribus, calculosis ex passo mixto, quantum manus capit, aut testa auriculae marinae. Quod medicamentum datur per dies XLV, cuius beneficio in harenam solvuntur lapides in vessica reperti; hydropicis autem ex mulsi mixti cyathis tribus dandum est.

Contra calculum et alias difficultates vessicae lapillum, 12
qui in gallinacei vessica aut in palumbi ventriculo invenitur, conteri et aspergi potioni prodest. Item membrana ventriculi eius trita, fimus quoque columbinus in faba sumptus, item glebula de nido hirundinum diluta ex aqua calida pota prodest.

2 Casilini] *suspectum hoc nomen, cuius loco Scribonius praestat* Caii Iuli. 6 denariorum, *item* 7. 18 saxifrigae. 19 denariorum. 26 harena. ydropicis. 27 est *om.* 32 idem. herundinum.

13 Ad renium dolorem confectio medicaminis sic: Resinae colofoniae — I, galbani — I, opopanacis — I, cerae — VI, sevi — VI, axungiae veteris P. I, rutae — III, bacae lauri — III, herbae Sabinae — III, olei quantum opus fuerit, seminis urticae — III. Ista omnia simul coquuntur et colantur et circa renes in pellicula alutacia adponuntur.

14 Ad urinae difficultatem murino fimo summitatem veretri vel imum ventrem inlini prodest.

15 Ad calculum expertissimum remedium sic: Asparagi radices et saxifragam, lappae radicem, apii radices, ebuli radices, alii capita tria, folia salicis, petrosilini Macedonici modicum. Haec omnia conteres et miscebis et ex passo bibenda per triduum dabis; si passum non fuerit, ex mulso vel condito bibat, sed si non febricitabit, cui medendum est.

16 Ad calculum et urinae difficultatem pastinacae, hoc
est holeris quod manducatur summitatem, id est corticem
eius, teres et vino picato permiscebis et bibendum ieiuno
17 dabis. Modicum de sucino lapide et cyperum et piper con-
tundes et coques et cocleare unum plenum ieiuno dabis,
qui urinae difficultate vel calculi dolore torquebitur.

18 Renibus medetur alum Gallicum, cuius radix trita dili-
genter et in vino decocta bibitur; interdum etiam ita de-
coquitur, ut spissum emplastri more renibus superponatur.
19 Renes leporis crudos si quis poterit gluttiat, sin minus, coctos
transmittat, ita ut dentibus eos non contingat, cito reme-
diabitur; radix quoque asparagi ex vino trita et pota prod-
20 est renium dolori. Ibisci libram unam, stercoris ovilli re-
centis P. II, axungiae veteris P. II. Haec omnia contrita
pariter miscebis et in lana sucida renibus adpones em-
plastri modo, statim proderit.

21 Ad vessicae dolorem et ad eos, qui urinam vix faciunt, remedium sic: Seminis petroselini cyathos tres, faenograeci cyathos tres; tostata haec contundes addito myrrae modico et piperis granis VIIII, vini cyathis duobus. Omnia in unum

2 colofinicae. 10 saxifricam. 11 alii *1m* allii *2m* 13 tridium. 20 urina. 21 alium, *sed cf. Plin. n. h.* 27, 41. 24 crudus. coctus.

conteres et miscebis et in balineo calido bibendam potio-
nem dabis, mirum est.

Ad urinae difficultatem et calculum lotium caprunum, 22
sed montanum tepidum potari oportet admixto vino cum
aqua ob fastidium; cyminum quoque Africanum, quod sum-
mitate trium digitorum potueris prendere, ex vino mixto
calidum bibatur.

Ad urinae difficultatem urticae quantum duabus mani- 23
bus amplecti potueris fasciculum cum vini congio decoctum
ad duos sextarios rediges et mane bibendum ieiuno per
triduum dabis.

Herbae Mercurialis ex aqua decoctae ius adiecta myrra 24
trita vessicae lumborumque doloribus subvenit, si a ieiuno
potetur adsidue.

Ad dysuriam, id est urinae difficultatem, et calculum 25
echinos tere cum aculeis suis et ex mulsa aqua frequenter
accipito; ad calculum autem rubi radices sine ferro col-
liges lotasque diligenter in olla nova coques et ex eo,
quod decoxerit, cum vino, si non febricitabit, ex aqua, si
incommodabitur, bibendum dabis.

Cancri testam diligenter teres et vino subdulci misce- 26
bis et colatam potionem dabis bibendam ei, qui calculi
molestia laborabit. Herbae milefoliae — II et eius, quae 27
herba sacra dicitur, tantundem teres et coques ex aqua
et ex melle atque ita bibendam dabis urinae difficul-
tate et calculo laboranti. Mense Novembri ante Idus eas- 28
dem semen fraxini colliges et in tepido furno siccabis,
die postera siccatum tundes et cribrabis et repones et
ex eo dabis calculoso ad diem cum vino vetere bibendam
ligulam unam.

Ad renium dolorem remedium sic: Apii seminis — I, 29
feniculi seminis — I, piperis semunciam. Ex his bene
tritum et cribratum pulverem facies et habebis paratum,
ut, cum opus fuerit, cocleare plenum in calida aqua bibat
ieiunus, qui dolore renium laborabit.

29 bibendum. 30 unam] est.

30 Ad lapides de vessica eiciendos remedium singulare: Hircum segregatum vel clausum septem diebus lauro pasces et postmodum a puero inpubi occidi facies et sanguinem eius excipies munditer, ex eo dabis laboranti in vini cyatho scripulos tres; at vero ut eius rei experimentum capias, lapillos fluviales in vessicam mittes, in qua sanguis exceptus fuerit, nam in vessica excipi debet, et signatam repone; intra dies septem solutos penitus invenies.

31 Antidotum ad renium dolorem sic: Feniculi semen recens, petrosilini, dauci Cretici, zingiberis integri, piperis nigri, porri capitati semen, folia malabathri, grana piperis albi. Omnia haec aequis ponderibus tundes et cribrabis et miscebis cum melle Attico et ex eo pilulam ad modum avellanae ex aqua calida ieiuno dabis.

32 Ad renium dolorem unguentum satis efficax sic: Castorei — I, euforbi semunciam, pulei — I S, cerae — III, satyri — III, olei amari — VI, cyperi semunciam, myrrae — I, resinae terebinthinae semunciam, piperis — I S, olei laurini — VI, opobalsami — I. Haec omnia sicca tundes et cribrabis et miscebis et decoques et liquido medicamine uteris in balneo et perunges renes, coxas et super pectinem: omnis dolor cito desinet.

33 Trochiscus ad renium dolorem et vessicae dolorem ac vulnera et ad eos, qui urinam sanguineam faciunt vel purulentam, accipit haec: Opii drag̃. III, de nucleis pineis excaldatis et purgatis drag̃. III, croci drag̃. III, amygdalae dulcis excaldatae et purgatae drag̃. III, avellanae purgatae et excaldatae drag̃. III, cucumeris seminis purgati drag̃. XII, hyoscyami albi seminis cyathos tres, apii seminis cyathos tres, feniculi seminis cyathos tres, lapathii seminis drag̃. I. Haec omnia primum separatim teres et permiscebis cum passo Cretico, tum ex eo facies trochiscos habentes drag̃. singulas et dabis bibendos singulos cum aquae mulsae calidae cyathis binis; utile est hoc medicamen, etiam si per veretrum infundatur.

1 eiciendus. 4 cyathos scripolos. 5 experimento. 7 signata reponi. 8 solutus. 10 daucini. 15 satis unguentum *inverso ordine*. castorii. 18 terebintinae. 22 desinit. 28 semen. 30 lapacii.

34 Confectio conditi nefritici, quod facit ad dolorem renium, si aliquo casu vexati fuerint, et ad vessicae purgationem et ex ea calculos vel sablones eiciendos, sic: Herbae vettonicae — I, herbae saxifragae — I, herbae, quae appellatur Graece asaron, semunciam, seminis dauci semunciam, seminis petroselini Macedonici unciam, croci — I, spicae nardi — I, piperis — II, vini candidi optimi veteris sextarios sex, mellis despumati optimi S I; quod hoc modo despumabitur, ut mittatur in ollam et accipiat vini parum de supra scripta mensura et cum coeperit bullire, spuma omnis cocliari paulatim tollatur. Herbae autem omnes in pila tunduntur, similiter et crocum, sed separatim omnia et cribello tenuissimo cernuntur necnon et piper teritur; quae omnia creta simul in mortarium mittuntur et paulatim vino adiecto diligenter teruntur. Quae cum trita fuerint, adicietur et mel et vinum totum supra scriptum et diligenter permiscebitur, postea condetur in vasculo caroenario; cum autem fuerit necessarium remedium, potionem in pisinno calice calda mixtam ieiuno dabis bibendam, ita ut accepta potione vectetur.

35 Ad calculum remedium efficax sic: Nuclei pinei grana purgata XXX, palmulas purgatas infusas XV, tragacanthi 𐆖 XVI, mali granati dulcis sucum 𐆖 VIII, croci 𐆖 II, myrrae 𐆖 II. Haec universa contusa et soluta in se miscentur et ex his qui calculo laborat mane ieiunus accipiet coclear unum, ita ut non manducet usque horas prandii tardioris.

36 Ad reniculorum dolorem remedium utilissimum sic: Cucumeris veri semen in testa pones super carbones vivos, ita ut temperate exuratur neque nimis neque parum, et ex eo 𐆖 XII et malvae seminis 𐆖 XVI et amygdalae amarae purgatae 𐆖 XXXVI. Haec separatim tunsa cum in tenuissimum pulverem redacta fuerint, simul misceto et ex eo cum hepsemae, id est sapae, cyatho cocleare unum de mane ieiuno dabis bibendum.

4 saxifregae. 5 saron. 7 canditi. 17 caroenario *scripsi:* carinario. 22 tracanthi. 26 usque ad *Cornarius* 30 amigdalae. 33 hepsemae] ipsimae.

37 Ad renium dolorem herbae vettonieae tritae pondus
denariorum duorum sano ex mulso, febrieitanti ex aqua
38 ealida bibendum dato. Chamaepitys ex vino trita atque
39 ita pota plurimum prodest renium dolori. Baearum cu-
pressi viridium eontritarum sueus colatus eum vino potui
datus mire renium dolori medetur, ita ut, si necesse fuerit,
per alios novem dies adaucto numero baearum et iterum,
si ita opus fuerit, per alios novem dies deminuto numero
detur, quousque ad unam baeam potio numerusque descen-
dat; sed interposito uno die debet esse commutatio potio-
40 nis de maiore ad minorem modum. Lanam sucidam piee
liquida inline et umbilieo inpone, statim renium dolor seda-
41 bitur. Artemisia herba est, quam Galliee bricumum appel-
lant; hanc ubi naseatur require et inventam mane ante
solis ortum sinistra manu extrahes et ex ea nudos renes
praecinges; quo faeto singulari et praesentaneo remedio
42 uteris. Pice liquida pollices tam pedum quam manuum
ab unguibus usque ad prima artieulorum initia inlines
et ehartam superpones, intra triduum ita sanabere lum-
borum dolore, ut per singulas noctes detrimenta doloris
intellegas.

43 Qui renium dolore vexabitur, in eharta rudi scribat
charaeteres infra seriptos et auro vel cupro ineludat et
44 eirea renes alliget, miro remedio utetur: καραβραωθ. Passi
Cretiei eyathos tres, laetis capruni itidem, seminis eucu-
meris grana XXXIII optime trita simul una potione qui
biberit, absolvetur renium dolore.

45 Molliginem ex vino optimo bibat qui renium dolore
vexabitur, eonfestim sanus erit; sueum quoque radicis ama-
rae eum melle mixtum bibat ieiunus vel ex vino austero,
46 statim remediabitur. Artemisiam tundes et cum adipe suilla
aut qualibet vetere subiges et panno induetam pro malag-
47 mate renibus inpone. Mulier, quae geminos peperit, renes
dolentes supercalcet, continuo sanabit.

1 dolore, *item* 4. 6 si *om.* 7 adlecto *pro* adaucto.
12 umbiculo. 13 artimisiam. 23 scriptus.

Remedium unicum et quod citissime renium dolores 48
cum admiratione persanat sic: Bitumen super carbones
vivos pones et sago grandi ad modum caveae eos operies
atque illic interius nudum, qui renium dolore vexabitur,
supra ipsos carbones sedere praecipies, ut fumus ille cor-
pus eius omne circumeat. Hoc, si necesse fuerit, et ter
facies, ut penitus sanetur.

Radix asparagi trita et cum vino pota renium dolo- 49
rem optime tollit. Ocimi sucus in mali granati cortice 50
potus plurimum renibus prodest. Fel irenacei cum vesper- 51
tilionis cerebro et canino lacte renibus inpositum mirum
prodest. Adeps anserinus cum eiusdem cerebro et butyro 52
et alumine et oesypo inpositus ad ceroti modum efficaciter
renibus prodest.

Stercus columbinum tritum cum hordei farina et adipe 53
suilla et ovorum albo simul permixtum et coctum em-
plastri more rectissime renibus inponitur. In capitibus 54
piscium, id est mugilium aut mullorum, spina invenitur
cani similis; haec renibus adposita vel alligata miro remedio
est. Plantago ex melle trita et inposita renibus statim prod- 55
est. Ova saepiarum in cibo sumpta urinam movent et re- 56
nium gravedinem tollunt. Inula trita et cum vini cyathis tri- 57
bus per triduum pota plurimum prodest renibus reparandis.
Axungiae veteris selibram, olei veteris selibram samsuci 58
selibram, rutae fasciculum una decoques et lanam ibi suci-
dam tingues ac renibus superinpones, mire subvenies.

Ad vessicae dolores et stranguria cardui semen ex 59
vini sextariis duobus usque ad heminam decoctum et ex-
pressum atque colatum potuique ieiuno datum plurimum
prodest. Plantae rutaceae et nepetae radices bacaeque 60
laureae in vaso fictili coperto diligenter coctae, ne vis me-
dicamenti emanet, potui dantur, ita ut prius expressae
colentur, mirabiliter vessicae doloribus prosunt. Herbae, 61

1 unum. 9 cortice *scripsi:* corticem. 10 irenascei. 13 oesypo] hysopo. 18 mugilum *Cornarius.* 22 gravedi-tatem. 23 tridium. 25 fascolum. 27 strangulia. 31 lauricae. vis] cum.

quae Graece sisymbrium dicitur, tritae sucus expressus et
sano ex vino, febricitanti ex aqua potui datus mirum ad
62 vessicae dolores remedium est. Feniculum cum radicibus
suis decoctum et potui sumptum efficaciter vessicae dolo-
ribus prodest.

63 Glycyrrhizae commanducatae sucus devoratus vel trans-
64 missus urinam efficaciter provocat. Trifolium minutum cum
pipere et puleio quantum satis videbitur tritum et cum
65 vino potui datum vessicam renesque purgabit. Herbae ver-
benae contritae sucus expressus adiectis vini cyathis tri-
bus potui datus admirabiliter continuo urinae difficultati-
66 bus proderit. Herba, quae gramen dicitur nodorum XXVII,
ex vino ad medias decocta et expressa atque colata po-
tuique strangurioso ex vini cyatho uno mixta data adeo
potenter succurrit, ut ubi sine tormento urinam facere
coeperit, dari non oporteat, sed febricitanti ex aqua sola
dabitur.

67 Si quis vitio vessicae aut strangurii laborans lignum
tamaricum ardens lotio suo extinxerit, desinet ultra cru-
68 ciari. Cupressi folia tenera ex aquae sextariis quattuor ad
sextarium decocta et expressa atque colata cum vino potui
data stranguria celeriter emendant.

69 Hederae nigrae bacas V aut VI aut undecim, prout
aetas aegri viresque patientur, contritas ex aqua mulsa
sumptas mire prodesse manifestum est, etiam si sanguinu-
lentam urinam stranguriosus faciet; ex aqua tantummodo
70 calida eas potare debebit. Avis ossifragae ventriculus sali-
tus, ut servari possit, aut exustus et in pulverem redactus
cum vini potione datus urinam efficaciter provocat.

71 Mulis inpetigines in utroque crure super genua na-
scuntur et veluti cutis aridae modo inhaerent; has incende
et stranguriosum divaricatum desuper pone, ita ut suf-
fumigationem illam expansis vestibus tegat, ne qua odor

1 sesimbrium. 6 glicerizae cummanducatae. 9 pur-
gabitur. 14 strangulioso. 18 stranguriae *Cornarius*.
19 extincxerit. 22 stranguriam *Cornarius*. emendat.
25 etiam] nam. 26 ex] et. 27 sallitus. 30 ienua.

aut fumus emanet; efficacissime incommodi eius vitio
carebit.
Asini renes arefacti atque exusti tritique, id est in 72
pulverem tenuissimum redacti, et ex mensura conchulae
unius cum vini meri cyathis duobus strangurioso potui
dati efficaciter medentur.
Verris silvatici lotium cum sua vessica in fumo su- 73
spensum et adservatum stranguriosis cum potione mixtum
potui datum efficacissime prodest. Pili caprini conbusti 74
tritique et in potione dati stranguriosos potenter emen-
dant. Pediculorum agninorum decoctorum ius potui sum- 75
ptum stranguriosis plurimum prodest. Irenacei caro optime 76
decocta atque in cibo sumpta stranguriosis mire subvenit
et cito naturalem urinae cursum relaxat.
Cocleae crudae contritae cum testis suis et ex passo 77
per dies septem aut ut plurimum novem potui datae effi-
caciter dysuriae prosunt. Amuli semunciam terito atque 78
addito ovum recens et eius ovi testam ter passo inpleto
idque poculum diu agitatum et fervefactum strangurioso
reverso a balineis dato, omni eum dolore ac difficultate
celeriter absolves. Cicer arietinum in aqua decoquito cum 79
sale eamque strangurioso ad binos cyathos bibendam dato,
efficaciter iuveris. Fimus palumbinus in sorbitione sumptus 80
ex faba facta admirabile stranguriosis praestat auxilium.
Turturum fimus ex mulso coctus et ceroti modo ventri 81
ac renibus laborantis inpositus efficaciter prodest. Mentae 82
bene tritae cocliaria duo ex aqua calida ieiuno per tri-
duum dabis, continuo vessicam relevabis urinamque laxabis.
Pulei fasciculum in olla nova ex vino vetere ad tertias 83
decoques et exprimes atque colabis et ex vino ieiuno stran-
gurioso potiones singulas per triduum dabis. Lapillus, qui 84
invenitur in scorpionis marini cauda, tritus utiliter bibi-
tur cum vino a strangurioso.

4 conculae. 10 stranguriosis. emendat. 11 pediculorum *scripsi:* pecullorum. 12 irenascei. 17 prosunt] prosternit. 23 sumptos. 24 praestat *scripsi:* praesestat. 28 releuauis. 31 lapellos.

85 Ungularum aprunarum exustarum cinis potioni insper-
86 sus plurimum urinae difficultates iuvat. Leporis cerebrum
in vino utiliter bibitur eiusque testiculi tostati salubriter
87 manducantur ab eo, qui vessicae molestiis laborat. Anse-
rum silvestrium linguae assatae efficaciter sumuntur in cibo
88 a calculosis. Cymini — I, rutae — I, piperis semunciam
teres diligenter et cocleare plenum in meri veteris potio-
nem mittes et aquae quod sufficiat adicies; postea ferro
candenti saepius inmerso calefacies et ieiuno bibendum
89 dabis, efficacissime subvenies strangurio laboranti. Spongia
ex rubo rosario agresti sumpta et aqua frigida, donec
madescat, macerata ac deinde trita et ex aqua per triduum
90 potui data efficaciter calculosos emendat. Piscis scorpio
91 assatus in cibo sumptus optime calculoso prodest. Cocleae
inanes, id est sine carne sua, inventae contusae et in
pulverem tenuissimum redactae in potione calculosis datae
92 medentur. Ungulae equinae scobem vel exustae cinerem
93 si calculosus in potionem acceperit, cito sanabitur. Herba
saxifraga, si ex oleo et liquamine manducetur, intra tri-
duum calculos dissolvet.

94 Calculosis expertus adfirmat incredibiliter succurri remedio tali, si hircum, melius si agrestem, melius si anniculum et si mense Augusto claudas loco sicco per triduum, ut ei solas laurus edendas subministres et aquae nihil accipiat; ad postremum tertio die, id est aut Iovis aut Solis, occidas. Melius autem erit, si castus purusque fuerit et qui occidit et qui accipiet remedium. Exsecto igitur gutture eius sanguis excipitur; utilius, si ab investibus pueris excipiatur; comburitur in vaso fictili usque ad cinerem. Vas autem, in quo torrebitur, coopertum et inlitum gypso in furnum mittetur; quod cum vapore exemeris, in pulverem conteres necnon et polypum marinum identidem, ut dixi, exustum in pulverem rediges.

2 iuvant. 3 eiusue. 10 stranguria *Cornarius.* sphongiae. 12 tridium. 15 casu *add. ante* inventae *Cornarius.* 18 calculosos. 20 dissolvet *scripsi:* assolvet. 21 adfirmirfat. 22 agniculum. 31 vapori *Cornarius.*

Confectio autem universi medicaminis haec est: Sanguinis huius hirci — III, piperis albi — I, polypi exusti cineris — III, thymi — I, pulei — I, apii seminis — I, petrosilini Macedonici — I, seminis olisatri — I. Haec omnia separatim tunsa et ad levissimum pulverem redacta commisces et dabis infirmo, melius si die Solis aut Iovis cocliaris mensuram in meri potione aut cuiuscumque dulcis poculi. Providere autem debes, ut digesto ac ieiuno potio detur et rursum ut eadem potione bene digesta cibos accipiat, et eo melius erit, si hanc potionem cum condito post balineum in sabanis adhuc constitutus acceperit.

Supra omnia efficax aliud ex eo facies medicamentum 95
sic: Sanguis hircinus ea observatione qua supra excipitur in patella ferrea candente, ut aduri possit et stringi continuo ipse sanguis, ita ut postea in pulverem redigatur, vel certe continuis aliquot diebus ad solem ipsum sanguinem pones, ita ut rore iam decusso post horam secundam ponas et ante nonam colligas. Posteaquam ita fuerit siccatus sanguis, ut nullum umorem habeat, colliges eiusdem crustulas et teres atque ex eo levissimum pulverem rediges; deinde accipies herbam tribolum, cuius herbae ipsum tribulum, hoc est semen spinosum, proicies; ipsam autem herbam lectam de locis maritimis siccabis, tundes et in pulverem rediges. Confectio autem medicaminis totius haec est: Herbae triboli — II, piperis — II, petrosilini Macedonici — II, folii sertulam, id est coronam sive sfaeram unam. Haec omnia separatim tunsa et ad levissimum pulverem redacta cum sanguine hircino miscebis et dabis infirmo die Solis aut Iovis cocliaris mensuram in meri potione aut cuiuscumque dulcis liquoris. Providere autem debes, ut digesto ieiunoque potio detur; quam cum acceperit qui calculum patitur, mox lapides solutos omnes per urinam emittet. Ut vero admireris sanguinis hircini vir-

1 sanguis. 3 thimi. — I, petrosilini Macedonici — I, seminis *om. Cornarius.* 7 potionem. 8 debis. 11 balineo. 13 candente et ut. 19 humorem. 26 sferam. 31 debis. 32 calculo.

tutem, adamans lapis invictus, qui neque igne neque ferro vincitur, si sanguine hircino perfusus fuerit, mox solvetur.

96 Ad vessicae dolorem et urinae difficultatem herbam gladiolum diligenter fodito, ut omnem radicem eius palo ligneo eruas, cuius radicis corticem diligenter nitidatam siccabis optime et teres atque cribrabis, ut in pulverem tenuissimum redigas, atque ex eo coclearia tria mittes in mortarium et piperis albi grana VIIII trita et myrrae optime tritae pusillum et vini optimi ℈ II atque haec omnia in unum permiscebis et conteres ac laboranti in balneo, id est cum in piscinam descenderit, dabis bibendam potionem et monebis, ut se post balneum calidissime tractet. Hoc medicamine seu vir seu mulier seu puer seu puella potentissime sanabitur.

97 Cocleam grandem unam vivam prendes et eius carnem eximes ac solam teres in mortario et cum aceti acris cocliaribus tribus dabis bibendam atque hoc per triduum facies; deinde intermisso triduo, nisi statim expulerit calculum, similiter remedium et si necesse fuerit, saepius dabis.

98 Felicis radicem, asparagi sfongiam, apii radicem et
petrosilinum simul diligenter teres et ieiuno calculoso cum
99 vino dabis bibendum. Violae erraticae rusticae radices et
apii et violae coronariae semen una contrita et ex aqua
calida a balineo continuo potui oblata dolores vessicae
cito abigunt.

100 Lapis ex vessica hominis qualibet curatione sublatus
si teratur et ex vini cyathis tribus calculoso potui detur,
lapides vessicae humanae innatos efficaciter dissolvere cre-
101 ditur. Cimex foraminibus veretrorum confricatus dolorem
102 vessicae protinus tollit. Vessica apri recte adversum ves-
sicae dolores in cibo sumitur, ita ut mulier feminae, vir
103 masculi sumat. Nasturcium tritum cum vino dulci cibario
dabis vessicae taedio laboranti per triduum potui, sed satis

1 igni *Cornarius*. 15 prindes. 21 aspagi. 26 abigunt] abeunt. 33 summamat. nastortium.

spissum poculum detur. Vessicam relevat coliculi cocti 104
aqua triduo a ieiuno iugiter pota.

Ad vessicae vitia curanda: Myrrae semunciam bene 105
tritae cum mulsi veteris cyathis tribus dabis per triduum ieiuno exeunti statim a balineo, ita ut, dum sabanis operitur, singulos in diem cyathos bibat.

Si in vessica aliquid molestiae fuerit, nitri florem 106
vel si flos non fuerit, ipsum nitrum conteres et cum aqua, in qua coliculi cocti fuerint, vinoque picato vel austero rubello durissimo dabis bibendum per triduum vel diutius, si ita opus fuerit; magnificentissime proderit.

Prima luce puer virgo rorem de foliis caulium ex- 107
cussum in nova olla excipiat, non minus sextarios quattuor, eo adicies mellis quartarium et faeni graeci bene mundati et loti quartarium et zingiberis uncias tres atque ita decoques horis tribus et inde bibendum dabis mane ieiuno calculoso quartarium tepentem. Haec potio per triduum sumpta mensura quartarii et vessicam et reniculos et intestina universis sordibus purgat.

Piperis grana VIIII, eiusdem ponderis sulpur trita 108
simul in vino vetere dabis bibenda ieiuno calculoso, solet statim perniciem demovere; si tamen ultra dolor manserit, iterum dabis similem potionem.

Pellem leporis recentem in olla munda vel tegula ita 109
cum lana sua combures, ut in tenuissimum pulverem redigere possis, quem cribratum in vaso nitido servabis; inde cum opus fuerit, tria cocliaria in potione dabis bibenda, quae res sive calculi sive vessicae dolores continuo conpescit. Sed multo potentius erit remedium, si leporem vivum in olla nova claudas et gypso omnia spiramenta vasis obstruas et in furno usque ad favillam tenuissimam cremes tritamque et cribratam recondas atque inde certas mensuras in potione vini offeras calculosis et qui sanguinem mingunt; mire eos sanabis.

1 colicoli. 8 vel *om.* 9 colicoli. 14 *verba* faeni graeci bene mundati et loti quartarium et *om.* 17 tepens. 25 cumbures. 28 calculi *scripsi:* calculis. 32 recondes.

110 Cimoliae cretae tunsae S III et farinae hordeaciae S III ex aqua coques et in saccos tres lineos mittes eoque fomento vicissim mutato, ut bene caleat, calculosos seu vessicae dolore laborantes ter in die vaporabis, potenter subvenies.

111 Item aliud ad eos certissimum remedium: Pruna, quae in sepibus nascuntur, colliges et eorum nuculeolos tolles et servabis ad praesidium et cum opus fuerit, in pila tundes quam optime et cribrabis quam minutissime atque inde ex picato sive austero ac duro vino dabis ieiuno bibenda in potione diurna cocliaria tria.

112 Hoc vero medicamen non solum vessicam curat, sed etiam vulnera intrinsecus latentia et apostimas persanat, conficitur sic: Cucuma sextariorum novem rudis aqua impletur et ad dimidias coquitur, tum adiciuntur in eam de sfongeis asparagorum — IIII, apii radicum tantundem, saliuncae lotae diligenter — II, casiae fistulae semuncia, amomi ℈ VIII, petrosilini dimidius quartarius, iris Illyricae — I, masticis Chiae — II; deinde aqua cucumam supplebis et de gypso praeclaudes, ut tamen modicum spiramenti relinquas, atque ita coquens claudes cucumam, ne medicamen exiliat, et ad medias decoques ac recondes in ea; cum opus fuerit, dabis ex eo cum potione vini quantum sufficiat ad bonam mixturam, sed et ieiuno et dormitum eunti dabis.

113 Petrosilini heminam, apii seminis tantundem in cucuma fictili nova prius imbuta ex aqua decoques ad tertias, ita ut obclusa sit cucuma, ne medicamen ebulliat; postea aquam colabis et addito melle iterum ad tertias decoques, inde ieiuno calculoso potionem per triduum dabis.

114 Calculos potio haec adsidue sumpta cum passo vel condito non sinit gigni eosque concrescentes confringit et per urinam harenae modo promit, conficitur sic: Calamin-

1 Cimoliae] Chimonia et. 3 fomentum. 7 nuculeolus. 13 apostimas] vomicas *Cornarius*. 18 dimidium quartarium, *correxi*. 25 eunti] eum. 26 eminam. 33 calamitis.

thes, id est nepetae, — II, sil pictorium, piperis, sucini,
saxifragae, petroselini, cyperi, zingiberis uncias singulas
tundes et cribrabis et coclearium plenum cum vini mixta
et calida potione ieiuno bibendum dabis.

Ad calculum remedium mirum sic: Hederam, quae in 115
quercu nata fuerit, vulnerabis cupro et permittes umorem,
qui inde manaverit, indurari in modum gumminis; postea
sublatum condito resolves et admiscebis et bibes, quotiens
usus exegerit.

Herbae fysalidis bacas ternas per triduum gluttiat qui 116
vessicae calculo dolebit. Herbae Britannicae radices con- 117
tundes et terna scripula ex aqua calida calculoso ieiuno
potui per triduum dabis. Eiusdem herbae sucum expres-
sum in duplici vaso decoques ita ut suci eius naturalis
sextarius fiat, quem cum mellis despumati hemina misce-
bis et postea in se decoques et cum colorem mutaverit,
refrigerabis atque inde cocleare unum ex aqua calida, si
vehementer febricitabit, calculoso potui dabis, statim etiam
febris extinguetur; si vero sine febri erit, ex vino eam
potionem debebit accipere.

Ad renium dolorem emplastrum utile sic: Axungiae 118
veteris P. II, farinae ♑ I, olei P. I, cerae selibram. His
liquefactis adicies sulpuris contriti selibram, nitri con-
triti et cribrati selibram, omnia permiscebis et concoques
atque inde renes confricabis vel more emplastri adpones.
Herbam Sabinam in mortario teres et cum axungia vetere 119
subiges et sic renibus adpones.

Ad urinae incontinentiam remedium sic: Feniculi ra- 120
dicem et ramusculum ervi contunde et ex vino vetere da
bibendum, continuo remediabis. Urinam continet lac cani- 121
num et adeps eius cum alumine datus, ita ut sit fabae
magnitudine globulus qui datur. Cinis coclearum Africa- 122
narum exustarum si potetur, urinae incontinentiam sedat.
Anserum trium linguas inassatas si quis ederit, urinae 123

1 silis pictorii *Cornarius*. 10 fissalidis. 11 calculo *om.* britanicae. 16 calorem. 18 febricitauit. 32 globolus. cicis coclearium.

124 profluvium non patietur. Vessica verrina cocta vel usta
comedenda aut bibenda efficaciter datur ei, qui urinam suam
non potest continere.

125 Leporis cerebellum ex vino potum urinae incontinen-
tiam refrenat; eiusdem testiculi torrefacti et ex vino poti
126 par remedium summeiulis praestant. Ungues apruni exusti
tritique in potione sumpti efficaciter summeiulis prosunt.
127 Qui urinam tenere non poterit, caprae vessicam comburat
128 et cinerem eius ex aqua cum vini potione bibat. Verrini
genitalis usti cinerem bibere debent ex vino qui urinam
129 continere non possunt. In cubili canis urinam faciat, qui
urinam non potest continere, dicatque, dum facit, ne in
cubili suo urinam ut canis faciat.

130 Urinae propriae quantumcumque ignoranti summeiulo
efficaciter offertur vel res, quas conminxerit, in potione
exprimuntur aut ibidem diluuntur et ita ei inscio ipsa
potio propinatur.

131 Vitrum teres diligenter et cum pice cedria miscebis
atque ita chartam virginem inlines et renibus adpones, quo
medicamine diebus septem iugiter usus sanus firmiter eris.

132 Ad reniculorum dolorem observabis, ut post balneum
poscam calidam bibas per plures dies, et quotiens dolore
interpellatus fueris, idem facies.

133 Conditum ad reniculorum dolorem vel ad calculum
sic: Saxifragae — I, vettonicae — I, petroselini — I S,
apii seminis — I, rutae seminis ℈ XVIII, piperis — II,
vini optimi S̶ XII, mellis optimi P. V. Tundes omnia
atque cribrabis et conditum, cum exegerit necessitas,
facies eoque, ubi reniculorum dolor aut molestia calculi
fuerit, uteris.

134 Saxifragam herbam, petrosilinum Macedonicum, piper,
mel, vinum: ex his omnibus conditum facies et laboranti
calculoso per singulas septimanas potionem Iovis die dabis.
Conficienda autem potio die Iovis luna vetere erit.

8 cumburat. 18 cedria] ebria. 23 idem] id est.
29 ubi] ibi. 30 uterit. 33 septimas.

Ad calculum potio salubris conficitur sic: Semen apii, 135
libystici, feniculi, anethi aequis mensuris tritum miscetur et herbae saxifragae grana V; cumini grana tria, piperis grana V, verbenae folia tria et salis permodicum adicitur. Ex omnibus autem seminibus supra scriptis aequaliter quantum tribus digitis, id est pollice et ab eodem tertio et quarto, levari potest, mittitur, deinde teruntur omnia diligenter; postea adicitur caroeni optimi potio grandis. Ad hanc sane potionem miscendam radices asparagorum et apii et anethi et feniculi lotae diligentissime in sextarios aquae nitidae mittuntur, ita ut radices ipsae tegantur aqua, atque in olla rudi coquuntur ad tertias. Ex ipsa aqua, sed calida miscenda potio caroeni et accipienda per triduum, sufficiunt autem duo huius aquae sextarii ad tres caroeni maiusculas potiones. Sed si necessitas praesentis doloris exegerit, per triduum continuum dabuntur; si vero quis timeat tantummodo dolores supra scriptos aut aliquando pertulerit, accipiet etiam sanus hoc modo vetere luna tres tantum tribus mensibus singulas potiones et iugiter contra hunc morbum erit tutus et sanus.

## CAP. XXVII.

### Cyliacis et dysintericis et torminosis et ad intestina rupta et ad internos morbos atque incontinentiam stercoris remedia physica et rationabilia diversa de expermentis.

Pastillus ad coeliacos et torminosos optime faciens: 1
Acaciae, balausti, id est mali granati, quod cytinus vocatur, germen, antequam florescat, hypocistidos, opii, singulorum denarios quinos, alterci, cretae Samiae, singulorum denarios senos. His bene tunsis et cretis ex vino myrteo fiunt

2 libistici. 3 grana V] granati. tria] tres. 8 caryni. 13 caryni. 14 sufficiuntur. 15 caryni.
*tit.:* internus.

21 cęliacos. 22 cytinus *scripsi:* cytinum. 23 hypocystidos. 24 denariorum (*bis*). samite.

pastilli denariorum singulorum aut semissium, ut iuxta aetatem aut valetudinem dentur. Dantur autem ieiunis sine febre ex vini myrtei aut Signini cyatho uno cum duobus aquae mixto, febricitantibus vero ex aquae cyathis tribus. Hoc etiam per clysterium inmittitur, quotiens desurrexerint torminosi, quibus et si graviter afflicti sunt statim prodest.

2 Ad coeliacos, id est qui subite et multa defundunt, et ad alvum citatam et ad levia interdum tormina medicamentum potens sic: Sorborum aridorum contusorum Ꞩ II, rhus Syriaci, quo coci utuntur, Ꞩ II, mala granata recentia X, mala cydonea matura X. Haec utraque coquuntur in sapa facta ex musti adhuc in dolio ferventis sextariis triginta sex, quousque ad sextarios duodecim decoquantur et donec malorum coria percoquantur et sint madida; deinde ita teruntur haec fictili mortario, ut grana omnia comminuantur, postea rhus et sorba arida admiscentur tunsa et cribrata curiose et cum sapa, quae est residua, temperantur. Omnibus ergo in unum bene coactis reponitur medicamentum in vitreo vaso, dantur inde ieiunis ligulae duae vel tres sine ullius rei admixtione.

3 Pastillus ad torminosos efficacior conficitur sic: Acaciae 𐆖 IIII, croci 𐆖 II, gallae 𐆖 VIIII, hypocistidos 𐆖 IIII, lycii 𐆖 IIII, myrrae 𐆖 IIII, rhus, quo coci utuntur, nardi Syriaci spicae, aloes, singulorum denarios binos, anesi, gummis, singulorum 𐆖 ternos, piperis nigri 𐆖 II. Teruntur haec diligenter et ex suco rubi cauliculorum vel ex vino Signino collyria formantur ritu eorum, quae ad oculos fiunt, cum tamen ita fuerit levis confectio, ut in ungue nulla pareat aspritudo. Finguntur autem alia denariorum singulorum, alia semissium, quae iniciantur; sed rectius ad hanc mensuram pastilli dabuntur, ita ut unus ieiuno ante meridiem, alter in noctem ex aqua, si febres erunt,

2 valitudinem. 4 mixtum. 6 afflicti sunt] defliescit. 10 tridorum. 16 martario. 19 temporantur. unum] vinum. 22 acaciae 𐆖 XIIII, *sed X deletum.* 24 licii. 25 denariorum binos. 30 pareat] appareat *Cornarius.*

ex vino Signino, si sincere corpus fuerit, detur. Hoc efficax medicamentum est, si cetera, quae in huiusmodi causis curationi vel cibatui sunt necessaria, observatione et opportunitate congrua fiant.

4 Pastillus, qui clysterio inmittitur torminosis per anum, cum olida et sanguinulenta deiciunt, id est cum intestina eorum cancer occupavit, quo quasi cauterio tunc tantummodo uti oportet, alioqui nocet, ideoque a quibusdam ignorantibus usurpatus accusatur quasi nocivus, recipit autem haec: Chartae conbustae cineris X̄ XXX, calcis vivae X̄ XXIIII, arrenici, quod est auripigmentum, X̄ XII, sandaracae X̄ VI. Haec trita vino consparguntur, in quo rosa et lenticula prius coquuntur, ut possint fieri pastilli X̄ duum aut unius; cum opus est, teritur unus pastillus et inmittitur per aquam, ut supra scriptum est, decoctam cum rosa et lenticula, si febres erunt, sin minus, ex vino eadem decocta utilia erunt. Facit bene et myrtae fasciculus cum oleastri vel olivae ramulis utroque modo, prout res exegerit, incoctus.

5 Potio autem, cum inmissum fuerit supra dictum medicamentum, haec convenit. In noctem in aqua catapotia dantur, quae fiunt sic: Myrrae X̄ II, lycii X̄ III, turis X̄ I, opi X̄ I, aloes X̄ II, acaciae X̄ IIII, myrtae bacarum nigrarum X̄ VI, ovorum ex aceto coctorum vitellos II. Haec trita vino Surrentino consparguntur et fiunt pastilli X̄ singulorum, dantur febricitantibus ex aquae cyathis tribus, sine febre, ex musti Surrentini cyathis duobus.

6 Ad ventris dolorem et inflationem intestinorum et praecordiorum dolores et ad convulsa et rupta interanea et ad urinae difficultatem remedium sic: Panacis X̄ IIII, piperis X̄ IIII, dauci Cretici radicis vel seminis X̄ VI, sulpuris vivi X̄ S, opii duas tertiasve partes victoriati ponderis, castorei X̄ S, myrrae X̄ III. Haec trita et cribrata vino consparguntur et ex his fiunt pastilli magnitudinis lupini.

4 oportunitate. 8 uti oportet] uitioportet. 15 est *om.* 16 lenticulam. 30 piperis X̄ IIII *om.*

Dantur, cum res postulat, ex aceto et melle in unum mixto cyathis tribus; ad vitium autem mulierum, quo correptae suffocantur, quod Graeci hystericen pniga appellant, ex aqua mulsa dari oportet, quantum nux avellana est; detrahit enim urinam copiosam.

7 Medicamentum, quod dodecatheon appellatur, movet urinam, facit et ad eos, qui reficiendi sunt post gravem inbecillitatem, facit et ad auruginem habentes et ad iocineris et renium dolorem et ad lienosos et ad hydropicos et ad difficulter urinam reddentes; crapulam quoque non patitur vino nigro potum subsistere. Prodest stomachicis et mulieribus a vulva laborantibus et ad omnia venena et ad serpentium morsus atque ictus et ad interius convulsa satis utile est; conficitur sic: Myrrae X II, casiae corticis X II, iris X I S, apii seminis X II et tertiam victoriati, acori X I, uvae passae sine granis X VI. Haec omnia vino Ariusio contusa cribrataque consparguntur; deinde ex his fiunt pastilli X singulorum, quamvis auctor dicat se pastillis usum etiam ad denarii semissem cum vini supra dicti cyatho.

8 Medicamentum mirum ad cyliacos et ex cruditate gravedines doloresque cuiuslibet partis in corpore sustinentes nec minus ad oculorum facit et renium dolorem arcendum et ad scabiem vessicae et ad iocineris duritiam, exsiccat enim corpus; prodest et ad arteria; denique in omnibus laborantibus adiuvat et concoctiones et urinam movet, conficitur sic: Nardi Syriacae, croci, myrrae, casiae, costi, cinnami, castorei, schoeni floris, piperis albi, piperis longi, galbani, resinae terebinthinae, storacis, opii, singulorum X quarternos, alterci seminis, anesi, apii seminis, singulorum X quinos, tragacanthi X VI, mellis, vini Falerni

3 cythe . . . ricem picnam (*sic*). 4 abellana. 6 duodecatheon. 8 inbicillitatem. 9 lienosus. ydropicos. 10 difficultatem. crapolam. 11 poto. stomachis. 20 dicto. 25 arteriam *Cornarius*. 26 laborantes. *post* concoctiones *add.* removet. 28 scoeni. flores. 29 terebintinae. sthorachis.

vel similis huius sextarios singulos. Haec omnia contunduntur et cribrantur, donec mollissimam tenuitatem accipiant; tum in patellam fictilem novam mel infunditur tepefactum molli pruna, dein vinum instillatur macerato prius in eo tragacantho vicissimque ceterae species insparguntur; tum simul movetur medicamentum et omnia omnibus permiscentur. Cum autem crocinum colorem habuerit medicamentum, transfunditur in mortarium marmorium et ibi pistillo bene subactum reponitur in pyxide cornea; cum opus est, datur ad supra dicta cum vini cyathis tribus admixto aceto atque melle, prout visum fuerit.

Ad eadem remedium efficax, quod conficitur sic: Myr- 9
rae Ӿ IIII, croci et panacis Ӿ ternos, alterci Ӿ V, anesi Ӿ II, apii seminis Ӿ V, opii Ӿ II, papaveris capitati et asari Ӿ quinos, gallae Syriacae inmaturae Ӿ VI, mori ex rubo inmaturi aridi Ӿ IIII, rosae aridae Ӿ VI, balaustii Ӿ III, rosae caninae suci Ӿ III, rhus Syriacae Ӿ V, palmarum purgatarum Ӿ XX. Quae coquuntur ex aquae cisterninae sextariis tribus, donec relinquatur sextarius unus, deinde ipsae palmae exprimuntur prelo aut coclea; ex suco eodem atque aqua modica fiunt de supra scriptis speciebus in pulverem redactis pastilli ad Ӿ semissem; dantur similiter, ut prius medicamentum dari oportere praecepimus.

Prodest torminosis plantaginis sucus vel rubi vel len- 10
tisci vel rhus Syriaci vel herbae milefolii vel terebinthi,
omnium ad Ӿ semissem potus cum vino vel aqua. Bene 11
facit torminosis rumicis semen, quantum ligula capit, tritum ex vini austeri cyathis quattuor vel aquae totidem
in tempore potum. Glandes quercinae tres aut quattuor 12
vel eiusdem folia vel liber eius coctus ex aqua, quae vel sola vel cum vino torminosis potui data plurimum prod-
est. Ceratitidos, quam herbam nos violam marinam appel- 13
lamus, radices trium digitorum magnitudine incoctae vino austero torminosos iuvant, si illud vinum admixta leviter

5 tracantho. 11 prout] pro. 15 asari *scripsi:* sariae. 16 balaustici. 32 caratitidos. nos violam *scripsi:* noviolam. 34 iuvat.

14 aquae calidae potione potetur. Herbae Britannicae radix
vel folia incocta vel aqua, in qua tamarici folia et semen
incoctum fuerit, torminoso potanda detur etiam cum ad-
15 mixtione vini austeri. Plantago cocta ante alium cibum
data ex aceto plurimo et exiguo sale atque oleo tormino-
sis plurimum prodest.

16 Plantaginis aridae semen tritum ex partibus duabus
et papaveris capita arida trita ex parte tertia oportet per
cribrum tenuiter foratum traici ex eoque pulvere dari tor-
minoso ligulae magnae mensuram, interdum plus aut minus,
cum vini veteris mixti non nimium, id est cyathis tribus.
Hoc medicamentum ante somnum utiliter etiam ad ve-
speram datur.

17 Prodest torminosis huiusmodi sorbitio: Alicae hemina
percoquitur cum cerae et rutae Ӿ I, admiscetur sane his
et malum granatum atque ita simul coquuntur in aqua;
post hoc exprimuntur omnia et coagitantur diu ac si opus
fuerit, adicitur alica cocta, ut in modum pultis sit. Lactis
quoque bubuli aut cuiuslibet Ӿ I admiscetur et sic sor-
betur. Si autem manducare panis more illud volueris,
addes illic ova incocta tria et polentae nitidae delicatae
quantum satis erit, ut panis fieri ex eo possit, qui etiam
frigidus comestus plurimum prodest.

18 Medicamentum ad torminosos huiusmodi satis utile
est: Croci Ӿ I et duae partes victoriati, nardi Ӿ II, aca-
ciae Ӿ III, gallae Ӿ III, aloes victoriati pars tertia, lycii
Ӿ I, opii Ӿ S, tragacanthi Ӿ S et tertia eius, turis Ӿ I
et victoriati partes duae, myrrae Ӿ II, piperis Ӿ S. Terun-
tur et cribrantur haec diligenter atque ex vino fiunt pa-
stilli lupini magnitudinis, dantur cum tribus cyathis liquoris
cuiuslibet tam diu, quousque conveniat, ut tormina uni-
versa sedentur.

19 Inmitti torminosis per clysterem oportet vinum ex
piris Syriacis factum cum suco plantaginis; mirifice enim
facit hoc remedium et multis experimentum dedit.

7 aridae] aradice. 26 licii. 27 tertiam. 33 clystere.

20 Palmarum numero XX pulpae, iunci radicis X̶ X, gallae inmaturae X̶ X, myrrae X̶ V; tunduntur et miscentur universa atque ex omnibus fiunt ex vino pastilli numero XXX, dantur similiter ut praedicta medicamenta ex quolibet liquore.

21 Balaustii X̶ V, soporis X̶ II, gallae inmaturae pilularum X̶ II, tamarici seminis X̶ II, turis X̶ IIII, rhus Syriaci X̶ IIII, vinaceorum tostorum X̶ V; hinc pilulam ad duum denariorum pondus cum potione ex vini nigri cyathis tribus totidemque aquae calidae mixta torminoso dari oportet.

22 Si torminosi vel cyliaci propter frequentes desurrectiones viribus deficientur, dandae erunt eis sorbitiones ex cremore farris vel ex ptisana factae modo per se solae, modo cum rosa unguentaria mixtae, vel ius gallinae pinguis excoctae cum butyro vel lac caprunum aut ovile tepidum per se vel etiam decoctum cum butyro et lenticula similiter facta prodest; inponenda vero sunt torminosis fatigatis a stomacho usque ad inguina unguenta quae spissant cutem ea, quibus unguentarii utuntur.

23 Medicamentum, quod per anum inicitur torminosis, sic: Calcis vivae, sandaracae, auripigmenti, singulorum paria pondera, teruntur una omnia ex aqua vel ex suco plantaginis, donec possint coire, tunc pastilli fiunt; cum opus sunt, teruntur et iniciuntur ad cuiusque vires, ut plurimum X̶ IIII aut minimum X̶ II cum hemina vel ut plurimum cum cyathis VIIII aquae cum myrtis decoctae vel cum rosae foliis vel lentisco; medicamento sane hoc uti oportet non inter initia torminosos, sed cum malignitas vitii apparuerit, et si non eodem die, quo primum adhibetur, profuerit, etiam sequenti fieri oportebit. Si quis autem morsus intestinorum, cum inmissum erit medicamentum aut cum redit, insequitur, infundatur statim per clysterium lenticulae decoctae aqua vel furfures; sedabitur con-

1 radices. 6 balaustici. soporis] opii *Cornarius.* 8 vinacearum. 9 denariumrum (*sic*). 10 mixtae. 13 cremore] opemore. 15 ovillum *Cornarius.* 28 torminosos *scripsi:* torminosis. 34 aquae.

festim dolor, cum eas deiecerit torminosus; post iniectionem sane detur cibus.

24 Aliud medicamentum, quod mirifice prodest torminosis, sive febrem habuerint seu sine febre fuerint: Plantaginis suci hemina frigida vel tepida inmittitur per clysterem in anum vel per se sola vel cum vino ex piris Syriacis facto. Hoc medicamentum etiam si aeger cibum horrescit, restituit ei cupiditatem manducandi; facit vero sitem intolerabilem, sed moderate bibendum.

25 Pastillus ad torminosos efficax conficitur sic: Acaciae 𐆖 I, mali granati corticis 𐆖 VIII, gallae Syriacae inmaturae 𐆖 V, soporis 𐆖 V, myrti bacarum nigrarum 𐆖 VII, rhus, quod coriarii utuntur, 𐆖 VIIII vel eiusdem suci 𐆖 VI, alterci seminis 𐆖 VIII, turis 𐆖 VIII, rhus Syriaci 𐆖 VIII. Haec omnia animantur praeter acaciam, tus, opium et contunduntur seorsum et in unum miscentur vinoque omnia myrtino consparguntur atque in pyxide fictili reponuntur; si quis volet pastillos facere, adiciet gummis 𐆖 VI. Dabitur ex hoc medicamento ieiuno torminoso 𐆖 unus ex aqua vel ex vino mixto myrteo. Idem medicamentum inmittitur per clysterem ad mensuram iuxta vires cuiusque.

26 Vinis uti oportet torminosos ex myrto et piris Syriacis, ex malis cydoneis et terebintho, ex rhus coriario, ex glande quercina, ex lapathio, ex populi fructu, ex rubo, ex hypocistide. Quae omnia decoquuntur seorsum cum vino Surrentino aut Signino, potioni vero admiscetur aqua cisternina decocta et sub divo posita.

27 Prodest torminosis lac potum, in quod lapides ferventes saepius vel ferrum candens demissum fuerit, si tamen non febricitabunt.

28 Cibi prosunt torminosis huiusmodi: Panis fermentatus durus, pultes diversae, lenticula aceto condita, brassica, plantago, intiba, mala cydonea, uvae ex ollis, palmae

5 clistere. 8 orrescit. 12 oporis: opii *Cornarius.* 13 quo *Cornarius.* 19 medicamentum. 21 clystere. 24 pupuli. 25 dequoquuntur. 28 torminosos. 29 demissum *scripsi:* dimissum.

ex litore, capreae, palumbi, anates, meruli, turdi, grues, mulli, lolligines, polypi assati.

Torminosis sunt extra cutem inponenda haec: Lana 29
sucida ex aceto vel rosaceo vel malino oleo admixto, item plantago, apium, milefolium, intibum, lentiscum; per se trita haec vel admixto vino austero, quo magis adstringant, adponuntur, postea cerotum ex oleo myrtino vel malino, id est habente corticem mali Punici, adponitur, cui et galla Syriaca et acacia admiscentur.

Torminibus primis temporibus constringendis suci utiles 30
sunt, ut plantaginis, acaciae, mali granati corticis, hypocistidos, milefolii, intubi, lentisci, rubi per se tantum vel cum vino ex piris Syriacis facto mixti; medium autem cursum habentibus torminosis, quod tempus Graeci acmen vocant, oportebit infundere per clysterem rosam vel oleum myrteum cum cerussa; cedente porro impetu molestiae vel difficultatis, quod tempus Graeci paracmen vocant, convenit lenticula, ptisana cum adipe capruno cocta; inveteratis vero torminibus prosunt, quae vehementius spissant et a putore atque abalienatione corporis vindicant, ut ea, quae ex calce, charta usta et auripigmento conponuntur et possunt inhaerere purgatis ulceribus, quo tempore rediri oportet ad priora omnia edenda praeterquam ad lentem et ptisanam; ducunt enim cicatricem, sed praecipue cerussa admixto vino; emplastra vero, quae extra cutem cicatricem ducunt, soluta ad ignem cum oleo myrtino adponenda sunt.

Dysintericos recreat pulmo pecudis, id est ovis, de- 31
coctus, cum lini semine, ita ut et caro manducetur et aqua illa potetur.

Trochiscus Asclepiadeus praestantissimus ad ventris 32
fluxum et dysinteriam, quam nullus alius tam facile stringit quam hic, conficitur sic: Apii seminis semuncia, hyoscyami semuncia, anesi ℈ VI, opii ℈ III, hypocistidos ℈ III,

2 poplipi. 10 torminibus *scripsi:* torminis. 13 *post* mixti *add.:* et aqua incocta mirto rubo lentiscum. 15 clystere. oleo. 31 asclepiarius. 32 disinteriam. 34 ypocistidos.

croci ℈ III, myrrae troglodytidis ℈ III. Colliges haec cum aqua aut cum vino myrteo, id est in quo myrti bacae coxerint. Hoc ipsum medicamentum ventri adpositum, ita ut ceroto myrtino colligatur, epithema dysintericis aptissimum est.

33 Tormina patientibus multi ventrem viventis anatis adponunt adfirmantes transire morbum ad anatem eamque mori; quod si verpertilionis sanguine ventrem oblinas tor-
34 minosi, in omne tempus dolore relevabis. Si in aqua frigida dysintericus pedes usque ad genicula ponat, sed si non febricitabit, et de vino austero potionem calidissimam bibat, cito sanabitur.

35 Confectio medicaminis miri adversum dysinteriam: Testam locustae, id est illam spinosam vel aculeatam, quae est iuxta caput, conbures nitide et postea teres, ut in tenuissimum pulverem redigas, et sic ei, qui ventris fluxu vel rosura laborabit, ex vino vetere, si non febricitabit, aut si inaequalis erit, ex calida aqua dabis, ita ut de singulis locustis testas singulas integras exustas per triduum bibat; mire sanabitur.

36 Mellis heminam, vini veteris sextarium, piperis grana ducenta teres diligenter et conditum ex his tribus speciebus facies et ieiuno dysinterico mane meralem calicem calidum plenum dabis, statim proderit; sed si necesse fuerit, ex eo condito ipsum plenum meralem per triduum dabis.

37 Lactis capruni statim mulsi grandi potioni additur de coagulo haedino frustrum, quantum avellana grandis est, quod digitis medicinali et pollice sublatum vel missum iisdem digitis contemperatur et datur laboranti dysinterico, dum adhuc calet lac, antequam illo coagulo stringatur, per triduum; haec potio ieiuno dabitur contra orientem bibenda.

38 Surculum de ceraso silvatica exures et de testa ostrei aeque facies paribusque mensuris pulverem tritum cum

1 mirrae trogloditis. 2 mirti. 3 coxerint] coctae fuerint *Cornarius*. 8 vespertillionis. 17 rosura *scripsi:* rasura. 19 lugustis. 26 caprunus. 27 quagulo. 29 hisdem. 30 quagulo. 32 surculum *scripsi:* sucinum.

melle Attico aut cum vino austero candenti ferro calefacto bibendum dysinterico dabis; mire proderit.

Ovum recentissimum aperies et in calicem vacuabis 39
ac testam eius implebis melle optimo despumato necnon oleo viridi bono et in ipsum calicem defundes ac simul omnia permiscebis et diu agitabis ac postea in calida aqua ipsum calicem tepefacies et sic dabis dysinterico, cui medendum erit; mire proderit.

Ros marinum sive rhus orientale, quod est minutum, 40
robium, simile lenticulae, quantum tribus digitis prendere potueris, mittes in mortarium et teres cum vino et postea in aliud vasculum mittes calidam atque ibi tepefacies et sic dabis dysinterico bibendum, statim remediabitur; sed per triduum continuum hoc remedium et postea, quotiens fuerit necessarium, dabis.

Vitrum teres diligenter et criblabis et masticis grana 41
teres atque aequis mensuris permiscebis et ex his singula coclearia dysinterico in vino cocto per triduum vel quotiens opus fuerit dabis, miraberis remedium experimentis probatum.

Ad dysinteriam remedium efficassimum sic: Rosae 42
silvaticae bacas oblongas, rubicundas, maturas, inpari numero vel VII vel VIIII vel XI tritas diligenter dabis laboranti dysinterico ad potionis modum cum melle Attico styptico vel vino vetere, si non febricitabit, vel cum aqua, si febricitabit, et si necesse fuerit, per triduum dabis; mirum experieris remedium.

Ad dysintericos mirum remedium, quod ventrem et 43
purgat et stringit, sic: Gypsi peregrini triti — I, specularis conbusti triti — I, de testis ostrearum conbustarum — I. Haec omnia posteaquam trita fuerint et mixta, tollet inde, qui dabit remedium, tribus digitis prioribus cum pollice quantum semel capere potuerit, et in potione vini

1 melle Attico *scripsi:* mettico. 7 dysinteria. 9 orientale *scripsi:* orientalem. 12 vasculo. 18 cocato. 19 dabis] dabitur. 24 melle Attico *scripsi:* mettico. stiptico.

veteris puri, si non febricitabit, dysinterico dabit; quod si inaequalis fuerit, in caldae aquae potione accipiet.

44 Fimum caballinum conbures et cinerem fimi ipsum cum vino vetere miscebis et conteres et sic dabis dysinterico bibendum sine aqua, si non febricitabit.

45 Aluminis schisti ℈ IIII cum aceti cocliaribus III miscebis et teres et colabis et tepidum cum aquae duplo dysinterico dabis bibendum.

46 Pumicem mollem, sfongiam de qualibet rosa unam, gallam unam semis, corticis siccae de malo granato ℈ IIII, piperis grana XLVIIII diligentissime teres et cum vino vetere permiscebis et pastillos aequales inde facies, ut cum opus fuerit singuli in vini veteris hemina soluti dysinterico per triduum dentur, ita ut ipsa potio ferro duro calefiat; insigne remedium cito experietur.

47 Leporis ventriculum cum fimo suo vino vetere lavabis, ita ut sordes ipsae ibi sint et misceantur, aut si in ventriculo non inveneris, pilulas de fimo ipsius inpares numero tritas cum vino vetere dysinterico dabis bibendas.

48 Ad ventris fluxum masticem albam teres et in potionem mixtam mittes et calefacies bene ipsam potionem in
49 aqua calida et bibendam per triduum dabis. Herbam plantaginem colliges ac teres et sucum eius cum vini veteris potione, si non febricitabit, dysinterico per triduum dabis.

50 Ad ventris fluxum vel ad dysintericos iam desperatos remedium sic: Vermem, unde coccum tinguitur, teres et cum vino vetere optimo potionem mixtam et calidam per triduum dabis.

51 Ad dysinteriam sive torminosos et qui deiectionem nimiam patiuntur remedium sic: Ovorum vitellos coctos sive incoctos, uvam agrestem acidam et gallas pari mensura tere ac permisce et bibendum medicamen tepens trade.

52 Frumenti tosti grana inpari numero, similiter hordei et pisae, cum mellis despumati hemina misce et

2 caldae] calda. 3 ipsius. 4 dabis (*repet.*) bibendum. 6 schisti] cisti. 12 ut] et. 21 calefacias. 29 dysinteria. 33 hordei *om.*

tere et dysinterico per uncias singulas diebus singu-
lis dabis.

Coliculos ex aceto coctos, alii spicas quattuor pur- 53
gatas, ova incocta duo simul contere et adice vini ve-
teris heminam et fervefactum medicamen dysinterico da
bibendum.

Ficum duplicem et palmam pinguissimam cum vini 54
veteris hemina ad tertias decoque et piperis albi triti vi-
ginti grana admisce et tepidum dysinterico potui dato.
Vestem ovi delicatam interiorem siccatam contere, vino 55
misce et cola et ex aqua calida dysinterico da bibendam.
Lac caprunum fervens, adiecto polentae quantum satis sit, 56
cum fuerit quasi tenuis pulticula, dabis cui supra bibendum.

Coagulum leporinum ex vino dilutum tepidum dysin- 57
terico da bibendum, de quo coagulo si singulos scripulos
in singulis ovis sorbilibus ieiuno per triduum dederis, mire
subvenies. Vini veteris faeces et iocineris caprini frustum 58
sufficiens in ollam rudem mitte et facito, ut bulliat, atque
inde ieiuno cyliaco sufficienter da bibere.

Bulbus Africanus rubicundus contritus adiecto vino, 59
quod ferro duro candenti calefiat, potui datus cyliacis me-
detur. Palumbum ferum ex passo concoque atque inde 60
potiones singulas cyliaco per triduum da bibendas. Ad 61
cyliacos herba plantago et lentiscus separatim ex aqua
coquuntur, postea in unum permiscentur et tunc adiecto
aceto cum pane in cibo sumpta prosunt. Herbae vettoni- 62
cae in umbra arefactae tunsae cribrataeque pulvis cum
vino potus cyliacis plurimum prodest.

Mali granati cortex siccata tunditur et criblatur et 63
pulvis ex eo miscetur cum ovorum vitellis tribus diuque
in morem panis subigitur ac fricatur atque inde panis for-
matus in foco coquitur et sic manducatur. Qui si propter
nimiam austeritatem offenderit, cum lenticula sine oleo
cocta adiecto acerrimo aceto a ieiuno manducari debet,
quod eo plus proderit, quo propensius fuerit manducatum.

10 interiores. 21 datur. 22 conquoque. 32 quoquitur.

64 Herbae quinquefoliae radix in umbra arefacta con-
tusaque et ex vino polentae vice pota mire cyliaco suc-
65 currit, sed febricitanti ex aqua calida da bibendum. Caprae
silvaticae iecur carbonibus inassatum et per se sumptum
cyliacos remediat idemque arefactum et tritum et cum vino
66 potui datum certissime auxiliabitur. Caseus siccus trans-
marinus vetustus adiecto sili Gallico et sorbis aridis dili-
genter omnibus tritis et cum vini veteris austeris cyathis
67 duobus potui datus cyliacos mire sanat. Vituli adeps ex
femina sublata cum aquae cotylis tribus decocta et sor-
bitionis more sumpta cyliaco plurimum prodest.

68 Cyliaco et ei, qui eiectionibus vel doloribus acutis
alvi variis vexabitur, potenter succurres, si muliebre
lac quam plurimum ieiuno potui dederis, donec persa-
69 netur. Haedinum coagulum magnitudine fabae in vino
myrteo remissum et ieiuno cyliaco potui datum efficaci-
ter prodest.

70 Membrana, quae est in ventriculo gallinae, siccata et
trita et cum vino austero cyliaco ieiuno potui data mede-
tur, ita ut ipsa gallina prius vel biduo abstineatur a cibo
et qui potionem accepturus est, ante diem fruge sit et
71 non cenet. Ova in aceto cum testis suis macerata et alio
die in patellam infusa ibique tostata cyliacis in cibo data
plurimum prosunt.

72 Pulticula fit ex alica prius tostata quam accipiat aquam;
infusa vero aqua cera remissa illic mittitur et dum ex-
73 coquit coagitatur et a cyliaco calida sorbetur. Galla Com-
magena comburitur et cinis eius extinguitur vino con-
74 tritusque ventri cyliaci inlinitur, statim subvenit. Flos
hederae tribus digitis sumptus diligenter tritus et ex vino
75 austero cyliaco potui datus medetur. Sevum ovillum de-
coctum in vino austero et calidum potui cyliaco datum
manifesto remedio erit.

76 Laridi veteris pinguis — III, mellis boni despumati
tantundem, vini veteris austeri cyathos tres, ovorum cocto-

4 iecor. 10 cotilis. 25 exquoquit. 30 haedere.

rum vitellos tres in unum permiscebis simulque tam diu
teres, donec ad crassitudinem mellis adducas; deinde in
pyxidem condes atque ex ea, cum opus fuerit, cyliaco
nucis avellanae magnitudine ex vino, si sine febre erit,
si febricitabit, ex aqua calida dabis; mire celeriterque
subvenies.

Ova decoquuntur ex aceto, donec indurescant, et vi- 77
telli eorum tostati cum pipere esui cyliaco dantur, cito
medentur. Caseus ovillus vetustus in cibo sumptus vel 78
rasus et cum vino potus cyliaco medetur. Cocleae cum 79
testis suis contritae duae et ova cruda duo et passi cyathi
duo, aquae cyathi tres, simul permixta omnia ac diu coagi-
tata et in vaso fictili calefacta ad modum potionis cyliaco
data medentur. Serpentis exuviae cum rosaceo decoquun- 80
tur in vaso stagneo et postea tritae ventri cyliaci utiliter
inlinuntur.

Ad omnes epiforas ventris caseum vaccinum mollem 81
calidum inponi oportet, quo tempore dysintericis potiones
ferro candenti calefactas dari convenit. Glus taurina aqua 82
calida resoluta cyliaci ventris inflationi utiliter inponitur.

Gravissimum ventris vitium est ileos, cui maximum 83
remedium est discerpti vespertilionis sanguis inlitus ventri.

Frequentissime evenit, ut ex qualibet causa subitus 84
dolor ventris exsistat; sed qui talum leporis secum habue-
rit, huiusmodi casum, id est subitum dolorem ventris, num-
quam incurret. Dysintericis medetur aqua, in qua pilulae 85
cupressi decoctae fuerint, cum vino austero epota. Aqua, 86
in qua lauri folia fuerint decocta, potui sumpta intestino-
rum doloribus medetur.

Ad profluvium et incontinentiam ventris remedium 87
sic: Malva circumfossa ferro, quod ex utraque parte acu-
tam aciem habeat, et praecisa a superiore ad inferiorem
partem, id est usque ad radicem, deinde radix eius in-

1 vitellus. permiscebis *Stephanus:* permisces. 3 pixidem. 4 abellanae. 8 tosti *Cornarius.* 9 sumptos. 20 inflationi *scripsi:* inflatione. 23 subitos. 26 dysinthericis. 27 epota] est pota. 32 praecisam.

voluta panno rubro portata ab eo, cui remedio opus est,
88 profluvium ventris eius inhibebit. Betae conbustae et in
pulverem redactae atque subactae cum aceto et a pectore
laborantis inguinum tenus inlitae validissime adstringunt
89 profluvium deiectionemque ventris. Ros marinum cum creta
molli tritum et cum aceto modico ventri inpositum alvi
90 profluvium sistit. Rubi spinae radices et coliculi teneri
cum vino Amineo austero ad tertias decoquuntur atque
ex eo vino cyathus ad diem ieiuno ventris profluvio labo-
ranti potui datus optime medebitur.

91 Herba oxylapathos cum semine suo arida contrita et
ex vino calido pota magnum incontinentiae ventris prae-
92 stat remedium. Pruni silvatici bacas corticemque ac ra-
dicem eius arboris in unum ex vino ad tertias decoques
atque ex eo singulos cyathos ad diem deiectionis taedio
93 laboranti ieiuno potui dabis. Iris Illyrica, id est Mace-
donica, quae fuerit gravissimi ponderis, contundatur et in
pulverem cribratum tenuissimumque redigatur atque ex eo
mensura acitabuli unius dimidiati cum passi cotyla una
permisceatur et coagitetur atque inde cocleare unum cy-
liaco mane ieiuno detur, ita ut et a cena abstineatur;
mirifice proderit.

94 Si quis tortiones subito pati coeperit de ventris ni-
mietate, pedes suos in aqua calidissima quam diutissime
teneat, statim sanabitur.

95 Sanguinem caprunum si polentae furfuribus adiecta
resina miscueris atque emplastri modo ano ventrique ad-
posueris, pondus omne et libidinem deiectionis efficaciter
reprimes.

96 Iecur verrinum recens conbustum contritumque ad
summam levitatem cum vino, sed sine sale potui datum
efficaciter subprimet nimiam deiectionem.

97 Leporis sanguis recens defusus et cum polenta coctus
98 et datus dysinterico ilico ventris profluvium sistet. Hir-

1 robro. 10 medibitur. 11 oxilapathos. 16 ilirica. 19 acitali (*sic*). cotila. 26 furfuribusque.

cinus sanguis exceptus et coagulatus ac super carbones
assatus in cibo datus mirabiliter profluvium ventris emen-
dat. Cervini cornus de ipsis radicibus, quae capiti haerent, 99
scobis lima tenuissimus factus et ad dragmae mensuram
cum vini austeri cyatho datus sistet nimios ventris fluo-
res, si vel triduo iugiter bibatur. Panis anticus ex lacte 100
capruno decoctus et more sorbitionis ventris fluxu labo-
ranti bis ad diem datus cito succurrit. Aqua, in qua cor- 101
tices fabae ad tertias decoctae fuerint, si bibatur, pluri-
mum cyliaco proderit. Folia fici arefacta sole, deinde con- 102
busta et in cinerem redacta atque ex vino austero potui
data ventris fluxum efficaciter sedant.

Medulla vaccina cum farina tenui subacta et velut 103
excoctus panis cibatui data mire dysintericum sanat, maxime
si et caseus bubulus recens manducetur. Adipem capru- 104
num de renibus sublatum misce cum polentae furfuribus
atque adice illic cyminum et anethum et acetum aequis
portionibus atque ex aqua decoque et colatum sorbitio-
nis more dysinterico dato sumendum, mire celeriterque
subvenies.

Lac ovillum, quod candentibus glareae lapidibus in 105
ipsum lac demersis excoquatur, dysinterieo potui cum
ipsis lapidibus datum mire prodest, ita tamen, ut prius
de ipso lacte serum omne tollatur.

Iecur hircinum missum in ollam novam cum vini 106
austeri cotylis sex ad tertias decoctum, sed dum excoqui-
tur conpunctum, ut umor eius cum vino permisceatur,
postea dysinterico potui datum efficaciter prodest.

Dysinterico et torminoso et ei, qui iam corruptum 107
sanguinem egerit, saluberrimum medicamentum est tale:
Alei spicae IIII et ova duo incocta in unum teruntur his-
que additur vini veteris sextarius et coquitur ad tertias;
inde ieiunus, quam plurimum potest, si biberit, effica-
cissime intra triduum sanatur. Spondogos est lanugo 108

1 coacolatus. 4 scopis. 14 dysinterico. 16 *post* furfuribus *add.* facta. 18 sorbitionibus. 21 *post* lapidibus *add.* id est. 26 cotili. 27 et humor.

quaedam, quae in rosa silvatica solet nasci; eam tritam
cum vino austero desperatis iam dysintericis potui dedi
mirantibusque compluribus saepissime de abrupto peri-
culo liberavi.
109 Torminosis malvae Graecae albae radix trita potuique
110 ex mero vel per se sola data remedio est. Farinae hemina,
ovorum vitelli tres, piperis grana XX contrita in unum
miscentur et subiguntur; panis ex his formatur et in foco
coquitur, torminosis esui datus plurimum prodest.
111 Milefolium contritum si quis torminosus ex aqua fri-
gida, prout virtus aut aetas eius se habebit, biberit, cele-
112 riter sanabitur. Lotos, unde tibiae fiunt, in scobem secta
vel rasa atque ex eo pulvere cocliaria tria cum aceto
scillitico torminoso ieiuno in potione data mirifice prosunt.
113 Torminibus maximo remedio est lactuca, si decocta cum
cimino trito et oleo manducetur.
114 Sal tritum, senapi tritum, ovum crudum in unum
vas mittuntur et testa ovi ipsius oleo viridi repletur et
in ipsum vas defunditur; similiter et mellis despumati
et vini austeri singula testa ovorum plena funduntur et
simul universa cocleari diutissime permiscentur et tepe-
115 facta torminoso bibenda dantur, celerrime prosunt. Ruta
cum hysopo in aqua ad tertias decoquitur atque eadem
aqua in potione vini a torminoso salubriter mixta potatur.
116 Malum Punicum in olla gypsata clausum in furno con-
bures et postea diligenter teres atque in pulverem tenuis-
simum rediges, quem repones et paratum habebis, ut cum
opus fuerit ad subitas tortiones cum vini potione detur;
prodest continuo.
117 Si quacumque causa tortiones quis pati coeperit, mellis
optimi libram decoquat ad tertias eique addat vini cya-
thos tres et aquae anethinae cyathos tres et coagitatam
ac tepefactam hanc potionem ieiunus bibat; continuo
118 sanabitur. Fabam integram frictam calidam in acetum

3 cumpluribus. 9 essui. 10 torminosis. 14 scillito. 20 singulae testae ov. plenae *Cornarius*. 23 ysopo. 32 *vocabula* aquae anethinae cyathos tres et *om.*

acerrimum mittat et madefactam torminosus manducet, cito
sanatus erit.

Ad profluvium et incontinentiam ventris remedium sic: 119
Spongeam, quae in pruno silvestri vel in spina aut in rosa
silvestri nascitur, colliges et supra vatilum tostabis et dili-
genter teres atque in calicem mittes ac desuper ovum in-
coctum defundes et bene permiscebis, deinde super vati-
lum candentem defundes et coques ac laboranti cyliaco
quasi ovum tortum manducandum dabis.

Bacae olivarum in vino tritae cyliacis recte propinan- 120
tur; portulaca quoque ex aqua fervefacta e polenta aspersa
conditur; inde offae complures si edantur a dysinterico,
plurimum iuvabitur. Ungula porcina conbusta ad cinerem 121
et trita postera die ex vino hausta mirabiliter dysinterico
prodest. Cinis criblatus aceto commixtus ventri et reni- 122
bus imis calidissime inlitus certissime ventris abundan-
tiam stringit. Rana viva si ventri torminosi adponatur, in 123
eam vitium confestim transire dicitur. Torminosis salu- 124
berrime aqua marina per clysterium infundetur, si mole-
stia diutina fuerit.

Fimus columbinus tritus ex melle ventri inlitus alvi 125
incontinentiam stringit. Iuniperi bacae tritae ex vino nigro 126
potui datae conprimunt alvi nimietatem.

Caput caprunum cum pilis suis contusum atque dis- 127
coctum ciboque sumptum rupta interius intestina dicitur
glutinare. Pilos leporinos adiecto melle conprehendes at- 128
que inde globulos parvulos facies; hi singuli saepius glut-
titi intestina quamvis perniciose rupta certa coniunctione
conectunt.

Verbasci radicis corticem detrahito eiusque contritae 129
sucum per linteolum expressum ex aqua aut vino biben-
dum dato, omnia interiora vitia, quae ex frigore aut la-
bore aut pectoris lumborumve dolore nascuntur, mira effi-
cacia sanabis.

1 torminosos manducit. 9 ovi turtum. 11 porcacla. aspersa] asper. 12 cumplures. 16 habundantiam. 17 rana] anas *Plin.* 22 iunipiri. 26 gluttinare. 27 globulus parvolos.

130 Serpullum ad pondus victoriati argentei tritum bene valenti ex vino, febriculento ex aqua potui datum omnes ventris dolores sedat.

131 Humanum lotium vetus adiecto croci modico, ut odor eius occultetur, ignoranti potui datum quamlibet veteres in visceribus latentes morbos sanabit; vomitu enim inritato et eiectionibus concitatis omne vitium valenter expurgat.

132 Ut explorari possit, ex latentibus morbis qui sit ille, qui vexat infirmum, conprehendique qualitas vitii et pars viscerum possit, catulus fetae canis lactens die ac nocte cum eo qui laborat accumbat; is postea sectus inspicitur translatusque in eo morbus haud difficile notatur ita tamen, ut aeger ei lac de suo ore frequenter infundat; eum tamen catulum', cum fuerit exsectus, obrui oportet nec ab re est, si triduo idem catulus vivens cum aegro maneat; vitium enim aegri transire in eum usque adeo certum est, ut moriatur catulus hominemque morbis latentibus relevet.

133 Ad dysintericos solitaneos cocleam plenam cum testa sua vivam teres, ad cuius pondus infra scripta trita miscebis, id est casei veteris quantum est cocleae dimidium, ovi medullam in aceto coctam, panem candidum vetustum vel tostum vel, quod est melius, nauticum, rutam, piper ex vino; quod cum prius ferro candenti calefeceris, potui sine aqua ministrabis, sed et bacas myrteas adicies. Haec omnia conteres et in potione vini veteris ieiuno dabis.

134 Ad eos, qui sanguinem per intcstinum iactant vel per corruptum corpus inferius effundunt, remedium sic: Herbae urticae masculae summitates teneras colliges et contundes sucumque eius expressum per triduum ministrabis bibendum; si autem cum aqua frigida aut aceto acerrimo aut posca frigida id ius mixtum dederis, quamvis desperatos de supra scripta infirmitate protinus liberabis.

2 putui. 16 ab re] habere. 20 solitanos. 22 vetus. 23 canditum. 25 ex vino *om.*

Lac caprunum ex coagulo temperabis et dum tepet, 135
antequam penitus constringatur, dysinterico bibendum dabis;
cito remediabitur.

Remedium ad tortiones: Fasianum vivum in vino ne- 136
cabis dabisque ex eo vino bibere ei, qui patitur tortiones;
confestim remediabitur.

Confectio cydonitis ad dysintericos et cardiacos sic: 137
Oleum in vaso duplici coques, quod dum in igni est et
fervet, operitur alio vase, in quo cydonea divisa ponuntur;
oleum tam diu calebit igne subiecto, quamdiu poma super-
posita excoquantur, tum oleum solum servabitur, quod
supra dictis infirmis ad perunctionem et escam utile erit;
cydonea quoque ipsa esui dentur cyliacis ac dysintericis.

Iniectio ad dysinteriam: Amuli — III et lactis ca- 138
pruni cocti pro modo quantum visum fuerit adicies et
ita iniectionem facies. Sevi hircini — II, olei viridis 139
sextarium dimidium, haec simul in duplici vaso remissa
et calefacta inicies.

Epithematium ad ventrem stringendum sic: Floris 140
uvarum — II, rosae siccae — I, masticis — I, aloes — I,
gallae — I, aluminis schisti — I, acaciae — I, cerae
P. I, myrtini olei P. I, picis — III. De his omnibus tunsis
cribratis atque permixtis magdalia facies, quae in panno
denso aut phoenicio induces, et sic uteris ad ventrem.

Item aliud epithematium ad ventrem restringendum 141
sic: Florem uvae omfacum, rosae florem, aloen, gallas,
alumen schistum, acaciam, mali granati florem, balaustium,
masticem aequis ponderibus teres et vini myrtini quan-
tum ad coniungendum pulverem sufficiat admiscebis; dactu-
lorum quoque carnes purgatas et vino infusas subiges et
cerotum myrtinum facies ac sic omnia permiscebis et mag-
dalia facies, quibus ita uteris, ut supra scriptum est.

7 cardiacos] coeliacos *Cornarius*. 8 vaso] vas. et fervet] effervet. 13 essui. 17 vas. 21 scisti. 22 mirtini. 24 finitio. 27 scistum. 28 mirtini. 32 facias.

## CAP. XXVIII.

**Lumbricis et tineis et interaneis causis id est tenesmo et ad rosus ventris et strofum vel intestinis ruptis eorumque doloribus remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.**

1 Verum remedium ad tineas necandas et eiciendas: Per triduum aleum quam plurimum edat qui hac molestia laborabit et betaceos coctos et caseum mollem manducet; post hoc autem felicis Macedonicae aridae contusae cribratae X VIII cum melle, quantum ipse voluerit, sumat et post horas quattuor dentur ei aloes et scamoniae singulorum X semisses ex aquae mulsae cyathis quattuor; cum vero coeperit desurgere, aqua calida ei supponatur, qua postea elui et foveri debet.

2 Ad lumbricos depellendos satis commode facit Santonica herba, quae absinthium dicitur, si vel viridis cum aqua ad tertias cocta potetur vel sicca trita ex melle manducetur; cornus quoque cervini limati lima lignaria scobis, quantum IIII vel V cocliaria sint, ex aqua, in qua decoctus fuerit ipse scobis, potus ad cyathos III mirifice facit; rapi etiam seminis cyathus ex passi cyathis tribus pridie maceratus, deinde tritus et datus aqua exigua adiecta infinitum medetur.

3 Tenesmos est inritatio ultimae partis directi intestini, in quo vitio saepius libet desurgere sine causa. Proderit ergo ad hoc vitium depellendum, quotiens desurrexerit quis, ut vino austero mixto cum aqua calida se foveat. Verbenae et myrtae et olivae ramulis iunctis, ita ut duae partes myrtae sint, simulque decoctis uti convenit aqua frequentius ad subluendum; quin etiam penicillum tinctum eo liquore et non nimis expressum atque ano adpositum proderit vel eodem modo globulus staminis adpositus iuvat; diutius enim vaporem continet. Perungendus

*tit.* intestino.
1 negandas. 6 detur. 7 cyathos. 13 scopis.
23 mirtae. duo. 25 penicellum.

autem anus erit specillo lycio Patarico vel Indico ex calido vino.

4 Collyrium hoc iniciendum, quod et ad omnem deiectionem et tormina bene facit, conficitur sic: Acaciae et mali granati corticis usti, singulorum Ӿ quaternos, hypocistidos et rhus, quo coriarii utuntur, et opii, singulorum denarios senos, omphaci Ӿ IIII S, croci Ӿ IIII. Teruntur haec omnia et cribrantur diligenter, postea vino austero colliguntur vel temperantur et fiunt collyria magnitudine nucleorum pineorum et cum opus fuerit, ano iniciuntur.

5 Ad lumbricos prosunt huiusmodi compositiones: Serpulli Ӿ IIII triti in cremore lenticulae, quantum sint cyathi duo, dati vel ipsa sola per se lenticula, si quis eam aceto infusam coctam comederit. 6 Serpulli triti Ӿ VIIII, absinthi Ӿ II, clematitidos Ӿ I et duae tertiaeve partes victoriati, nitri Ӿ VII, lupini farinae Ӿ VII, salis Ӿ IIII, terrae mali Ӿ IIII, fici aridae Ӿ IIII. Haec omnia colliguntur vino austero atque ex his finguntur globuli fabae magnitudine, ex quibus dantur ieiuno aut post cenam octo vel novem cum aquae mulsae cyathis tribus.

7 Conpositio, quae facit ad tineas et lumbricos eruendos, sic: Serpulli Ӿ II, coriandri Ӿ S, samsuci Ӿ S, nitri Ӿ S, cucurbitae silvaticae interioris, sed quod est sine semine, in pulverem redactae Ӿ S, mali Punici inmaturi et adhuc obstricti sive corticis eius triti Ӿ S, rutae tertiam partem et sextam victoriati ponderis. Melle colliguntur haec omnia, dantur ex his globuli septem, quantum fabae Aegyptiacae magnitudo est, vel cum aqua calida vel ex vino, si sinceritas erit, et ieiuno et post cenam.

8 Ad lumbricos necandos remedium mirum sic: Seripbi Ӿ IIII, cucurbitae silvestris interiora trita Ӿ II, lupinorum farinae Ӿ VIII. Ex aqua fiunt globuli fabae magnitudinis, dantur robustae aetatis septem, pueris terni vel quini cum mulsa aqua.

1 spicillo. 6 denariorum. 18 globoli. 27 globolis. 30 serephi; *cf. Apul. herb.* 101. 33 *fort.* aetati.

9 Ad tineas necandas remedium competens sic: Filicis radicis aridae, nasturci seminis Ӿ septenos, coriandri seminis Ӿ V, nitri Ӿ II. Haec omnia trita dantur ieiuno cum aquae mulsae hemina.

10 Mali Punici sucus radicis vel foliorum eiusdem aqua
11 decoctus potuique cum sale datus tineas necat. Marrubii
et absenthii et lupinorum paria pondera in aqua mulsa
cocta ieiuno bis aut ter potui data adversum tineas et
12 lumbricos plurimum prosunt. Farina lupinorum decocta
ex aqua et more cataplasmatis ventri inposita lumbricos
vel tineas necat.

13 Ad lumbricos et tineas eiciendas remedium potens sic: Ervi, filiculae radices purgatas ad uncias singulas seorsum tundes bene in pila lignea, deinde adicies inulae radicis ♀ VIII, ammoniaci unciam et coriandri seminis manum plenam et euforbi Ӿ III. Has omnes species seorsum conteres bene usque ad summam levitatem et si viridis fuerit radix filiculae, quando illam tundes, sucum eius exprimes et ipsum admiscebis. Facies pilulas magnitudine ea, qua ano inici possint, ipsasque factas infundes in cervesiae novae sextariis duobus et mellis cyatho; quod si in ea provincia faciendum fuerit hoc medicamentum, in qua cervisia non est, ex aqua dabis, in qua myrta cocta sit ad sextarios duos, aut cum sapae mixtae sextariis duobus atque ex eo temperabis potionem et dabis bibendam; intra horas IIII deiciat oportet vermiculos vel tineas; ante triduum sane iubebis eum cibari alio et pane per se et tantummodo poscam bibere.

14 Inflationibus intestinorum prodest vel serpullum potum ex vino nigro vel cuminum silvaticum tritum ex vino nigro vel aqua pota apiastri, quod Graeci erotion vocant, per se data vel sucus eius vino mixtus vel origani radices contunsae ad Ӿ I ex vino datae vel ruta trita ex aquae cyathis IIII pota vel eiusdem decocta radix cum

2 nasciturci. 6 datur teneas. marruuii. 9 prosunt] prodest. 13 filiciculae. 15 radices. 18 quando] quomodo. 20 cervesiae nova. 23 cervisia *h. l. sic.*

aceto et melle data vel puleium similiter potum vel sili-
quae Syriacae folia vel roris marini aqua decocta vel petro-
silinum ex vino tritum datum vel origani decocti aqua
vel anesum tritum, quantum tribus digitis conprehendi
potest; prodest etiam nitrum cum vino aut aceto datum
— tollit enim protinus inflationem et dolorem intestino-
rum — vel lauri folia trita vel eiusdem bacae aut flos
ex vino potus aut panacis radix ex vino pota; sed pana-
ces non solum intestinorum dolores, verum etiam cholera
sanat. Prodest ex vino vel aceto ferventi apii semen tri-
tum datum ieiuno vel terrae mali X I tritus potus ex vino
vetere vel hysopi aut origani virgulae quinque cum vini
hemina fervefactae et ieiuno potui datae.

Fomentum, quod prodest intestinorum doloribus, sic: 15
Acetum aut aquam, in qua ruta incocta fuerit, calidam
ventri et umbilico inpones; discutit enim confestim et
sedat dolores.

Carmen ad rosus sive hominum sive animalium di- 16
versorum sic. Palmam tuam pones contra dolentis ventrem
et haec ter novies dices: Stolpus a caelo cecidit, hunc
morbum pastores invenerunt, sine manibus collegerunt,
sine igni coxerunt, sine dentibus comederunt.

Ad lumbricos egerendos felle caprino madefactam la- 17
nam umbilico adpone; idem facit et fel taurinum sic ad-
positum necnon brassicae semen tritum ex vino vel aqua
ita oportebit adponi. Ad lumbricos et tineas coliculis ex 18
aqua coctis origanum admiscebis ac ieiuno bibendos in
die tres cyathos dabis.

Ad ventris rosus remedium sic: Piperis albi — I, 19
cymini saccati — I, rutae folia viridia — I, nitri ℈ III,
euforbi permodicum. Haec omnia melle et aceto pariter
permixta in pilulas ad modum fabae rediges et bibendas
paulatim, cum opus fuerit, ieiuno ex vino mixto dabis.

Si ventriculus perversatus fuerit alicui, aquam bibat, 20
unde pedes laverit suos, et de lana ovis, quae a lupo

8 panacae. 9 cholera (*sic*). 21 colligerunt. 23 egerendus.

occisa fuerit, ad ventrem suum alliget; de herba quoque,
quae muris auricula dicitur, novem folia tollat et cum pi-
peris granis VIIII terat et ex aqua bibat per triduum.
21 Talus quoque leporis ventriculo subligatus dolorem eius
22 excludit. Lenticulae hemina in aceto madefacta et cibo
23 potuique data ieiuno extinctos lumbricos eximit. Malva
cum senapi cocta et in calice posita ac sorbitionis modo
24 saepius gustata succurrit molestiis lumbricorum. Grano-
rum de malis Punicis dulcium acidorumque sucus expres-
sus passo eiusdem mensurae inmiscetur potionesque duae
de permixto fiunt et una ante cenam datur, alia post
cenam, postera die tertiave lumbricos vel tineas poten-
ter expellit.

25 Stercus caprinum aridum tritum adiecto melle potui
26 datum ex aqua calida mire producit tineas. Cervini cornus
conbusti cinis tritus ex aqua potus tineas potenter ex-
27 pellit. Rafanus ex aqua ad tertias decoquitur eaque vino
28 mixta ad extirpandas tineas utiliter bibitur. Radix inulae
in vino decoquitur, deinde sucus eius exprimitur potuique
datur ad tineas enecandas; sed ea radix posteaquam eruta
29 est, terram non debet adtingere. Aleum in oenomeli de-
coctum et voratum proderit lumbricis vel tineis necandis;
aqua quoque, in qua lupini decocti fuerint, addita ruta et
30 pipere trito potui data medetur. Acini sive corymbi hede-
rae tres contriti in oxymeli utiliter adversum tineas bibun-
tur aut ventri inlinuntur.

31 Absinthi sicci Santonici conbusti cyathum unum, corni
cervini conbusti cyathum unum, apii seminis triti cyathum
unum miscebis et ieiuno, qui tineas lumbricosque patie-
tur, ex aqua calida potui dabis moderatus mensuram iuxta
aetatem sumentis.

32 Ad lumbricos eiciendos remedium mirum sic: Satu-
reiae fascem bonum cum aquae S III mittes in vas am-
plum et diligenter claudes, postera die colabis et addes

3 et *ante* ex *om.* 23 fuerit. 24 putui. 30 mode-
ratam *Cornarius.* 32 lumbricus. satureiae] saduregem.

pteridis tunsae et aloes tunsae diligenter dragmas binas et mellis despumati quod sufficiat; inde iunioribus iuxta aetatem dabis, senioribus plusculum et adicies colofonii dragmam unam, ita ut qui remedium sumunt carne abstineant per illos dies et aleum manducent.

33 Coriandrum viride vel eius semen decoques in aqua, in qua lupinos prius coxeris, et cum inde adversum tineas vel lumbricos ieiunus sumpseris potionem, vectaberis aut deambulabis.

34 Nasturcii seminis coclearia quattuor, filicis quae in arbore nascitur P. I, agarici — III, iuniperi — III, coriandri seminis S I, ex radice Syriaca P. I, corni cervini usti — IIII, nitri Alexandrini — III, scamoniae — III, tithymalli P. I, haec omnia tundes et cribrabis, miscebis et reposita habebis et cum opus fuerit, dabis tinearum vel lumbricorum molestia laborantibus in potione poscae gelidae iuxta aetatem, sed digestissimi ab omni esca hoc remedium accipere debebunt.

35 Acori tunsi, erucae seminis, coriandri sicci seminis, cardamomi cocliaria quaterna, iuniperi — III, absinthi Santonici P. I, hysopi — VI, corni cervini usti — II, dictamni P. I, filicis, quae in arbore nascitur, siccae P. I. Omnia haec tunsa cribrataque miscebis et recondes et cum opus fuerit, pastillos facies fabae magnitudine et dabis ei, qui laborat molestia lumbricorum, ut edat in ficu, etiam sicca; abstentus tamen pridie, ita ut sit digestissimus, cum hoc remedium sumit.

36 Ad lumbricos eiciendos remedium sic: Aristoloci longi contunsi 𐆖 II cum aquae cyathis duobus ieiuno bibendos per triduum dabis; nucleos quoque de persico amaros ieiunus edere debebit qui lumbricis vexabitur.

37 Ad ventris dolorem remedium efficax sic: Sordès de cardine ostii tolle digitis duobus, pollice et medicinali, et

3 colophoniae *Cornarius.* 7 *post* in qua *repetit* in quo. 14 tithimalli. 26 diiestissimus. 28 aristolochiae longae contusae *Cornarius.* 29 cyathos. 30 persico amari. 33 ostii] ustei. digitis] diligentis.

38 super umbilicum laborantis adpone. Bacas lauri tres cum
herbae vincae cocliaribus tribus pariter contundes et adi-
cies vini calidi cyathis tribus et colatum bibendum dabis
39 ei, qui ventris dolore vexabitur. Corrigia canina medius
cingatur qui dolebit ventrem, statim remediabitur.

40 Contra ventris dolorem argimoniae herbae radicem
palo ligneo effodito eamque tritam ex aqua bibendam dato.
41 Lychnum ardentem umbilico superpone et desuper cucur-
bitam medicinalem aut calicem oblongum, si cucurbita non
fuerit, admoveto et paulisper contineto, confestim dolorem
42 ventris avertes. Puleium commanducatum et ad umbilicum
positum atque illic alligatum, ne cadat, dolorem omnem
43 ventris continuo discutit. Anethi seminis paululum con-
44 tritum ex aqua potum internos ventris sedat dolores. Ni-
trum aceti cyathis duobus liquefactum et potum dolorem
intestinorum potenter avertit.

45 Quotiens dolor et contractio intestinorum ventris orie-
tur, vespertilionis sanguine ventre manu perfricato et ad
46 praesens subvenies et in totum annum medebere. Piperis
grana LXXX contrita et ex aqua pota mire tollunt ven-
47 tris dolorem. Si cui in via aut in loco aliquo difficili
subitus dolor ventris aut intestinorum fuerit, lotio suo
48 degustato continuo sanabitur. Si quis talum leporis secum
habuerit, inmunis a dolore ventris et periculo huiusmodi
perpetuo permanebit.

49 Ad intestina rupta leporinum stercus atque etiam pili vel lana eius de subventrili cum melle decocta ad magnitudinem fabae gluttienda frequenter data quamvis perniciose ruptis intestinis celeriter medetur, ita ut etiam tenuiora, quae fuerint disrupta, glutinet, sed adsidue hoc medicamine utendum est, donec periculum omne tollatur.

50 A d  c o l u m  m i r u m  r e m e d i u m. Colo et omnibus intestinorum doloribus et tam hominibus quam iumentis ex hac re laborantibus efficacissime subvenit avis galerita,

7 bibenda. 11 poleium cummanducatum. 18 vespertillionis. 19 medere. 27 magnitudine. 32 Colo et omnibus] *Hinc incipit apud Cornarium cap.* XXVIIII.

quae Gallice alauda dicitur, sive ipsa assata in cibo suma-
tur sive cum plumis suis combusta redigatur in cinerem
atque ex eo diligentissime trito terna cocliaria ex aqua
calida potui per triduum dentur.

Unicum est intestinum ossifragi mirae naturae, quod 51
omnia devorata citissime conficit; huius pars extrema col-
ligitur et reponitur et cum opus fuerit, ventri laborantis
alligatur, miro remedio omnes intestinorum dolores citis-
sime sedat.

Lupi stercus dummodo non in terra inventum, sed 52
supra fustem aut supra astulas aut supra iuncum colliges
et servabis et cum opus fuerit, laboranti colico alligabis
ad brachium vel ad collum in osse aut in cypro aut in
auro clusum licioque suspensum; sed prius ex ipso ster-
core pusillum ignoranti ex aqua calida bibendum dabis;
mire celeriterque subvenies.

Ovum recens crudum summiter apertum defundes et 53
eius testam oleo viridi implebis et defundes; similiter lotio
puerili implebis et defundes mellisque tantundem defun-
des, tum diligenter omnia permiscebis et in aqua calida
tepefacies ac ieiuno bibenda dabis. Haec potio non solum
stercus vetustum, quod dolores intestinis facit, verum
etiam lumbricos eiciet et ardores praecordiorum febres-
que sedabit.

Erucae semunciam conteres et ei, qui lumbricos patie- 54
tur, ex vino vetere candido ieiuno et digestissimo bibendam
dabis, satis proderit.

Ad interaneos morbos serpulli pondus victoriati ar- 55
gentei contritum et ex vino potui datum, febricitanti autem
ex mulsa aqua tepida internos dolores ventris potenter
emendat. Verbasci radicis corticem detrahito et contun- 56
dito ac sucum eius per linteum exprimito eumque ex
aqua mulsa aut vino bibendum dato; omnia interaneorum

2 cumbusta. 6 collegitur. 8 minorem medio. 15 pisillum. 19 *verba* mellisque tantundem defundes *apud Cornarium ante* similiter lotio *collocata sunt.* 26 candito. 28 et argentei. 29 et *ante* ex *om.*

vitia, quae ex frigore aut labore aut indigerie erunt, miri-
57 fice sanabis. Lotium humanum vetus adiecto paululo croco,
quod odorem eius emendet, ignoranti potui datum quam-
vis veteres et latentes interaneos morbos et vomitu et
deiectionibus concitatis potentissime sanabit.

58 Laborantibus tenesmo, id est qui de perfrictione ad-
sidue sedere cupiunt et nihil deiciunt, lac bubulum de-
59 coctum frequenter potum maxime prodest. Holus discoctum
cum sale plurimum sumptum adversum tenesmum iuvat;
ostrea quoque ex mulso et pipere cocta utiliter acci-
60 piuntur. Potio asperso plurimo pipere sub noctem calidis-
sime sumpta summo remedio adversum tenesmum esse con-
61 suevit. Senectus anguis cum oleo rosaceo decocta in vaso
stagneo atque inlita ventri, si tamen illic non sit exulce-
ratio, tenesmo remedio est.

62 Ius piscium marinorum in patina cum lactucis cocto-
63 rum utiliter adversum tenesmum sorbetur. Aqua marina
ex alto hauritur et servatur in vetustatem ac postea cum
vino austero bibitur; deinde rafani manducantur, ut sit
64 vomitus facilior, qui tenesmi causas effundat. Herbae vet-
tonicae folia in umbra arefacta et tunsa cribrataque ad
scripulum unum ex aquae calidae cyathis duobus pota
optime prosunt absque his, quibus ex cruditate intestina
65 torquentur. Herba, quae pycnocomon dicitur, trita ex passo
vel mulso vel caroeno epota intestinorum dolorem pro-
66 tinus sedat. Scillae albae — I et myrrae victoriati pondus
adiectis aridis ficis duobus in unum subiges et ieiunus ex
67 vino mero sumes: protinus ventris dolore relevaberis. Lauri
teneri folia tunsa et in austero vino trita convulsi utilis-
68 sime potant. Stercus verrinum per se collectum arefactum-
que et cum vino potui datum efficacissime convulsos et
reumata sanat.

2 paulolo. 12 tenesmo. 18 auritur. 24 pycmon, *correxi*. 25 carino. 26 Scillae] *Totus hic locus a* § 66 *usque ad cap.* XXVIIII § 6 *exceptis verbis* ad coli inflationem — cyathis quattuor, *quae sunt in* § 4 *eiusdem capituli, apud Cornarium desideratur.* mirrae. 30 potantur. 32 thremata.

Rafanus in partes multas secatur et sale minutissimo 69
inspergitur cumque diu ita permanserit, excusso sale cum
oxymeli manducatur et supra aqua marina potatur; hae
res vomitu citato stomachum saluberrime purgant. Cymini 70
Aethiopici semunciam, floris nitri semunciam ex vino mixto
dabis bibere, praesentaneo remedio subvenies ventris do-
lori vel strofo laboranti. Filicem in qualibet arbore in- 71
natam avelle ita, ne terram tangat, et dolenti inter ven-
trem et fasceam pone, ilico ventris dolore relevabitur.

Ad rosum ventris praecantum utillissimum. Manus 72
sinistrae pollicem supra ventrem premes et dices: adam
bedam alam betur alam botum. Hoc cum novies dixeris,
terram eodem pollice tanges et spues rursumque novies
et iterum tertium novies dices et per novenas vices ter-
ram continges et expues. Hoc vero praecantum et homines 73
strofo vel rosu laborantes et iumenta relevabit, si adhibea-
tur sic. Manus planas super renes pones et dices ter:
alabanda alabandi alambo. Cum ita dixeris, supinas manus
sub ventre eius pones et iterum idem dices vel prius aversas
manus sub ventre eius pones et cum ter dixeris, ad renes
planas manus pones et ter praecantato loco rursum sub
ventre manus perferes et idem tertio dices.

Item ad rosus tam hominum quam iumentorum prae- 74
cantatio sic. Pollice sinistro et duobus minimis digitis ven-
trem confricans dices: Stabat arbor in medio mare et ibi
pendebat situla plena intestinorum humanorum, tres vir-
gines circumibant, duae alligabant, una revolvebat. Hoc
ter dices et ter pari modo terra contacta expues. Si
iumenta carminabis, intestinorum mulinorum vel equorum
vel asinorum dices.

4 vomito. scitato. stomacho. 7 arborem. 8 avelle ita ne *scripsi:* avellane. 9 illico. 13 pollicem. 16 rosu *scripsi:* roso. 17 dicis. 19 dicis. 25 mare (*sic*). 26 sidula.

## CAP. XXVIIII.

### Ad colum et ad ileon remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

1 Bene facit ad ileon, quod vitium est inflatio tenuium intestinorum, galbani X semissis devoratus, sed in pilulas divisus duas vel tres; movet enim ructum et interdum deicit ventum deorsum atque ita prodest.

2 Ad idem vitium mirifice prodest hoc medicamentum, facit autem et ad lateris dolorem et ad omnem partem corporis interioris, accipit haec: Dauci seminis, panacis radicis, castorei paria pondera, rutae silvaticae dimidium; contusis his speciebus mel decoctum, quod sufficiat, adici oportet atque inde dari X singulos aut victoriati pondus ex aquae calidae cyathis tribus aut duobus.

3 Optime facit ad ileon huiusmodi medicaminis per anum inmissio. Malvam et faenum graecum cum aqua oportet bene coqui atque inde sumi heminam. Item in oleo secundario incoquere rutam debes quam plurimam et hinc heminam calidam adicere priori aquae. Quibus utrisque admisceri convenit afronitri semunciam et ita per clysterem calidum medicamen inmitti. Hac ego iniectione iam stercus per os eicientem quendam, quod signum mortiferum est, sanavi. Est autem vitium periculosissimum ileos et hoc ideo inter praecipua remedia refertur; quamobrem cum magna fiducia hoc genus vitii hoc medicamine sanandum adgredi debemus.

4 Ad coli inflationem bene facit cymini silvatici semen per se ut est datum tritum quantum cocliaria tria in aquae calidae cyathis quattuor.

5 Nam Cassi medici colice vera multis nota propter effectum haec est, ut ab eius servo Admeto accepi legato Tiberi Caesaris, qui eam solitus erat componere sic: Apii seminis semunciam, anesi unciam, castorei unciae sextan-

15 debis *1m* debes *2m*. 17 clistere. 28 Atimeto *Scribon.* accipi.

tem, myrrae unciae quadrantem, spicae nardi Indicae unciae sextantem, opii unciae quadrantem, croci semunciam, piperis longi semunciam, piperis nigri semunciam, petrosilini — I, schoeni — I. Haec omnia contusa cum melle decocto miscentur, datur ex hoc medicamento quantum nux avellana ex meri cyathis quattuor, quod et ipsis primis doloribus et postmodum prodest, id est medicamentum ceroto ex malobathro facto duabus partibus mixtum et totum extra inpositum in ventre plurimum iuvat. Praeterea bene facit et ad stomachi inflationem et ad suspirium et ad iocineris dolorem et ad tussem et ad uvae destillationem. In hac conpositione Acilius Hyginus Cappadox chirurgus Romae dicit adiecta casiae fistulae, apii, cinnami paria pondera et pro pipere nigro album et castorei minus partem tertiam victoriati, quod sic conpositum mirifice facit et ⟨ad⟩ sanguinis eruptionem de stomacho corrupto.

Colice mirifica Iulii Bassi cito levat, dein tollit in- 6
flationes coli et omnis partis corporis; facit et ad stomachi imbecillitates et ad intestinorum alioqui dolorem, quem Graeci strophum appellant, ex aqua hysopum aut rutam incoctam habente. Item bene facit ad sanguinem et ex interiore parte; non enim patitur late fieri nec intus vulnus converti, sed et cito supprimit sanguinem et vulnus cogit coire. Dandum autem his medicamentum ex aqua polium coctum habente aut rutam. Prodest et torminosis et coeliacis datum ex aqua centunculum herbam incoctam habente, quam Graeci gnaphalida dicunt, aut etiam sorbis incoctis aut Syriaca siliqua. Lienosis datur ex mulso vel passo

1 mirrae *in marg. add.; eius in loco est in textu* opii *quod delevi.* spicae nardi Indicae unciae *in rasura.* 4 scoeni. 5 medicamentum. 7 *vocabula* id est *corrupta esse videntur; fort. scr.* idem med. 10 inflatione. 12 conpositionem. 13 dicit] *verba quae sequuntur turbata esse videntur.* 16 eruptione. 18 Colice mirifica] *Haec Iulii Bassi colice non est in codice, in quo vocabula* de stomacho corrupto (§ 5 *extr.*) *excipit compositio, cuius initium est:* Ad coli dolorem faciunt quidem (§ 7).

aqua admixta; eodem modo dandum est et eis, qui sanguinem per urinam vel alvum reddunt, nec minus etiam mulieribus, quae fluore sanguinolento infestantur, quem rhun erythron Graeci dicunt, vel quae ex partu abortuve residuos vulvae dolores habent, et in totum, quibus supprimendus est fluor aut ex aliqua parte corporis inflatio tollenda. Recipit autem haec: Spicae nardi, costi, piperis albi, piperis nigri, piperis longi, myrrae, opii, Apollinaris radicis, cinnami, asari, acori, turis, brassicae seminis, castorei, singulorum denarios XII, opopanacis 𐆖 X, stoechadis, dauci, ameos, singulorum denarios XVIII, silis Cretici 𐆖 XXIIII; melle Attico haec excipiuntur ac miscentur. Datur non plus quam denarii pondus aut victoriati; ceteris, prout cuiusque vires postulabunt, dummodo infra hoc pondus, ex aquae calidae cyathis tribus in noctem secundum cenam. Haec potio etiam febricitantibus tuto datur, verum coeliacis in ipso dolore prodest. Vitreo vase sub signaculo, ut moris est, servatur.

7 Ad coli dolorem faciunt quidem mirifice quae superius posita sunt, sed ut cetera medicamenta in aliis vitiis dolorem levant protinus, ita hoc, quod dicturus sum, supra hominis et spem et condicionem ilico prodest ideoque primo tempore ne fides quidem habetur effectui eius, postea vero a nullo satis digne laudari potest; nam et in praesenti dolorem tollit et in futurum remediat, ne umquam dolor repetat. Raro enim quis iterum aut ut summum tertio accepto hoc medicamento vexatus est; quamobrem si quando repetierit iterum dolor, dandae erunt per triduum et tunc potiones eodem modo, quo et primo datae fuerint. Interdum et in tertio dolore eodem genere potiones dabuntur, quod raro quidem accidet, ut post primam potionem dolor redeat; sed si admonente causa iterum atque iterum data fuerit, in futurum quoque ita remediabit, ut ne suspicio quidem ulla huic vitio relinquatur; si quando tamen

23 ne] nec. quidem *om.* effectui *scripsi:* effectus. 27 medicamentum. 28 danda.

repetierit hoc malum, frigus ex multitudine cibi praecedit gravitatemque quandam et torporem eius loci, id est coli, sed sine ullo dolore sentiendum infert, plane ut tum intellegant, quanto malo caruerint, qui illa molestia liberantur. Hoc medicamento primum muliercula quaedam 8
ex Africa veniens multos Romae remediavit, postea nos per magnam curam conpositione eius accepta, id est pretio dato ei quod desideraverat qui venditabat, aliquot non humiles neque ignotos sanavimus, quorum nomina supervacuum est referre. Constat autem medicamentum ex his rebus: Cervi cornua sumuntur, dum tenera sunt, et quasi in taleas vel partes breves et tenues divisa in olla fictili componuntur operculoque superposito et argilla undique circumdata fornace aut furno uruntur, donec in cinerem candidissimum redigantur, atque ita trita in vaso vitreo mundo reponuntur. Cum dolorem coli habebit aliquis, ante diem abstinebitur quam poturus est medicamentum ab omni cibo atque ita postera die digestus atque ieiunus accipiet ex hoc pulvere cornuum exustorum cocliaria tria cumulata satis ampla, quibus misceri debent piperis albi grana VIIII trita et myrrae exiguum, quod odorem tantummodo praestare possit. Haec in unum commixta in mortario dili- 9
genter agitantur ac teruntur, deinde coclea vera Africana, id est inde allata, sumitur quam maculosissima et viva, si fieri potest, in alio mortario cum sua testa contunditur atque ita teritur, donec nullum vestigium aut aspritudo appareat testularum; postea vini Falerni non saccati cyathus adicitur et nihilo minus rursus teritur, magis enim tunc apparebunt aspritudines, si quae residerint; quibus levatis iterum adiciuntur duo cyathi eiusdem vini atque ita cum priore compositione bene admiscentur, postea transfunduntur quae sunt in mortario in calicem novum, qui calix super aliud vas ponitur ad carbones et adsidue movetur cocliario liquor, ne quid subsidat aut peruratur; ubi

9 ignotus. 12 talcas *e Scribon.*: tabulas. 14 circumdato. 17 puturus. 21 praestari. 32 qui] quia.

bene incaluerit, adiciuntur in eodem calice de his, quae
supra scripta sunt, cocliaria tria et rursum permovetur
10 universa permixtio. Cum autem calore sufficienti tempe-
rata erit potio, dabitur epotanda versus orientem, statim
dolor sine dubitatione cessabit; sed ut penitus aboleatur,
dari potionem similiter oportebit per insequens biduum.
Sed quibus hoc remedium dabitur, cibum in prandio tan-
tummodo aut de tempore in cena exiguum capient, quod
facile conficiant, ne crudi eam sumant: postea vero in con-
suetudinem victus sui remittentur. Oportebit autem reme-
diatos non intemperanter in futurum vinum bibere. Tam-
etsi enim a coli dolore tuti fuerint, metuere nihilo minus
debent, ne alia parte corporis aeque adficiantur ob intem-
perantiam, ob quam utique colo fuerant ante vexati.

11 Antidotus Cosmiana, quae facit mire ad colum, eadem movet urinam et prodest omni adversae valetudini, sanat et inflationes periculosas omnium vel plurimorum intestinorum, quem morbum Graeci ileon appellant; facit et ad hydropicos, conficitur sic: Sorborum semimaturorum 𐆖 X, marrubii suci 𐆖 XIIII, centaureae tenuis suci 𐆖 XIIII, scillae suci 𐆖 XIIII, mandragorae suci 𐆖 VI, hastulae regiae suci 𐆖 VI, opii 𐆖 IIII, laseris Cyrenaici 𐆖 I, polii suci 𐆖 VI, opopanacis 𐆖 IIII, rosae caninae suci 𐆖 IIII, galbani 𐆖 IIII, castorei 𐆖 IIII, agarici 𐆖 IIII, sagapeni 𐆖 X, gummis 𐆖 IIII, artemisiae suci 𐆖 IIII, cicutae suci 𐆖 IIII, resinae terebinthinae 𐆖 IIII, milefolii suci 𐆖 IIII, trifolii suci 𐆖 IIII, vitis albae suci 𐆖 VII, plantaginis suci 𐆖 II, bidellae 𐆖 IIII, draconteae radicis 𐆖 IIII, terrae mali 𐆖 X, rhus Syriacae 𐆖 VI, acori et asari 𐆖 quinos vel senos, meliloti 𐆖 VI, inulae radicis 𐆖 VI, glycyrrhizae 𐆖 VII, erucae radicis 𐆖 VII, panacis 𐆖 VI, cyperi 𐆖 IIII, stoechados 𐆖 VI, iuniperi 𐆖 VIII, abrotoni 𐆖 IIII, chamae-

12 dolor et uti. 15 Cosmiana *1m ut videtur, nunc litteris erasis ab altera manu scriptum est* Cosmae damiani. 16 valitudinis (*sic*). 21 hastulae] ascla. 24 *vocabula* sagapeni 𐆖 IIII, gummis 𐆖 IIII, artemisiae suci 𐆖 IIII *om.* 29 syricae. asari] astri. 30 glycerizae. 31 radices.

cypri X̶ IIII, hysopi X̶ IIII, pulei X̶ IIII, petrosilini X̶ IIII, holisatri X̶ IIII, dauci X̶ VI, apii seminis X̶ VI, pastinacae seminis X̶ VI, feniculi seminis X̶ VI, arotelli seminis X̶ VI, alterci seminis X̶ VI, urticae seminis X̶ VI, radicis in cena quae manducatur seminis X̶ X, balsami seminis X̶ IIII, cachryos seminis X̶ IIII, ervi albi farinae X̶ IIII, piperis albi X̶ VI, piperis longi X̶ VI, carei X̶ VI, rutae silvaticae seminis X̶ IIII, bacarum lauri X̶ VI, amomi X̶ III, malobathri X̶ VI, myrrae X̶ VI, turis X̶ VI, casiae X̶ VI, nardi Syriacae X̶ X, croci X̶ XII, schoeni floris X̶ VIII, saliuncae X̶ VIII, costi X̶ VI, iris Illyricae X̶ VII, cinnami X̶ VI, olei amygdalini X̶ X, opobalsami X̶ IIII. Tunduntur et cribrantur quae in pulverem redigenda sunt, remittuntur diligenter quae mollienda sunt omnia; datur potio nucis avellanae magnitudine ex mulso, febricitantibus vero ex aqua calida; ad auriginem quoque et ad serpentium morsus hoc antidotum satis utile est.

Colice Bassi mirifica, quae prodest sine sopitione, eadem 12 ventris sanat vitia omnia, facit et ad difficilem spirationem et ad internos dolores, conficitur sic: Mandragorae radicis sive corticis X̶ VI, rhus Syriaci X̶ VI, cinnami X̶ VI, acori X̶ VI, brassicae seminis X̶ VI, costi X̶ VI, iridis X̶ VI, piperis longi X̶ VI, piperis albi X̶ VI, cicutae suci X̶ XII, opopanacis X̶ VII, stoechadis X̶ VIIII, dauci Cretici X̶ VIIII, mei X̶ VIIII. Phoebus adiciebat, ut auctor remedii huius refert, myrrae X̶ VI, opii X̶ VI, asari X̶ VIIII, castorei X̶ VIIII. Contusa haec et criblata miscentur et ex melle colliguntur diligentissime universa atque ex hoc medicamento quantum nux avellana est datur cum cyathis tribus aquae calidae, sed post cibum; ieiuno enim non oportet dari.

Coli dolorem avertes, si de lacertarum caudis sum- 13 mitatem tuleris et auro incluseris et ligaveris circa umbilicum aut si de reste ventrem circumcinxeris, de qua

3 arotelli] trodelli. 5 manducantur. 6 cachryos] cachari. 9 mirrae. 10 scoeni. 11 illiriacae. 12 amygdalini *scripsi:* magdalini. 13 pulvere. 18 sopotione. 25 mei] mii. 33 circumcinxerint.

14 quis laqueo vitam finierit. Colum sanat cum pinnis upupa exusta et ex vino cinis eius potui datus; hirundinum etiam stercus in cibo vel in potu sumptum tribuit colo sanitatem.

15 Hoc antidotum sive oxyporium, quod bufagos dicitur, facit ad coli inflationes et ad digestionem, unde mane ieiunus accipies catapotia tria magnitudine grani piperis. Conficitur sic: Nepetae — III, pulei veteris — III, libystici seminis — IIII, petrosilini — I, apii seminis — I S, thymi — I, piperis — VI, mellis optimi non despumati quod sufficiat ad concorporandas et temperandas species adicietur et in dolio vitreo condetur sub signaculo habendum, sicut usquequaque haberi debent universa medicamina.

16 Ad ileon vel colum bacas lauri octo concides et coques in vini subdulcis cyathis tribus et calefactum ex eo poculum ieiuno bibendum dabis.

17 Croci ℈ II, myrrae ℈ II, opii ℈ I; singula quaeque teres separatim et postea simul parata in aqua miscebis atque in modum fabae pastillos factos in anum inicies, mire colo remediando proderit.

18 Satureiae surculos X tolles tribus digitis, conteres et vino Amineo sincero mixtos colo laboranti dabis bibendos, sincerum qui biberit experietur remedium.

19 Publii pastillus colicus: Apii seminis heminam, feniculi seminis quartarium, piperis grana XXVII, satureiae floris vel seminis quartarium; omnia haec diligenter teres et criblabis et cum pipere bene trito permiscebis; deinde in mortario omnia pariter cum vino vetere quantum diligentius teres et facies pastillos XV, quos siccabis; cum siccati fuerint, singulos pastillos coli dolore laboranti dabis solutos in ternis cyathis vini veteris calidi, sed bene eos solves, ut totum ebibi possit; pastilli autem paris ponderis esse debent.

20 Salicis foliorum dragmam cum piperis granis XXI ex vino diligenter teres et triduo tres potiones ex eo biben-

1 utpupa. 2 herundinum. 3 puto sumptus. 7 libistici. 20 coloraborati *1m corr. 2m.* 22 Publii pastillus colicus] folii pastillos duos. 25 et tum piper bene tritum. 30 punderis.

das dabis coli dolore confecto. Herbae vettonicae pollinis 21
℈ VI ex aquae calidae cyathis tribus colico ieiuno biben-
dos per triduum dabis. Plantaginem, quae sine lanugine 22
fuerit, contusam cum sale adponito ad umbilicum colici,
mire proderit.

Anulus de auro texta tunica fit exusta, cui inscul- 23
pitur vice gemmae piscis aut delfinus, sic ut holochrysus
sit et habeat in ambitu rutunditatis utriusque, id est in-
terius et exterius Graecis litteris scriptum: *Θεὸς κελεύει
μὴ κύειν κόλον πόνους.* Observandum autem erit, ut, si
in latere sinistro dolor fuerit, in manu sinistra habeatur
anulus, aut in dextra, si dextrum latus dolebit; luna autem
decrescente die Iovis primum in usum habendus erit anu-
lus. Ad coli dolorem requires fimum lupi et ossa, quae 24
ibidem inveneris, contundes et pulverem ex his facies et
in aqua frigida ieiuno bibendum dabis.

Ad coli dolorem die XII kal. April. violas mane col- 25
ligi facies et teri in mortario diligenter, postea in mor-
tarium ipsum mittes vini veteris potiones VII et cum tem-
peraveris cum violis, a die supra scripto potiones per septem
dies continuos dabis, sed cautus esse debes in violis col-
ligendis, quia pleraeque sunt noxiae.

Ad coli dolorem scribere debes in lamina aurea de 26
grafio aureo infra scriptos characteres luna prima vigen-
sima et laminam ipsam mittere intra tubulum aureum et
desuper operire vel involvere tubulum ipsum pelle ca-
prina et caprina corrigia ligare in pede dextro, si dextra
pars corporis colo laborabit, aut in sinistra, si ibi causa
fuerit, habere debebit; sed dum utetur quis hoc prae-
ligamine, abstineat venere et ne mulierem aut prae-
gnantem contingat aut sepulcrum ingrediatur, omnino
observare debebit; ad ipsum autem coli dolorem peni-
tus evitandum, ut sinistrum pedem semper prius cal-

2 bibendum. 6 tonica. 7 olocrisus. 8 rutunditatis (*sic*). et *add. ante* interius 2 *m.* 21 debis, *item* 23. 24 caracteres. viginsima. 28 si *add. ante* in. 30 venire. prenantem.

ciet observabis. Hi sunt characteres scribendi in aurea lamina:

*L Ψ M Θ K I A*
*L Ψ M Θ K I A*
*L Ψ M Θ K I A.*

27 Leporini stercoris pilulas septem tere et cum dulci vino colico per triduum da bibendum.

28 Ad coli dolores mentastri folia, quantum tribus digitis adprehendere potueris, tolles et his adicies feniculi seminis cocliaria duo; haec in unum quam minutissime teres, postmodum addes vini veteris optimi cyathos quattuor, tum calefactam potionem, quantum digitus pati possit, ieiuno bibendam dabis; continuo ventos emittet et deiectionem faciet. Hanc ergo potionem si quis triduo usus fuerit, quamvis graves coli dolores evadet.

29 Gallinam per totum diem a cibo abstineto; dein postero die cum eam occideris, crura eius cum sale et oleo inassato et ieiuno colico, qui se pridie cibo abstinuerit, manducanda dato, mirifice profueris.

30 Corydalus avis, id est quae alauda vocatur, quae animos hominum dulcidine vocis oblectat, cum sua pluma in vaso fictili gypsato in furno posito ita conburitur, ut teri possit; contritae autem tenuissimus pulvis reponitur et cum opus fuerit, ex eo cocliaria duo vel tria cum aqua calida per triduum aut quadriduum dantur; incredibile hoc colicis remedium, quod adeo prodest, ut omnia medicamina merito superare videatur.

31 Stercus aprunum recens in aqua remissum colatumque cum mulsi cotylis tribus et piperis contriti granis LX in tres potiones divisum per triduum datur, ita ut prius corpus eius colici, cui potio danda est, acopo perunguatur, ut perfrictiones omnes coacto sudore discedant; miro
32 remedio sanabitur. Sucinum tundes et ex eius farina duo
cocliaria cum aqua non nimium ferventi bibenda colico

1 caracteres. 6 stercus. 9 adpraehindere. 13 emittit. 14 potione. 15 evadat *1m* evadet *2m.* 17 com sale. 20 coridallus. animus. 29 cotilis. LX] LXL (*sic*).

ieiuno per triduum dabis, efficaciter proderunt. Sanguinem 33
anguillae cum rubello vino duplici mensura coniunges et ex aqua tepida mixtum colico ieiuno dabis bibendum, sed sub dolore dari oportet; nam et praesens remedium feret et in futurum morbo huiusmodi liberabit.

Si adversus colum viro remedium opus erit, de ariete, 34
quem lupus occiderit, fasciolam puer inpubis faciat et inde virum ad corpus accingat; si vero mulieri medendum erit, similiter de ove, quam lupus occiderit, puella virgo cingulum faciat et mulierem circa corpus accingat; efficaciter prodest.

Lepori vivo talum abstrahes pilosque eius de sub 35
ventre tolles atque ipsum vivum dimittes; de illis pilis vel lana filum validum facies et ex eo talum leporis conligabis corpusque laborantis praecinges, miro remedio subvenies. Efficacius tamen erit remedium, ita ut incredibile sit, si casu os ipsum, id est talum leporis, in stercore lupi inveneris, quod ita custodire debes, ne aut terram tangat aut a muliere contingatur; sed nec filum illud de lana leporis factum debet mulier ulla contingere. Hoc autem remedium cum uni profuerit, ad alios translatum, cum volueris et quotiens volueris, proderit; filum quoque, quod ex lana vel pilis, quos de ventre leporis tuleris, solus purus et nitidus facies; quod si ita ventri laborantis subligaveris, plurimum proderit, ut sublata lana leporem vivum dimittas et dicas ei, dum dimittis eum: Fuge, fuge, lepuscule, et tecum aufer coli dolorem.

Euforbi dragmam rediges in tenuissimum pulverem 36
et ex eo partes duas facies, unam cum ovo semicocto ieiuno colico dabis, alteram tertio die similiter facies; mire ac sine repetitione emendabis coli dolorem.

Conpositio colicae primaria: Nardi folii, spicae nardi 37
Indici, amomi, piperis albi, costi, papaveris, lentis Syriacae uncias singulas, myrrae, zingiberis, asari Pontici semun-

2 com robello. 4 oportit. 5 liberauit. 13 demittes. 18 debis. 24 nititidus (*sic*). 26 dimittis] dimittas. 32 folia *Cornarius*.

cias singulas in pulverem rediges et cum melle optimo
despumato quantum sufficiat permiscebis et ieiuno colico
quod satis sit dabis.

38 Conpositio colices ex libro Philonidis, quae etiam
Tiberio Caesari conponebatur, graves et inveteratos dolores
mitigans, mihi quoque experimentis notissima, accipit haec:
Apii seminis heminam, anethi tenuiter arefacti semunciam,
castorei semunciam, myrrae semunciam, nardi spicae se-
munciam, opii semunciam, croci semunciam, piperis longi
semunciam, piperis nigri semunciam, petrosilini semunciam.
Apium pridie macerabis et teres, cetera tundes et cribra-
bis et mista cum apio in mortario diligentissime conteres
et melle despumato optimo conprehendes atque in vaso
vitreo condes; cum opus fuerit, dabis denarios singulos
ex aquae calidae cyathis tribus.

39 Ad coli dolorem stercus bubulum recens exprime per
linteum mundum et sucum eius in qualibet potione colico
da bibendum, statim subvenies; quod remedium efficacis-
40 simum esse multa experimenta docuerunt. Papaver ex
aqua mulsa decoctum dabis colico ieiuno bibendum, con-
festim subvenies.

41 Inter experta subnotatum est hoc colicis mirum re-
medium sic: Fici siccae unciam I, iris Illyricae — I, vet-
tonicae — I in ollam novam mittes cum bisextio aquae
et cum supra scriptis ad dimidias coques et inde hemi-
42 nam dabis ieiuno colico potandam. Herba, quae mile-
folium appellatur, trita ex vino austero nigro utiliter colicis
bibenda datur.

43 Herbam nepetam dextra manu colliges, in quantum
sufficere posse credideris, eamque ad levitatem conteres
et cum vino dulci ac vetere vel Libycensi colico ieiuno
per triduum dabis; sed vini modus sit quartarius, facillime
44 proderit. Fuliginis bene tritae et criblatae ternos denarios
per triduum ex aqua calida ieiuno colico potui dabis.

4 coliaces. 7 eminam. 8 castoreuno. 13 conprehindis. 14 dinarius singulus. 23 uncia. vectonicae. 31 libicensi. 33 ternus denarius.

Lacertum viridem, quem Graeci sauron vocant, capies 45 perque eius oculos acum cupream cum licio quam longo volueris traicies perforatisque oculis eum ibidem loci, ubi ceperas, dimittes ac tum filum praecantabis dicens: Trebio potnia telapaho. Hoc ter dicens filum munditer recondes cumque dolor colici alicuius urguebit, praecinges eum totum supra umbilicum et ter dices carmen supra scriptum.

Praesentaneum colicis remedium sic: Ova putidissima 46 in sole ponito, ut persiccentur; cum aruerint, conteres et minutissime percriblabis et ad praesidium in doliolo vitreo condes cumque in aliquo auspicabitur coli dolor, in hemina aquae calidae dabis bibenda cocliaria tria.

Costum et piper pari pondere tundito et cribrato, 47 inde scripulum unum ex aqua calida colico da bibendum. Stercus murinum ex quocumque liquore ignoranti colico, 48 ne horrescat, bibendum dabis, mirum est.

Subpositoria colice invicta: Myrrae — III, croci Si- 49 culi — II, piperis albi — II, opii Hispani — II. Haec omnia tundes vel conteres et pilulas facies magnitudine fabae solidae et tres subpones; habebis sane curam, ut aeger dormiat et ne vomat; vomitus enim concitare consuevit.

Ad coli dolorem remedium physicum sic: Stercus ovis 50 montanae mense Septembri deficiente luna pridie inclusae mane excipies et sole durabis atque in pulverem rediges et habebis in vaso vitreo sive stagneo; cum usus exegerit, cocleare plenum colico ex aqua calida, si febricitaverit, si sincerus erit, cum vino per triduum dabis.

Ovis agnum, quem primum pariet, manu excipies, ita 51 ut terram non tangat, et de fronte eiusdem agni lanam tolles, sed et de ipsa ove et verris, qui coitum cum scrofa faciet, semen eadem lana excipies, ita ut terram non tangat, et includes lanam cum semine verris in lupino aureo vel tubulo et alligatum in brachio vel mediis partibus corporis colico suspendes.

4 coeperas. filium, *item* 5. 7 umbilico. 16 orrescat. 21 consuetur.

52 De novem coloribus, ita ut ibi album vel nigrum non sit, facies ex singulis singula fila et omnia in se adunata acu argentea per oculos catuli novelli, qui nondum videt, traicies, ita ut per anum eius exeant; tum ipsa fila in se counata torquebis et pro cingulo ad corpus mediis partibus uteris; catulum sane vivum confestim in flumen proicies.

53 Ad colum remedium physicum sic: Canem de sterculinio aut de aliquo sordido loco iacentem expellat et fuget qui patietur coli dolores et statim illic mingat, ilico remediabitur.

54 Iniectio ad coli empneumatosim sic: Olei anethini — VI, butyri exsalati — III, nardi — II; haec permixta et calida per clysterem infunduntur.

55 Ad colum sanandum remedia infra scripta de Pros-
dochi medici remediis electis: Lotium ichneumonis cum
lacte vaccae nigrae dabis in impetu coli potandum, con-
56 tinuo subvenies. Iniectio ad colum sic: Colocynthidas duas
et rutae et faenograeci et bacarum lauri quantum satis
existimaveris in aqua coques diu et addes mellis parum et
57 ita inicies colo laborantem. Olei rutacei heminam, asphalti
Iudaici — IIII, castorei — IIII terens permiscebis et sic
58 inicies colicum. Alii caput purgatum tritum infundes pici
liquidae atque ita inicies, statim sedabitur coli dolor.

59 De experimento ad colum: Rubi foliorum sucum et capparis sucum aut rhamni et mellis tantundem miscebis et dabis plenum ex eo cocleare aut nocte aut satis mane colico potandum.

60 Iniectio ad colum sic: Butyri cocleare unum, cedriae cocleare unum, opii quanta ervi sit magnitudo, olei P. I, in quo bacae lauri XV tunsae et cymini quantum manu capias cum speciebus supra scriptis infusis et diligentissime tritis coquantur; ex eo qui laborat coli vitio inicietur, ita ut prius calidam aquam bibat.

5 counata torquebis] connataturque bis. 10 fugit. 12 empneumatisim. 14 clistere. 32 supra scriptis] subtis. 34 calida aqua.

Confectio iniectionis ad colum sic: Opii draḡ. VI, ca- 61
storei draḡ. IIII, myrrae troglodytidis draḡ. I, croci draḡ. I, nitri draḡ. II, euforbi draḡ. II, rutae silvestris draḡ. II, mellis quantum denseri omnia possint. Quibus permixtis trochiscos diligentissime factos servabis et cum necessitas fuerit iniciendi, adicies olei anethini — VI, butyri exsalati — III, nardi — II. His omnibus de trochiscis, quorum descriptio superius continetur, adicies quantum fabae granum est, in aqua modica solutum et ita hac iniectione diligenter uteris.

## CAP. XXX.

### Ad ventrem resolvendum et omnes eius difficultates necnon et ad cholera proicienda vel inhibenda sales et potiones et catapotia cathartica diversa de experimentis.

Quoniam interdum res postulat et per alvum detrahere 1
materiam omnis umoris sive hydropis sive diutinae lippitudinis secundum sanguinis quidem detractionem, qua et scabiem et ignem sacrum et papulas habentibus subvenitur — nam maxime phlebotomo huiusmodi circa cutem summam vitia innata sedantur — itaque non tam alienum iudicavimus horum quoque genera exponere, sed prius dicemus, quae alvum mediocriter molliant et quae sint ad hoc simplicia remedia.

Mollit ergo alvum herba Mercurialis levibus holeribus 2
quam plurima mixta. Item mollit alvum nitri X semissis mixtus cum resina terebinthina et avellanae nucis magnitudine devoratus. Caules quoque V vel VI cum salis granis totidem et apii semine paribus mensuris decocti in vino

2 troclodidis 5 diligentissime *scripsi:* diligentissimos. 6 buteri.
*tit.* et ad sales conficienda et potiones et catapotia cathartica remedia phoesica et rationabilia diversa de exp.
15 phleutomo. 18 quae *ante* alvum *om.* 21 item] ita.

non austero molliendo ventri plurimum prosunt, si et ipsi manducentur et ius illud bibatur ante cibum, ut inter prandium et cenam alvum leniter molliat.

3 Ovilli lactis sextario si quis adiciat cnici purgati X IIII et discoctum ita ebibat, molliet ventrem. Quidam tribus heminis vini adiciunt aloes X semissem et ita totum per partes aqua mixtum bibunt, ut molliant ventrem. Solvit autem alvum utiliter ipsa aloe per se victoriati ⟨vel⟩ denarii pondere ex aquae cyathis tribus vel frigidae vel calidae epotata.

4 Purgat optime ventrem chamelaea herba, quae folia similia olivae habet, quorum quinque vel sex dari oportet trita ex aquae mulsae cyathis quattuor frigidae, si adsuetus erit, cui remedio opus est, sin minus, calidae ad-
5 iecto salis cocliario; detrahit enim largiter bilem. Purgat bene alvum filicis radix lota et rasa atque in minimas particulas concisa ad semunciam aceto aspersa, deinde cocta, ut solet holus coqui, et ita cum panis uncia consumpta.

6 Purgat bene haec conpositio ventrem: Aloes X semissis, colophoni X S; una teruntur haec, adicitur mellis quod satis sit ad colligenda ea. Datur ex aquae calidae vel frigidae cyathis IIII. Hoc medicamentum stomachum non conrumpit.

7 Globuli mirifice purgantes ventrem, qui ut sumuntur, ita integri deiciuntur nec laedunt stomachum, conficiuntur sic: Colophoni X IIII, bidellae X II, gummis X II. Haec trita lactucae suco colliguntur et finguntur pilulae magnitudine fabae, dantur a tribus pilulis usque ad septem, prout cuiusque vires patientur.

8 Globuli, qui etiam cenanti dantur et efficiunt mane ventris deiectionem quantum satis sit, sic: Colophoni X III, aloes et tragacanthi binos; hoc pridie aqua maceratur, postero die ceteris admiscetur; fiunt inde globuli fabae magnitudine, dantur a tribus usque ad VII; prosunt plurimum ventri et stomachum nullo modo vexant.

1 ventri *Stephanus:* ventre. 4 cnici] cicni. 8 vel *addidi e Scribon.* 18 quoqui. 20 colophoniae *Cornarius semper.* 29 cenatis *Scribon.*

Cucurbita silvatica trita, quam Graeci colocynthida 9
vocant, detrahit per ventrem et pituitam et bilem luridam,
nonnumquam et atram deorsum versus vocat, si cum mulsa
aqua detur. Item cucumeris anguini radix et eius quem 10
edimus detrahit bilem; sed anguini radicis cortex eandem
vim quam veratrum habet, nisi quia paulo remissior est,
et multo magis viribus caret quam cucumeris, quem edi-
mus. Anguini ergo cucumeris dari oportet X VI S ex
aqua mulsa, detrahit enim pituitosa et biliosa, cucumeris
quem edimus radicis dari oportet X IIII similiter vel sparti
seminis tantundem; similiter et iridis radices datae prosunt.
Item thapsiae radices pituitam et bilem detrahunt nec 11
minus epithymon; praestant hoc melius, quod atriora et
acriora deducunt; et herba urceolaris quae appellatur de-
trahit biliosa et aquatiora; nam cunila, quam Graeci oni-
tim vocant, detrahit aquatiora per vomitum; aquam vero
solam deducit mori lacrima vel radix incocta potui data.
Iris calefacit, solvit, purgat, concoquit, ulceris quoque in- 12
terni duritias mollit et ventris stricturas movet. Irinum 13
oleum per clysterem inmissum pituitosa et aquata et puru-
lenta et atra deducit; polion vero biliosa et atra oleo cha-
maemelino mixto per sellas deducit; scamoniae sucus solam
detrahit bilem, datur ex aqua ad denarii semissem et tertias
eius cum salis X quinque, sed stomacho infirmo non convenit.
Elaterion purgat sursum per vomitum, aquam vero 14
deorsum et pituitam et bilem omnis generis deducit; plus
autem eius quam victoriati tertiam partem non oportet
dari; cyclaminos vero detrahit per sellas pituitam et aquam;
hippophaes detrahit pituitam et liquores aquatos, datur eius
uncia cum aqua mulsa; eiusdem quoque lacrima victoriati
ponderis data ex aqua mulsa bilem purgat, nam radix tan-
tum aquam deducit.
Centaurei tenuis sucus, quantum nux avellana recipit, 15
potus ex aqua mulsa ventrem solvit. Item herbae ipsius

6 veratri. 7 et *om.* 12 thapsiae] thiasi. 13 ephytimon. 15 cunicla. onecon. 20 clystere. 29 hippophaes] hippomanes. 33 centaureae *2m.*

tritae X III ex sale et exiguo aceto dati cum aquae cya-
this VI biles deducunt. Meconidos quoque herbae sucus
cyathis duobus datus detrahit bilem. Cucurbitae domesti-
cae sucus cyathorum trium cum vini albi calefacti hemina
datus et olei semuncia detrahit pituitam et bilem, sed
oportet, quibus hoc purgatorium datur, ut postea quam
16 plurimum deambulent. Damasonii radix detrahit sursum
deorsumque pituitam atque bilem et ex vino et aqua mulsa
data; sed si per sellas aliqui magis voluerit purgari, sucum
17 sumat, si sursum versus, radices eius accipiat. Veratri
nigri radicis X semissis et eius tertia portio pota ex vino
passo per sellas detrahit bilem; veratri vero sucus albi
ad mensuram denarii unius potus ex passo detrahit pitui-
18 tam et per vomitum et per sellas. Chamelaea, quae dicitur
restis olivae, aquam detrahit, calfacit enim plurimum; eadem
prodest hydropicis et elephantiam habentibus, si quis eius
seminis grana numero XX dederit ex aqua mulsa; eius-
dem folia tenera trita et in globulos redacta aquam movent,
si quis ea per anum iniecerit; prosunt enim et ad duritias
ventris laxandas et ad morbos interaneos depellendos.

19 Purgatio ventris, quae facit ad lumborum dolores et
ad omnium febrium molestias depellendas, accipit haec:
Scamoniae X IIII, veratri nigri, anesi, afronitri, nardi Syria-
cae, casiae, cinnami, singulorum X binos; dantur haec trita
et mixta cum aquae mulsae hemina, datur interdum vel
ex aceto vel ex melle vel ex aqua sola; abigit etiam con-
ceptum feminis praegnantibus datum.

20 Purgatio ventris altera sic: Scamoniae X XII, veratri
nigri X XVI, croci X V, myrrae X VII, cinnami X VII,
panacis X VIII, piperis X V, afronitri X VI; trita haec et
in pulverem redacta melle consparguntur. Datur ex his
X I S ex aquae frigidae vel calidae cyathis tribus.

21 Ad ventrem laxandum cucurbitae silvaticae interaneo-
rum, scamoniae, afronitri paria pondera in unum teri

7 damasonis. 14 chamaelea pota quae. 18 globolos.
19 duricias. 25 aqua mulsa. 26 abiit.

oportet atque inde dari globulos tres fabae magnitudine ex calda aqua; convenit autem aqua colligi vel conspergi hoc medicamentum.

Aliud remedium ad ventris purgationem sic: Uvae 22
passae exemptis granis contusae 𐆖 IIII, anesi 𐆖 VIII, elaterii, id est cucumeris, in partes divisi loti et siccati 𐆖 VII, veratri nigri 𐆖 XVI, cunilae seminis purgati interiora 𐆖 XII. Haec in pulverem redacta colliguntur et ex aqua dantur quantum fabae tria grana sunt superque acetum cum melle mixtum bibitur.

Item alia ventris purgatio eiusdem effectus accipit 23
haec: Scamoniae 𐆖 VIII, veratri nigri 𐆖 VIII, cucurbitae silvestris interiora 𐆖 VIII, afronitri 𐆖 VIII, iridis 𐆖 VIII, nardi Syriacae 𐆖 V S et victoriati partem tertiam, myrrae idem ponderis. Pulvis ex his factus melle colligitur; dantur ex medicamento hoc globuli, quantum fabae magnitudo est, ad 𐆖 IIII vel V, quibus devoratis acetum melle mixtum superdandum est.

Ad omnem molestiam febrium et ad lateris dolorem 24
cum febri, item ad lumborum dolorem molestum et adversus liquores glutinosos et spissos per ventrem digerendos recte dabitur hoc medicamentum sic: Cucurbitae silvaticae interiores partes aridas, quae quasi pluma sunt, 𐆖 VI, croci ac panacis 𐆖 senos, marrubii suci 𐆖 VIII, glycyrrhizae 𐆖 IIII, piperis albi 𐆖 VI, piperis longi 𐆖 VI, stoechados 𐆖 VI, schoeni floris 𐆖 IIII, malobathri 𐆖 III. Passo colliguntur trita haec omnia, dantur ex his denarii singuli cum aquae calidae cyathis binis vel ternis.

Solvunt ventrem superposita haec: Cucumeres silva- 25
ticos maturos arefieri oportet, deinde contusos felle taurino conspergi atque emplastri modo inlini alutae aut linteolo spisso ad magnitudinem digitorum quattuor, ut umbilico tantum superponas; quod statim tollendum erit, ubi ven-

1 globolus. 5 elaterii] alterci. 15 collegitur. 20 adversos. 21 gluttinosis. 23 interioris. 24 marruvii. 25 clycerizae. albi VI *omissa denarii nota.* 26 scoeni.

26 trem moverit. Et hoc medicamentum eiusdem rei gratia umbilico superponi oportet aut lateri, quod recipit haec: Cucurbitae silvaticae interiora, quae quasi flocci sunt, aluminis liquidi, characiae, tithymalli, lathyridis herbae, laseris Cyrenaici paria pondera trita felle taurino collecta lateri vel umbilico cum cucumeris silvatici maturi suco eodem modo quo supra scriptum remedium superponuntur.

27 Hiera ad resolutum stomachum et reicientem quodcumque sumpserit conficitur sic: Aloes nigrae X V, masticis X IIII, cinnami, schoeni floris, malobathri, nardi Syriacae, croci, asari, xylobalsami, singulorum X senos. Haec trita vel contusa melle consparguntur et ita reponuntur et cum opus est ad modum fabae cum oxymeli dantur.

28 Purgatio, qua Cosmus medicus frequenter usus est, quae hiera minor dicitur, facit ad omnia, quae supra scripta sunt, conficitur sic: Scamoniae denarii victoriati ponderis partem unam, veratri nigri X I, panacis X S, ex melle consparguntur haec trita; datur ex his quantum nux avellana est ex aquae mulsae cyathis quattuor; globuli quoque supra dicta magnitudine sicci de hoc medicamento duo tresve dantur ieiuno vel post cenam vorandi.

29 Turundis ad solvendum ventrem uti oportet eiusmodi: Fici aridae, pulei, absinthi, aloes, nitri, fellis taurini arefacti ex interiore parte, horum paria pondera melle bene percocto colligi oportet et fingi turundos, qui per anum
30 inmittantur. Item turundi ad ventrem laxandum sic: Cucurbitae silvaticae floccorum interiorum X V, nitri nigri usti X V, fici pinguis pulpae X IIII, mulsae P. I. Cocuntur haec omnia ex mulso diligenter et postea fiunt turundi, quibus et absinthi aliquid admiscetur, atque ita, ut supra dictum est, ano iniciuntur.

31 Herbae peduclariae X IIII, farinae ex lolio X IIII, cum felle taurino liquido et melle percocto miscentur paria

1 gratiam. 4 characiae] coscini. lactoridis. 9 aloes] thallos. 10 scoeni. 15 Cosmos *1m* Cosmas *2m*. 17 pondus. 19 dantur. 26 percoctum.

pondera et fiunt turundi, qui similiter ad laxandum ven-
trem ano iniciuntur. Sucus hastulae regiae admixtus farinae 32
ex tritico, deinde subactus in panis modum et coctus in
furno atque esui datus purgat bene ventrem. Epithymi 33
X VII, salis X V in aqua mulsa si potui dederis, pituitam
et bilem omnem per ventrem detrahes.

Agaricum detrahit per ventrem spissum et corruptum 34
umorem, cuius ut plurimum dantur denarii duo cum salis
denariis duobus potandi ex mulsae gluttis V. Minime hoc
remedium stomachum laedit omnemque purgat umorem
neque sanguinem corrumpit nec si quae partes interius
tument, exulcerat, verum etiam adiuvat; prodest et ioci-
neris tumoribus et quos Graeci περιπλευμονικοὺς appel-
lant. Cucumeris, quo vescimur, seminis cyathus tritus et 35
nucum pinearum purgatarum cyathus contritus et sal cum
melle tritus, in unum mixta haec solvunt ventrem, febres
quoque advenientes inminuunt, morsus stomachi sedant,
acres liquores bilesque reprimunt.

Aqua mulsa ex melle crudo pota ventrem movet, ex- 36
tenuat glutinosa, lieni prodest; eadem intestinis praestat
remedium et venis, quae sunt in proximo circa intestina,
medetur; liquores etiam, qui pulmoni insidunt et difficile
excreantur, depellit; sed stomacho aptius est mel aceto
mixtum, minus enim inflat; efficacior est tamen umoribus
aqua mulsa; magis enim extenuat liquores et iucundius
sumitur.

Absinthium potum movet bilem maxime iocineri in- 37
sidentem, coctum quidem cum aqua sumi debet; nam et
per urinam et per ventrem cruditatem omnem deducit et
stomacho opitulatur et sanguinem spargit; cuius summa
potio est X VI cum salis X III, mellis cyatho uno et aquae
sextario; sed si magis aliquis alvum citare voluerit, salis
X VII admiscere debet.

2 hastulae] astla. 5 potu. 9 gluttis] cyathis *Cornarius*. menime. 13 et quos] quos. pleumoticos. 16 solvuntur. 18 acres] aeris. 20 gluttinosa. 24 umoribus *1m* h *add. 2m supra lin.* 25 iocundius.

38 Dantur bene ad solvendum ventrem potiones vel polenta cum aqua, in qua satureia aut puleium aut thymum aut herba Mercurialis incocta fuerit; sed et haec ita in tribus sextariis aquae decoquuntur, donec ad sextarium perducatur; ad inflationem vero stomachi saliuncam in aqua decoqui oportet et exiguum acetum adici atque ita potui dari.

39 Hysopum ventri movendo vehementius est quam absinthium, datur autem similiter decoctum atque eadem mensura; prodest etiam his, quibus in pectore liquores glutinosi subsistunt, qui et spirandi difficultatem et stridorem stomachi faciunt; item his prodest, qui in toto corpore videntur liquores concretos habere.

40 Alium cum herbae Mercurialis foliis aut semine coctum vel cum ruta et absinthio coctum magis movet ventrem, liquores autem omnes adiectis duabus radiculis veratri nigri etiam in febri datum deducit per ventrem vel sursum versus per vomitum purgat.

41 Embamma, quo venter solvitur, sic: Scamoniae 𐆖 I, zingiberis 𐆖 I, piperis 𐆖 I, nitri 𐆖 I. Haec contusa et cribrata reponuntur; inde cum opus est sumitur cocleare plenum et adicitur embamma factum ex garo et aceto mensurae cyathi dimidii. Ex hoc lactucam aut volvam comedere ieiunum oportet, sed sensim, non universam. Cum quis per ventrem purgatus fuerit, etiam vomat in balineo medicamentum, quo reiecto domum reversus cibum sufficienter et vinum sumat.

42 Vinis uti oportet ad intestinorum dolores factis ex ruta et puleio, apio, origano, aneso, dauco, thymo, hysopo, panace, dictamno, anetho.

43 Sabuci semen tritum cum vino datum et ventrem movet et prodest intestinorum doloribus; chamaeropis quoque semen ex vino datum similiter prodest necnon et chamaepitys trita ex vino pota idem praestat, etiam semen

2 satureia] aut cera. poleium. 11 gluttinosi. 13 concretos] concoctos. 14 alium *1m* allium *2m*. 28 oportit. 29 daucio. 32 chameropi.

balsami potum ex vino iuvat ventrem; calefacit enim viscera et extenuat ac discutit inflationes; prodest et ad hoc nasturcium potum ex vino; nam et calefacit et mollit viscera et urinam movet; prodest et intestinorum doloribus et inflationibus et suspirium reprimit et rupta conponit.

44 Ad ventrem solvendum herbam polypodium teres et in ptisana ieiuno sorbendam dabis, statim solvetur qui acceperit.

45 Ad suppressionem ventris nitri et cumini certum quid aequo pondere ex oleo concorporabis atque inde ad magnitudinem fabae grani maioris in anum inicies.

46 Ad ventrem eliciendum alumen ad magnitudinem fabae resolves et ano inicies, statim omnem duritiem laxabit.

47 Ad ventris stricturas solvendas betaceum concides minutatim cum terrae modico, quod ei dum avellitur adhaeserit, et in ollam coicies et adicies liquaminis optimi et olei optimi et vini quantum aestimaveris necessarium et coopertam ollam super carbones pones; quod cum lento igni fuerit percoctum, nitri unciam unam vel duas minutatim superspargcs et tum sucum illum de olla vel ius cum vino miscebis et bibes.

48 Ut venter facilis sit, nitri perlucidi, stafisagriae, betae, mellis cocti modicum, haec permiscebis atque in modum collyrii rotundi interius in anum inicies.

49 Confectio salis cathartici sic: Scamoniae — III, zingiberis — III, petrosilini — III, salis ammoniaci — IIII, masticis — II, piperis albi — I, ita ut scamoniam coquas, ut minus laedat. Coques enim sic: mittes in pastam et deinde mittes in furnum, ut cum ea coquatur et aliquantulum plus mittes, ut cum cocta fuerit, ad pondus supra scriptum veniat, et cum refrigeraverit, tolles et sic omnia teres et miscebis et ad quod volueris manducandum in convivio pro quibuscumque salibus uteris.

6 pulipodum *1m.* 7 eptisana. 13 duriciem *1m* duritiam 2*m.* 22 stafysagriae.

50 Confectio catapotii: Scamoniae — I, aloes epaticae — II, bidellae 𐆖 VI, euforbi 𐆖 III. Haec omnia in pulverem rediges et postea de caulibus non plantatis sucum facies et sic commiscebis et facies pastillos pusillos et siccabis devorandosque post cenam vel mane ieiuno dabis.

51 Confectio salis cathartici, quam Marcellus ostendit, sic: Salis duri et assati P. I — II, salis ammoniaci P. I — IIII, piperis albi — III, zingiberis — IIII, inulae seminis — II, ameos — III, hysopi Cretici — III, laseris radicis — III, thymi — III, folii — III, apii seminis — III, anesi — III, petrosilini Macedonici — III, origani — IIII, nasturci seminis — III. Haec omnia tunsa cribrata atque in pulverem tenuissimum redacta et in unum commixta repones in vase vitreo et inde quotiens aliquid sumes seu bibes, quasi pro aliis salibus uteris. Emendantur his vitia haec: indigeries, phlegma frigidum, quod de cerebro descendit in stomachum, ad omnes umores supernatantes stomacho, qui de felle rufo concitantur. Ad dolorem quoque faucium facit et ad caliginem, detergit et omnes umores in visceribus contractos, sanat et iecur et splenem et tussem curat et eos, qui vix anhelant, reficit; curat et colum et morbum articularem compescit; digestorium mirificum est, febres cottidianas temperat, febres acutas compescit, id est emitritaicas, quartanas comprimit; mira in omnibus est eius commoditas.

52 Liquamen catharticum quomodo confici debeat: Zingiberis 𐆖 III, petrosilini 𐆖 III, piperis 𐆖 III, laseris 𐆖 III, scamoniae 𐆖 I, liquaminis ꞩ I. Haec omnia permiscebis et sic uteris.

53 Ad ventris facilitatem betas recentes de horto cum sale coque et earum aquam cum vino calidam bibe et ipsas ex oleo manduca; carnis etiam porcinae recentis P. III cum aquae ꞩ V et cum sale coque ad tertias et bibe tepidum ius cum vino.

1 epatitae. 4 commiscebis *Stephanus:* commisces. pisillos. 8 semen. 10 radices. semen. 12 semen. 16 fleuma. 25 eius *om.* 31 coque] quoque.

Ad cholera proicienda herbae, quae Graece dicitur 54
chamaepitys [siricate dicitur syrtu], folia novem mitte in
aquam calidam et bibe, omnia cholera per os proicies;
radicem herbae ipsius percuties ferro et non amplius quam
duas guttas excipies in aqua calida et bibes, omnia cholera
per ventrem proicies; sed cave, ne plus suci huius acci-
pias, ne laedaris; nam et os, si nimius sit, male accipit.

Confectio absinthiati ad cholera et flegmata proicienda 55
et ad ventrem laxandum sic: Nardostachys 𐆖 VI, schoeno-
anthus 𐆖 II, costi 𐆖 VIII, masticis personatae 𐆖 IIII,
absinthi herbae 𐆖 I, croci 𐆖 II, folii 𐆖 VI, vini veteris
Italicos Ꞩ quinque, mellis optimi Ꞩ unum et semis.

Item alia confectio absinthiati cathartici: Vini veteris 56
Ꞩ IIII, rosae siccae 𐆖 II, casiae 𐆖 IIII, schoenoanthus
𐆖 II, folii 𐆖 II, amomi 𐆖 II, costi 𐆖 II, masticis 𐆖 II,
herbae absinthi siliquam unam, croci siliquas IIII, aloes
epatitidos siliquas IIII, mellis optimi Ꞩ I. Haec omnia
separatim tunsa et in pulverem delicatum redacta simul
miscebis et sic excoques lento igne, ne ferveat, et uteris
cum volueris.

Ad bilem reprimendam rafanum ex pipere et lini 57
semine si quis ieiunus manducaverit, fortissime bilem ex-
pressam inhibebit. Fimum vituli recentem, si quis ex vino 58
potui dederit his, quos Graeci cholericos vocant, mani-
festo periculo liberabit. Lenticulam lavato diligenter ex 59
aqua munda, deinde cum aqua nitida fervere sinito pau-
latim et postea ipsam aquam colato et dato cholerico
bibendam, mire proderit. Absinthi viridis — IIII, salis 60
marini — II simul teres et sextario ferventis aquae per-
fundes et tenui linteo colabis atque ipsam aquam labo-
ranti dabis bibendam. Herba Mercurialis pro certo bilem 61
potentissime protrahit, si ea cocta vice holeris vescaris
eiusque aquam, in qua cocta fuerit, adiecto melle pota-

1 choleram proiciendam *Cornarius semper*. 2 camapius. syriace vero pitysorisis *Cornarius*. 8 absinthiati] absinthi. flemata. 9 nardostachis. scynoanthos. 14 scynoanthos. 24 cholicos. 27 cholico.

veris; hoc etiam aegris sine difficultate succurrit; sanis
eadem aqua cum condito, si ita malint, optime datur.

62 Ad cholera reprimenda. Puleium commanducatum su-
per umbilicum inpositum obligatumque supprimere cholera
et intempestivos et continuos vomitus mire constat. Si
de cholera autem tanta concitatio vomitus est, ut con-
tineri non possit, hedyosmi aut erucae ramulos tres aut
quattuor cum mali granati suco contritos absorbendos dato,
63 continuo sedabitur. Vinum myrteum sorbendum dato, pro-
tinus vomitum conprimes; lauri bacas aliquot contritas ex
vino potui datas succurrere cholera laborantibus constat.
64 Mororum de rubis sucus epotus efficaciter prodest cho-
leris reprimendis; caules quantum maiores discocti et ex
65 aceto sumpti similiter medentur. Cydonea bene matura
non cocta in cibo accepta similiter prosunt; bacae itidem
agrifoli tritae cum vino potui datae cito subveniunt.

66 Ad alvum concitandam aizoon herba, quae Latine
sedum appellatur, ex vino contrita potaque plurimum prod-
67 est. Herbae vettonicae in umbra arefactae folia contusa
et in pulverem redacta ad pondus denariorum trium ex
hydromelis cyathis VIIII bibenda per triduum data ventrem
68 sine molestia continuo movent. Brassicae tenerrimae contri-
tae sucum expressum si quis ad sex cotylarum mensuram
adiectis vini cyathis tribus ieiunus biberit, ita ut pridie
non cenet et bene digestus sit, mirifice ac sine ullo
69 taedio alvo concitata purgabitur. Orbicularis herbae, quam
Graece cyclaminon vocant, si quis expresso suco anum
perunxerit, mira celeritate experietur alvi solutionem.

70 Ut purgatione ventris relevato corpore salubriter aeta-
tem agas, alvum hoc genere concitabis. Gladioli radicem
longitudine ac plenitudine digiti pollicis, si feminae reme-
dium dandum erit, si viro, ad crassitudinem duorum di-
gitorum et longitudinem unius dabis derasam et lotam
contritamque valentissime adiectis aquae cyathis IIII aut V,

2 condito *1m* condimento *2m*. 11 cholere. 17 con-
citandam *1m* concitandum *2m*. 23 cotilarum.

quam potionem colatam admixto paululo mellis calefactam
potui dabis. Herbae Britannicae sucus per se solus pro 71
unius cuiusque viribus potui sumptus sine periculo purgat;
quo validius autem purgari volueris, hoc amplius sumes,
ita ut mensuram sextarii non excedas. Lauriculi teneri, 72
id est cymae lauri, cum nepeta adiecto sale contriti et
cum aquae tepidae hemina in potione sumpti concitant
alvum pituitamque et lumbricos celeriter eiciunt. Sabuci 73
coliculi teneri decocti cum oleo et garo manducati ven-
trem continuo solvunt. Aluminis liquidi paululum lana in- 74
volutum et podici subiectum evocat stercus et sine fati-
gatione deducit.

Frequenter experti solutionem ventris adfirmant tali 75
remedio se esse purgatos: Mellis acitabulum et salis triti
tantundem cum aceti sextario uno fervefaciunt atque ita
nocte sub divo caelo sereno vas leviter opertum relin-
quunt et mane, cum pridie cena abstinuerint, cum aqua
quantum sufficiat minutatim bibunt; quo facto non solum
ventris, sed etiam atrae bilis ac rufae taedio absolvuntur.
Serum de lacte bubulo adiecto melle et sale quantum 76
satis sit potui sumptum morantem alvum inpellit. Serum 77
de lacte equino potui datum facile et sine periculo ven-
trem molliter purgat. Asininum lac cum melle potui datum 78
ventrem facile et sine periculo solvit.

Salis marini triti et mellis optimi despumati et aceti 79
scillitici semuncias singulas in unum miscebis et teres et
aquae mundae frigidae quartarium adicies et coagitabis et
ieiunus calefactum leniter bibes; tum deambulabis atque
inter deambulandum calidam aquam paulatim, quotiens vi-
sum fuerit, sumes; potenter hoc remedio ventrem moran-
tem bilesque purgabis.

Malagma purgatorium ad parvulos, si ob infirmitatem 80
potionem purgatoriam bibere aut sustinere non possunt: Lu-
pinos crudos siccos in ollam novam missos in furno torrebis

1 paulolo. 2 brittanicae. 3 vires. 5 teneris. 10 paulolum *1m* paululum *2m.* 26 scilliti. 30 *ante* hoc *add.* per *2m supra lin.* remedium.

siccatosque ac tunsos vel molitos cum felle taurino vel vitulino miscebis et subiges et pro malagmate ad imum ventrem ab umbilico deorsum versus inpones. Nam si super umbilicum inposueris, stercus omne sursum vocabit, inpositum autem deorsum versus et bilem detrahet et pituitam deducet.

81 Sales cathartici sine stomachi iniuria, ut nec intestina doleant, accipiuntur seu in prandio cum esca seu in cena; si autem ieiunus volueris, cum mulso accipies cocleare plenum. Conponuntur sic: Salis ammoniaci — I, zingiberis sicci — I, lasaris radicis — I, scamoniae — I, piperis — I, feniculi seminis — I; teres omnia et criblabis; sane cum volueris, ut vehementius moveat, cocliaria duo accipiat qui alvi difficultate torquebitur.

## CAP. XXXI.

### Ad ani vitia et fistulas podicis et haemorrhoidas remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

1 Lipara ad intertrigines et exasperationem et tumorem ani mirifica sic: Spumae argenteae P. II, cerussae P. II, turis pollinis P. II, aluminis fissi P. I, adipis suillae enervatae curatae P. II, vini austeri veteris S̶ I S, rosae S̶ I S, olei viridis P. S. Teritur spuma et cerussa, alumen ex vino diluitur; deinde adicitur tus in pulverem redactum et cum primum haec levia bene fuerint, oleum et vinum et adipem liquefactam cum rosa supra scripta misceri oportet.

2 Lipara rufa facit ad fissuras ani, quas rhagadas Graeci dicunt, eadem ad omnes eiusdem partis exulcerationes et vitia diutina bene facit, accipit haec: Spumae argenteae X̶ XVI, misui usti X̶ VI, resinae terebinthinae X̶ XII, cerae X̶ VI, cerussae X̶ XVI, chalcitidis ustae X̶ VI, olei myrtei P. I. Omnia diligenter teruntur cum olei pondere

4 vocauit. 5 deducit. 7 cum esca *1m* comesta *2m*. 10 radicem. scamonia. 11 semen.
*tit.* aemorhoditas.
14 lypara *et sic fere semper*. 25 terebintinae. 27 mirtei.

dimidio, tum relicum oleum et cera et terebinthina lique-
facta mortario superfunduntur et concorporantur atque ita
in doliolo vitreo reponuntur.

Ad condylomata ani facit bene elaterium sincere, quod 3
est sucus cucumeris silvatici conpositus in rationem pa-
stilli aceto dilutus et ita adpositus; item propolis per se
subacta et more emplastri inposita plurimum prodest.

Facit bene hoc medicamentum ani vitiis sic: Resinae 4
terebinthinae Ӿ VI, cerae idem; in unum haec coquuntur
quantum oportet et adiciuntur his gagatis lapidis triti
Ӿ IIII; multi et iridis contusae ac vino mixtae et sub-
actae manibus velut farinae aliquid addiderunt.

Hoc quoque medicamentum mirifice prodest ani vitiis, 5
constat ex his: Aluminis Melini Ӿ II, chalcitidis Ӿ I, fae-
culae Ӿ I; teruntur haec omnia diligenter permixtaque
cum opus est vino aut aceto diluta adponuntur. Haemor- 6
rhoidas sic curari oportet, primum ut prodeant totae;
quod ut fiat, anus hoc medicamento perunguetur: Cen-
taurei suci Ӿ II — haec herba Latine fel terrae dicitur
et ubique in agris nascitur; est autem tenuis multorum
ramorum in rectum surgentium, habet florem exiguum
purpureum — absinthi suci Ӿ II, aluminis liquidi Ӿ II,
misui Ӿ I, herbae peduclariae Ӿ I, mellis quantum ad
conprehendenda ea satis erit. His peruncto ano aut lana
tincta interius trusa, cum desederit quis ad sellam et
paruerint totae haemorrhoides, supra scripto medicamento
rursus bene tangendae sunt undique, praecipue radices
earum, quas basis dicunt, de specilli latitudine inlinendae
sunt, subinde inponente medico cumulate medicamentum
et adcrustate inprimente, donec bene conbibant; totum
enim in eo est, ut ab omni parte saturentur. Est autem
hoc medicamentum sic: Chalcitidis ustae Ӿ IIII, aeris floris
usti Ӿ IIII, misui usti Ӿ III, aeris squamae Ӿ II, diphrygis

1 dimidium. 4 condilemata. 5 conpositis. 12 fari-
nam. 22 purporeum. 23 puduclariae. 24 erat. 26 ap-
paruerint *Cornarius*. 28 vasis. specillis. 29 cumu-
latae. 30 adcrustatae. 33 diphrycus.

X̶ II, soreos usti X̶ II, auripigmenti X̶ II. Haec teruntur diligenter atque in tenuissimum pulverem rediguntur et sic ea, ut dixi, haemorrhoidibus inprimuntur undique; post hoc tenue simplex rasum linteolum inponi oportet et super hoc panem autopyrum ex aqua maceratum et tritum rosa illic pro oleo adiecta. Hoc medicamento sine magno labore circa septimum diem cadere coguntur haemorrhoides. Oportet autem bis die panem inponi, nonnumquam et in noctem, si circa eas tensionem senseris, quarto die auriscalpio averso, quam partem cyathiscon Graeci vocant, sensim temptare ac movere eas, quo celerius excidant. Hoc medicamentum omnem carnem ex omni parte corporis exulceratam et excrescentem sine magno morsu tollit.

7 Pulveris Pancratiani confectio ad rhagadia vel exochadia sic: Aluminis rotundi ustulati et siccati — III, aluminis schisti — III, nitri usti ♀ VI, aeris floris ♀ VI. Omnia haec permixta et trita servabis; cum utendum fuerit, cum aceto acri inlines exochadia vel rhagadia, sed adsidue, ut intra quartum diem sanentur.

8 Ad ani vitia et tumores et vulnera conpositio sic: Resinae terebinthinae ♀ XXVII, visci ♀ XII, cadmiae ♀ XII, spumae argenti ♀ VIIII, cerussae ♀ VIIII, misui ♀ VIIII, herbae arnoglossae ♀ IIII, olei veteris libram. Haec universa conteres et miscebis et per dies quantos oportuerit ad locum doloris adpones.

9 Ani vitia omnia optime et citissime curat oleum bombycinum verum, si adsidue inde tangantur, ita ut intra triduum vel quadriduum rhagadia et exochadia stirpitus
10 tollat, si adsidue ponatur. Nucleos de dactulo conbures et conteres quam minutissime et de pulvere eorum loco ani exulcerato sive vulneribus eius et fistulis frequenter in-
11 pones. Herbam polypodium teres et sic in ptisanam mittes et sorbebis ieiunus; hoc et solvet ventrem et anum molliet tumentem.

6 medicamentum. 7 cogantur. 9 tesisionem (*sic*). 14 panchraciani. 16 scisti. floris] flos. 21 visci] sifum. 26 ad *add. ante* ani. 28 ragadia.

Ad rhagadia in ano nascentia: Spumae argenti — I, 12
olei rosei — I permiscebis et adsidue adpones. Planta- 13
ginis folia et radices et herbam centenodiam et rubi sum-
mitatem et mespila et cydonea et nuces Gallas et de salice
frondes, quae tenerrimae fuerint, cum atramento sutoricio
ex aqua coques simul universa adiecta quarta parte aceti
et colabis diligenter atque inde fovebis eas partes, unde
haemorrhoides fluunt.

Rubi summitatem colliges et mala silvestria; rubum 14
autem in mortario teres et silvestrium pomorum sucum
exprimes et pariter miscebis ac fomentum inde factum
calidum haemorrhoidibus adpones. Chartam diligenter exures 15
et cinerem eius sive fuliginem siccam ad fluentem haemor-
rhoidis venam tam diu adpones, donec stringatur.

Ad ficos, qui in locis verecundioribus nascuntur, de 16
orbita rotae collige calvos lapides non praegrandes neque
parvos et pone in foco, ut bene candescant, et lotio in-
fantis eos extingue; postea de ipso lotio locum adsidue
lava, ita ut frequenter mutes et lapides et lotium infantis;
tantum proderit, ut sectione et ferro opus non sit.

Extalem prominentem vino lavari prius, deinde cedro 17
ungi et pollice propelli introrsum oportet.

Ani vitiis omnibus plantaginis radix decrescente luna 18
die Saturni occidente sole collecta vel sumpta et pelli-
cula vel panno phoenicio obvoluta ac licio ligata et lum-
bis circumdata continuo sanitatem praestabit. Sertulam 19
Campanam ex vino aut passo coctam terito et adponito
ad anum eoque vino, in quo sertulam coxeris, et prius
et postea anum foveto, celeriter sanabis. Caro ani super- 20
vacua sine dolore consumetur, si araneorum fila adpones,
quae in vineis inveniuntur.

Cedria, qua librarii utuntur, si anum ficosum et ad 21
sectionem spectantem frequenter vino calido prius elutum
specillo perunxeris atque ita quieveris, mirabiliter carnem

2 permiscebis *Stephanus:* permisces. 5 saturicio. 12 haemorhoides. 15 verecondioribus. 19 leva. lapides] ita pides. 30 adponas.

supervacuam consumes; sed ad sanitatem lenioribus medicamentis postea perduces.

22 Extalem nimis prominentem reprimit gallinaceus vitellus, si coctus integer ab ipso aegro illic calidus adsidue contineatur.

23 Ad fistulas vulnerum in ano vel quae nascuntur in locis verecundioribus terrae mali radix contusa et fistulae inserta aut in pulverem redacta et cum vino vetere inspersa ita prodest, ut celeriter expurget, solidet et ad omnem sanitatem perducat, sine qua nec medici huiusmodi causas curare possunt.

24 Tithymalli contusi sucum ex vino super fistulam vulneris exprimito, deinde fomentum huiusmodi alligato, id est marrubium in cinere calido subcoquito et adiecta vetustissima axungia diu subigito et linteo inlitum calidissimum fistulae adponito et ter aut quater in die fervens medicamen renovato, mirifice proderit.

25 Os humanum contusum et in pulverem tenuissimum redactum cum melle inlitum etiam duratas ani et antiquas fistulas sanat, si per triduum continuum adponatur.

26 Ad nates vel podicem fistulosum olei optimi sextarium, lithargyri selibram, aeruginis libram, turis masculi nigri selibram, resinae libram, mellis sextarii unius quadrantem, aceti S II. Haec omnia in olla rudi simul decoques et more emplastri induces.

27 Ad haemorrhoidas eosque, qui sanguinem deiciunt, porri
sucus expressus ieiuno potui datus haemorrhoidas con-
28 tinuo desinere facit. Adeps cygni haemorrhoidas conprimit,
29 si aut potui detur aut loca inde tangantur. Symphyti
radix, quae herba Gallice halus dicitur, aut commandu-
catur aut usta et trita in potione datur adversum hae-
30 morrhoidas nimium profluentes. Sfongiam marinam exures

3 prominentem reprominentem (*sic*). 12 tithimalli. 14 vetussima. 22 lithargyri] epodagri. 23 sextarium unum quadrans. 26 aemorhoidas. 27 expressi. *verba* continuo desinere facit. Adeps cygni haemorrhoidas *om.* 29 tangat. symphiti.

et in cinerem rediges et criblabis et inde cocleare plenum
in quacumque potione dabis ei, qui haemorrhoidum nimie-
tate vexatur. Ruborum cauliculi teneri tunduntur ex- 31
pressusque ex his sucus in calidissimo sole ponitur, ut
usque ad crassitudinem mellis spissescat; hic haustus effi-
cacissime haemorrhoidum sanguinem sistit. Coagulum cer- 32
vinum degluttitum sanguinem ex intimis profluentem facile
stringit; idem facit et coagulum leporis.

Luna XIII hora VIII antequam exeant vel erumpant 33
mori arboris folia, oculos tres tolles digitis medicinali et
pollice manus sinistrae et in oculis singulis dices: Absi
absa phereos, mittesque in coccum Galaticum et in phoe-
nicio lino conchyliatae purpurae conligabis et dices: Tollo
te hinc totam, haemorhoida, absis paphar, et nudum eum,
cui remedio opus est, praeligamine illo cinges.

Ani vitia et condylomata felle capruno peruncta sanari 34
certissime constat. Malicorium cum vino optimo usque 35
ad duos cyathos decoctum pariterque contritum et malag-
matis modo inpositum potenter ani condylomata persanat.
Butyrum et adeps anserina et oleum rosaceum permixta 36
pulcherrime prosunt ani vitiis. Sanguis caprunus cum 37
polenta inpositus ani vitium omne persanat. Rhagadas 38
canini capitis usti cinis adspersus adiungit et stercoris
canini albi betaeque cinis insertus similiter opitulatur. Iris 39
Illyricae cinis cum melle subactus utiliter inponitur ani
vitiis, si ipsa iris in furno diligenter uratur. Adeps an- 40
serinus cum eiusdem cerebro et oesypo et alumine sub-
igitur et inponitur ani omnibus causis. Carnes ex capitibus 41
mugilum sive mullorum decoctae et cum melle subactae
atque inpositae vitiatis anis plurimum prosunt. Oleum vetus 42
et picem et pollinem triticeam decoque et ano exulcerato
calens medicamen inpone. Radix rubi in vino usque ad ter- 43
tias coquitur eoque vino ani vitia et difficultates foventur.

5 austus. 6 aemorhoidum. 6 quagulum, *item* 8. 12 in coccum] incoctum. phinicio. 13 conchiliatae purporae. 14 totam *scripsi:* tota. 16 condylemata, *item* 19. 27 oesypo] hysopo.

44 Ad ulcera in ano facta chartae conbustae, sed †aenarum eius drag̃. I, auripigmenti drag̃. I, lepidae drag̃. I simul conteres et melle conprehensis uteris emplastri modo.

45 Ad eos, quibus intestinum inprobe prominet, remedium sic: Ebuli suco turpitudinem circumline, cito remediabis.

46 Porrigines ani extirpat tale medicamen: Picis, resinae, cerae, butyri, sevi caprini, argenti spumae, singulorum paria pondera remitte et simul contempera atque ita inline.

47 Ad syringium vel ani vitia lavabis locum vino vetere et teres testum ostrei et sordes intra pullinum ventrem repertas contundes et cocleam vacuam et cucurbitam ustulatam teres diligenter mixtaque omnia, cum in pulverem tenuissimum redegeris, vulneri adpones; mox vitium omne sanabis.

48 Item ad ani vitia prominentia, quae revocari non possunt: Rubi, ubi mora nascuntur, caules teneri et buxi folia et cortex mali granati vel ipsa poma eius et cortex roboris arboris, unde coria conficiuntur, in testo supra prunas ponuntur et intra vas, ubi offertur, fumantia constituuntur, ut supra sedeat infirmus conclusus diligenter, ne fumus foras exeat; quo facto cum conatu anum eidem fumo offerat; in recenti taedio hoc remedium ter factum subveniet, in vetere vero taedio saepius fieri oportet.

49 Ad idem, quod et libidines offerendi et conatus reprimet: Ceparum rotundarum vel etiam aliarum folia aut cortices siccas et picem duram simul carbonibus incendes et vaso, ut superius dictum est, concluso sedebis et conatus dabis, ut fumus et vapor ano suscipiatur, praesens experieris remedium.

50 Conpositio ceroti ad vitia ani sic: Spumae argenti — II, cretae Cimoliae ℈ II, cerae Punicae ℈ II, cerussae — II; quae omnia ad summam levitatem teruntur, tum in vase argenteo cera cum oleo roseo remittitur, sic reli-
51 qua confunduntur. Conpositio ad ani vitia sic: Cecidos,

3 conprehensus. 8 atque ita] calita. 10 testam *Cornarius*. 18 testa *Cornarius*. 20 ut] et. 22 remedio. 25 caeparum. 31 craetae chimoniae.

lepidos, chalcanthi, ⟨stypteriae⟩ schistes, haec trita mensuris paribus melli despumato mixta ad usum huiusmodi servabuntur.

Ad syringium remedium efficax: Olivae medullam cum 52
semine avenae aequis portionibus teres et pulverem ipsum aqua caelesti consperges faciesque ex eo collyria, quae fistulae ani inici possint, quae per triduum iniecta fistulas in profundo positas foras producent, ut postea possint medicamine leniore sanari.

Intestinum extremum quibus prominet et excedit, quo- 53
tiens processerit, totiens vino calido, in quo herba verbena cocta fuerit, admixto tenui lixivo lavari oportebit. Prodest et illud pice liquida perunguere et sic introrsum repelli; bene facit ad hoc et cinis ex sarmento factus atque cribratus siccusque inspersus; alumen quoque fissum tritum eidem loco impositum plurimum prodest.

## CAP. XXXII.

### Paniculis et inguinibus et intertriginibus remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

Malagma, quod discutit strumas, parotidas, paniculas, 1
quas Graeci phygethla vocant, omnes quoque futuras suppurationes dispergit, factas vero aperit; facit et ad dolorem articulamentorum omnium et iuncturarum, praecipue ad lumborum dolorem atque inflationem stomachi vel coli, conficitur sic: Picis Hispanae, aphronitri, resinae pityinae, cerae, lauri bacarum, singulorum denarios XXXV, adipis taurini X XV, ammoniacae guttae X XV, iris X XV, galbani X XV, piperis albi X V. Quae debent liquefieri, dissolvuntur igne et oleo exiguo diluuntur, cetera tunsa et cribrata bene asperguntur tepenti medicamento, quod diu agitando miscetur, deinde manibus subigitur, ut malagma exactissimum fiat.

1 calchanthum. stypteriae *addidi.* chistes. 3 *a vocabulo* servabuntur *codex deficit usque ad c.* XXXIII, 45. 10 excedet, *correxi.* 18 phygethla *Stephanus:* phygethlon *Cornarius.*

2 Malagma ad omnem dolorem corporis, sed praecipue panicularum et omnium articulamentorum, facit et ad podagram; eadem discutit vomicas aut aperit; pectoris quoque concoctioni et causis interaneis prodest et lumborum doloribus, accipit haec: Cerae 𐆖 VIII, ammoniacae guttae 𐆖 X, bdellae 𐆖 X, iris 𐆖 VI, galbani 𐆖 III, terebinthinae 𐆖 V. Contunduntur pilo ordine, quo scripta sunt, omnia; deinde cyprino oleo, quod in imo subsidere solet, colliguntur vel permiscentur; cera in aquam ferventem in minimas partes concisa prius demittitur, ut illic mollescat, deinde subacta manibus in pilam conicitur cum ceteris speciebus atque illic diu malaxatur.

3 Paniculas aperit sevum pecudis cum sale tosto positum; item lacertae cinis vel ipsa divisa adposita; item cocleae contusae vel cinis earum cera admixtus adpositus et fimus columbinus cum farina inlitus prodest.

4 Inguinum tumorem cocleae minutae tritae cum melle
5 inlitae sedant. Ad inguen. Frustum veteris spongiae ad pedem alligabis et radicem alterci sinistra manu digitis medicinalibus sumes et alligabis in alio pede et de cucurbita sicca longa circulum facies et inmisso licio circa pedem ligabis.

6 Panicula ne ad sectionem veniat, remedium sic: Gypsum aqua calida bene consperge, donec in se coeat et spissetur, et sic inpone supra paniculam; deinde chartam superalliga, quae res et aperit eam et sanat; postea utere malagmate molli, ut cito et bene cicatricet.

7 Ad intertrigines excalfactas et dolentes remedium de experimento sic: In mortario plumbeo de pistillo plumbeo missum oleum rosaceum et vitellum ovi tam diu teres, ut spissetur, ita ut de eodem plumbo, dum teritur, pars aliqua misceatur, et cum fuerit spissum, ut emplastrum in linteolo tenero induces et loco trito intertrigini adpones; hoc remedio per triduum, donec locus exulceratus sanetur, uteris.

10 dimittitur *Cornarius*. 11 pilum *idem*.

Adversum inguinum paniculas remedium sic: Nastur- 8
cium cum pice inpositum paniculas discutit; maturis vero
aut maturescentibus paniculis tale medicamen adhibebis,
id est lenticulam et lauri bacas ex tertio iuxta mensu-
ram lenticulae decoques in aqua et diligentissime manibus
subiges et cum lana calidum fomentum adpones, quod
cito ac vehementer et dolorem discutiet et umores no-
xios purgabit.

Ervum vetus in farinam mollissimam redactum et cum 9
melle inpositum paniculis medetur. Mirabile hoc medica- 10
mentum paniculis sanandis sic: Hyoscyami foliorum viri-
dium P. II, resinae pityinae P. II, cerae P. II, adipis por-
cinae sine sale P. II, galbani P. II. Omnia haec tunsa vel
remissa in unum corpus rediges et emplastri modo ad-
pones. Calcem vivam, alii capita duo, vitellos coctos vel 11
incoctos ovorum trium: simul omnia permixta et emplastri
more adposita omnem tumorem et dolorem panicularum
dispergunt et sedant.

Galbanum solum inter principia doloris paniculae ad- 12
positum plurimum prodest. Feniculi farina ex mulsa aqua 13
decocta addita axungia adposita dolorem inguinum sedat;
fimus hircinus cum melle decoctus adpositus paniculis sani-
tatem congruam praestat. Creta Cimolia trita et cum aceto 14
superinducta cohibet panicularum tumorem. Sive incipien- 15
tem paniculam comprimi opus sit sive concoctam dissolvi,
praestabit utilissimum remedium cinis muricum vel pur-
purarum exustarum cum oleo vetere impositus vel super-
ductus. Lupini ex aceto cocti et subacti et pro emplastro 16
adpositi causam panicularum maturant et minuunt dolo-
rem. Ficus Africana vetusta ex vino decocta tunsa vel 17
trita utiliter paniculis adponitur.

Ne inguen ex ulcere aliquo aut vulnere intumescat, 18
surculum anethi in cingulo aut in fascia habeto ligatum.
In sparto vel quocumque vinculo, quo holus aut obsonium 19
fuerit innexum, septem nodos facies et per singulos nectens
nominabis singulas anus viduas et singulas feras et in crure
vel brachio, cuius pars vulnerata fuerit, alligabis. Quae

si prius facias, antequam nascantur inguina, omnem in-
guinum vel glandularum molestiam prohibebis, si postea,
20 dolorem tumoremque sedabis. Surculum quoque ex myrto
21 terra tactum si quis gerat, ab inguinibus tutus erit. In-
guinibus potenter medebere, si de licio septem nodos facias
et ad singulos viduas nomines et supra talum eius pedis
alliges, in cuius parte erunt inguina.

22 Si ab equitando vexata fuerint inguina aut intertri-
gines dolebunt, spuma equi fricentur, statim remediabun-
23 tur. Stercus suillum cum oleo perfrictum et in testa cale-
24 factum et inguinibus inpositum plurimum prodest. Pollex
eius pedis, in quo inguina erunt, cum proximo digito
25 ligatus mire medetur. Si quis ab equitando aut ambu-
lando inguen habuerit, scribat in charta *κυστος* et ad femur
sibi alliget, cito sanabitur.

26 Ad condylomata inguinum vel quarumlibet partium
malicorium cum vini optimi sextario ad cyathos duos de-
coctum et cum eodem vino tritum atque ut malagma im-
27 positum condylomata facta persanat. Medullam canis ex
vino vetere subige et emplastri modo impone condylo-
28 matis, potenter ea sanabis. Argimonia trita et adipi an-
29 serinae admixta impositaque condylomatis medetur. Oleum
vetus cum polenta decoques et calidissimum condylomatis
30 impones. Folia rubi contrita et cum ceroto rosaceo im-
31 posita sanant omnia condylomata. Adeps anseris cum ce-
russa et oleo rosaceo et cera Pontica in unum ceroti
modo composita et imposita utiliter condylomatis medetur.
32 Mus araneus, qui cum in orbitam inciderit moritur, ustus
in cinerem redactus et cum adipe anserina permixtus con-
dylomatis infrictus mirum remedium adfert.

33 Ad intertrigines sanandas libystici foliis commandu-
catis sucum exceptum si ei loco adposueris, cum morsu
34 quidem, sed continuo sanabis. Gallae contusae in vino
35 coctae atque impositae intertrigini plurimum prosunt. Cal-

4 terra tactum] *legendum videtur* terra non tactum, *cum sit apud Plin.* II, 21 (*ed. Ros.*): qui habeat secum surculum ex myrto nec ferro nec terra tactum; *cf. Plin. n. h.* 23, 163.

ciamento, quo uti soles, locum inguinum laborantem si
perfricueris, confestim intertrigines tolles. Axungiam per- 36
veterem liquefactam et cerussam bene tritam permisce,
donec acopi crassitudinem habeat, atque inde intertrigines
perfrica, efficaciam remedii celeritatemque mirabere; nam
hoc medicamen etiam rhagadas efficaciter sanat. Cretam 37
argentariam cum vino vetere tritam impones tritis inter-
triginibus, optime accipieris. Oleo vetere et aqua calida 38
permixta adsidue inguina fove, continuo subvenies inter-
triginibus attritis. Si exulceratio intertriginum erit, spu- 39
mam argenti ex vino conteres eique pulverem pinei cor-
ticis tunsi miscebis et locum inlines.

Ad inguina et apostemata remedium sic: Equinus 40
sanguis maxime admissarii equi frequenter inlitus huius-
modi molestias sanat; ungulae quoque eius combustae cinis
cum oleo adpositus idem praestat. Cocleae vivae contritae 41
cum myrra et impositae inguinibus efficaci auxilio sub-
veniunt; sed relinquendae sunt loco, cui adpositae fuerint,
tam diu, donec sponte decidant, quod fiet, cum persana-
verint. Arietis quam pinguissimi lana plena suis sordibus 42
combusta et in pulverem redacta prodest plurimum, si
eo cinere ex aqua locum inguinum perfricaveris.

Bestiolae multipedes, quae in locis umidis et sordidis 43
nascuntur quaeque contactae pilulam de se faciunt, con-
tritae adiecta tertia parte resinae terebinthinae emplastri
modo adpositae collectiones incipientes, quas Graeci apo-
stemata vocant, adeo sanant, ut tenacissime emplastrum
haereat, donec persanent. Lotio suillo locum inguinum 44
dolentem adsidue perungue aut cum eo lanam sucidam
adpone, statim medebere. Muliebres capilli combusti et 45
contriti atque inliti cum vino aut cum aceto inguinibus
medentur. Menstruis muliebribus inguina dolentia vel tu- 46
mentia si contingantur, statim sanari creduntur. Talus 47
bubulus combustus tritusque adiecto melle inlitus inguini-
bus dolentibus vel tumentibus prodest. Inguina tumida et 48
dolentia sanabis, si ipso veretro denudato, id est reducta
pellicula, adsidue ea contigeris vel perfricaveris.

49 Apostemata ut remolliantur aut si mollia fuerint, ut dispargantur, facies medicamentum tale, quo nihil potentius est: Herbae marrubii folia viridia contundes aut si viridia non fuerint, involuta foliis malvae vel personaceae sub cinere calido coques; deinde panem candidum infusum vino veteri addes et axungiam miscebis et tundes de ligno in lignea pila, sed observabis, ut panis infusi et axungiae partes singulae sint, herbae vero partes duae, quod emplastri more mane et sero locis necessariis impones.

50 Inguinibus mirabile exhibet remedium ex gallinacea ala ossiculum extremum cocleario terebratum nodisque septem licio ligatum atque ita brachio vel cruri eius partis, quae inguina habet, suspensum.

51 Lipara ad intertrigines sic: Cerussae, spumae argenti, medullae cervinae, sevi cervini libras singulas, ovorum octo album, vini boni quartarios IIII, turis pollinis uncias quattuor, rosae Campanae P. unum, aluminis semunciam. Cerussam et spumam tundes, cetera remittes et in mortario terendo universa miscebis.

52 Porriginem intertriginum interficies hoc medicamine: Picis, resinae, cerae, butyri, sevi caprini, spumae argenti unciis singulis in unum permixtis, si utaris adsidue.

## CAP. XXXIII.

### Cepariae et veretro sive verendis virilibus et testiculis dolentibus vel pendentibus et herniosis sive viris sive infantibus et rebus veneriis et eunuchis sine ferro faciendis remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

1 Ad testiculi tumores cupressi bacae ex vino coctae conveniunt et faba quasi concicula cum multo cumino cocta et adposita more cataplasmatis necnon et uva passa cum cumino contusa et tepens adposita plurimum prodest; ad veretri vero tumorem lentem ex aqua coctam et tritam imponi utilissimum est.

2 Si ulcus in pene sordidum fuerit aut cancer illud

temptaverit vel iam occupaverit, Andronei pastilli triti ex vino impositi bene faciunt.

Omne ulcus in omni parte corporis sordidum, quod 3
tum intelligi potest, cum candicat et quasi crustam perductam albam habet, purgat mel per se adpositum vel iris arida contusa [et] cum melle; eadem ratione et terrae mali et panacis radix adposita purgat sordida ulcera vel in verendis vel quoquo loci fuerint.

Mirifice hoc medicamentum purgat ulcera quaelibet, 4
etiam si cancer temptaverit; est autem lene, conficitur sic: Auripigmenti X VI, aeris squamae X III, elaterii X I, chartae combustae cineris X III. Ex his tritis cum opus est coclearia tria rosae cyatho permiscentur et linteola carpta in eo tinguntur atque ita ulceri superponuntur; hoc medicamentum cito et sine ullo morsu expurgat sordidissima ulcera ac sanat.

Testibus, qui descenderint, spumam coclearum inlitam 5
mederi certum est, si inde tangantur.

Venerem concitant passeres in cibo sumpti vel ova 6
eorum; item gallinaceus testis dexter in arietina pelle collo subligatus mire prodest; item stellionis cinis in linteo obvolutus sinistra manu portatus venerem stimulat, translatus inhibet. Qui in venerem infirmior erit, testiculos 7
milionis ex aqua fontana, quae perennis est, cum melle decoctos edat ieiunus per triduum; statim remediabitur.

Ut in venerem, cum volueris, sis paratus, remedium 8
tale facies: Lacerti appellantur sive stelliones, qui per parietem repunt, curti sunt quique Graece ascalabotae vocantur; hi quattuor infunduntur in acetum acre triduo vel quadriduo, quousque putrescant; hoc teres in mortario et adiunges galbani ℈ IX, abrotani ℈ XII, castorei ℈ XII, sulphuris vivi ℈ XII, resinae terebinthinae ℈ XII, croci ℈ XII, euzomi, quae appellatur herba mentiosa, suci ℈ VI,

5 purgat vel per se iris arida contusa vel cum melle *Scribon.* 6 et *inclusi.* 17 Testibus] *cf. Plin. n. h.* 32, 108. 19 Venerem] *cf. Plin. n. h.* 30, 141. concitant *Plin.*: conciliant *Cornarius.* 21 stellionis cinis] *cf. Plin. n. h.* 30, 143.

mentae suci viridis 𐆖 VI, staphisagriae 𐆖 VI, iris Illyricae 𐆖 VI, aluminis scissi 𐆖 VI, myrrae 𐆖 III, seminis herbae symphoniacae siccae 𐆖 III. Haec omnia separatim trita simul miscebis et iterum simul teres; inde emplastrum facies vel pittacium et pones in dextri pedis pollice, cum uti volueris venere, et cum cessare volueris, ad sinistri pedis pollicem transferes.

9 Ad cepariam satureiae siccae florem collige et pulverem inde facito et melilotum combure et pulverem inde facito; similiter de cydoneo sicco combusto, etiam de eo, qui in arbore solet siccus remanere, pulverem facito et cribello medicinali omnem pulverem cerne et permisce et cum vino vetere calefacto locum inline, etiam linteo illic adposito tege, ita tamen, ut duae partes sint de satureia et singulae de meliloto et cydoneo; sed quotiens medicamen pones, vino vetere calido prius locum elue.

10 Myrram in pulverem delicatissimum redige et ad locum cepariae adsidue cum vino vetere pone, mire remediabis.

11 Ad infantum testiculos vitiosos vel tumentes remedium efficax sic: Araneam, quae per filum suum se summittit, quando sursum versus currit, rape et cum aqua calida tritam continuo da infanti bibendam.

12 Ad abundantiam seminis praeparandam erucam decoctam bibat, quotiens quisque inopia seminis se laborare perspexerit, vel potius adsidue incoctam manducet.

13 Ad veretri curam auripigmentum et aloen aequis pon-
deribus tritum et in pulverem redactum miscebis et uteris
cum vino vetere ita, ut prius veretrum vino vetere eluas
14 et sic medicamine conspergas. Ad veretri dolorem caseum
caprinum et mel pari pondere in pultario fictili coque et
bis ad diem impone, sed ante vino vetere locum, qui
15 curandus est, eluas. Folia myrti ieiunus commanduca et
in ulcera veretri expue, statim proderit.

16 Ad tumores et dolores testiculorum brassica incocta cum sale trita impositaque prodesse adfirmatur; pastinacae

34 brassica] *cf. Plin. n. h.* 20, 89.

silvaticae radix similiter imposita aeque prodesse dicitur,
portulaca quoque trita cum polenta adposita testiculis me-
detur; ex fimo bubulo panis factus et exustus in furno
aut in foco et postea in cinerem redactus et cum aceto
scillitico subactus dumque fervet testiculis adpositus sae-
piusque mutatus admirabiliter et statim prodest.

Spongia ex posca acida et tepida adposita statim se- 17
dabit testiculorum dolores. Adeps vituli et nitri modicum 18
una permixta et ceroti modo imposita testiculis tumores
omnes et dolores persanare dicuntur. Bulbi ex mulso triti 19
atque inliti dolentibus testiculis medentur. Rutae ramuli 20
tenerrimi triti et inliti tumorem testiculorum quamvis maxi-
mum sedant. Farina lini seminis cum resina et myrra 21
pari pondere permixta et imposita testiculis dolori ac tu-
mori eorum subvenit. Testiculi tumentes aqua marina 22
rationabiliter foventur.

Herniosis, ramicosis hydrocelicisque asparagi duri ra- 23
dices siccatae et contusae et cribratae cum aquae hemina
potui saepius datae celeriter subveniunt.

Pilulas cupressi virides ex vino vetere ad tertias de- 24
coque et cyathos binos cotidie ieiuno hernioso potui dato,
tum folia eiusdem trita testiculis imponito, mire proderis;
nam hoc remedium multis experimentis probatum est.

Lapidem ignarium contusum resinae mixtum pro em- 25
plastro impone ramicoso, statim proderit.

Si puero tenero ramex descenderit, cerasum novel- 26
lam radicibus suis stantem mediam findito, ita ut per pla-
gam puer traici possit, ac rursus arbusculam coniunge et
fimo bubulo aliisque fomentis obline, quo facilius in se
quae scissa sunt coeant. Quanto autem celerius arbuscula
coaluerit et cicatricem duxerit, tanto citius ramex pueri
sanabitur.

Testibus nimie crescentibus cicutae radix trita et cum 27
ovi albo imposita medetur. Cerussae P. I, turis masculi 28

7 spongia] *cf. Plin. n. h.* 31, 129. 13 lini seminis] *cf. Plin. n. h.* 20, 251. 15 aqua marina] *cf. Plin. n. h.* 31, 65. 20 pilulas cupressi] *cf. Pin. n. h.* 24, 15.

selibram, tunsa haec atque cribrata miscentur et cum aquae
pluvialis S IIII ad medias decoquuntur, ex eo cotidie testes
29 tumentes inliti citissime reprimuntur. Contusis et com-
pressis testibus cito subvenies, si cicutae folia trita cum
pauculo aceti inducas, ita ut medicamen glutinosum facias,
et per triduum ponas et mane ac vespera renoves.

30 Bacae cupressi contusae cum axungia vetere subactae
et tamquam malagma impositae herniosos etiam adultos et
antiquos potenter iuvant.

31 Ad veretri dolorem tumoremque remedium sic: Betam,
de qua semen, decoque ex aqua atque ea adsidue vere-
trum per triduum fove et tumor sedabitur et vitium omne
32 reducta pellicula sanabitur. Suco herbae vettonicae tepido
vino mixto veretrum adsidue fove vel ipsam tritam ad-
33 pone. Portulacae sucus tubo laboranti per clysterium in-
missus mire prodest; ipsa etiam trita superimposita iuvabit
et quia cito arescit, plusculum suci eius expressum debet
ad necessitudinem huiusmodi reservari.

34 Pulvis tenuissimus de myrti foliis arefactis ulceri vere-
35 tri inspersus celerrime prodest. Nucleos pineos minutos
purgatos numero XXX adiecto pauxillo croci simul tritos
si quis ex passi cyatho cotidie per dies VIIII continuos
36 bibat, mire penis vitio celeriterque sanabitur. Ervum pur-
gatum molitum et in farinam tenuissimam redactum ad-
iecto turis polline cum vino vetere coctum tepidum vere-
tro inpositum et adopertum citissime prodest.

37 Verris cerebrum coctum et cum melle adpositum
38 carbunculos in veretro efficaciter sanat. Dens caballinus
contusus et in pulverem tenuissimum redactus veretro in-
39 spersus efficaciter prodest. Arietini pulmonis, dum in cra-
ticula assatur, sucus exceptus myrmecias, quae in veretro
nasci solent, unctione sua purgat et discutit.

40 Canini capitis recentis exusti cinis veretri vel testi-
culorum tabidis et umidis ulceribus inspersus aut cum

27 Verris cerebrum] *cf. Plin. n. h.* 28, 213. 28 Dens caballinus] *cf. Plin. n. h.* 30, 72.

aceto adpositus adeo prodest, ut spodium et utilitates eius
in hisce curationibus vincat. Fel caprinum cum melle 41
veretri doloribus ulceribusque inlitum prodest. Caro vac- 42
cina recens veretro imposita ulcera eius et epiphoras mire
persanat. Salsamenta exusta contritaque et cum melle 43
veretro inposita adversum omnes dolores et formicationes
singularem efficaciam praestant. Anethum siccum uritur 44
cinisque eius tritus aut cum vino vetere veretro insper-
gitur aut cum melle subactus adhibetur. Lac asininum 45
cum lana sucida ad umbilicum habeat, quotiens quis in
venerem voluerit incitari.

Erucae seminis ℈ III, bulbi rufi ℈ III, nuclei pinei 46
purgati ℈ VI, spicae nardi ℈ III, teres singula diligenter et permiscebis atque inde globulos facies ad formam nucis avellanae et cum opus fuerit singulos liquefactos in caprino lacte potabis, si in venerem volueris accendi.

Satureiae Creticae ℈ I, myrrae ℈ I, nuclei pinei 47
purgati quartarium, erucae seminis — I, scillae purgatae — I. Omnia haec contrita miscebis et globulos ad magnitudinem fabae facies et singulos ad diem ieiunus cum caprino lacte potabis, si volueris esse salacior.

Pyrethri triti pulveris cocliarium plenum cum passo 48
potum excitat in venerem inutiles mares.

Qui potuit et non potest, ut reparetur in venerem, 49
radices cucumeris agrestis concisas minutatim in oleo decoquat et in vasculo vitreo reservet et cum opus fuerit, unguat sibi in balineo interius et exterius omne veretrum, sed saponem non abluat, statim incitabitur. Poterit autem sequentibus diebus, si necesse fuerit, etiam sine lavacro veretrum sibi similiter eodem medicamine perunguere; natura genitalis maior et solidior videbitur, si de lilii radicibus tunsis cataplasma ei inponas, quae nihilo minus et veneri incendendae satis utilis est.

Herbae rebus veneriis aptae, rafanus, eruca, asparagus, 50

6 fumigationes, *correxi.* 12 *a vocabulis* pinei purgati *codex rursus incipit.* 15 liquefactus. 17 mirrae. pinei *om.* 23 venere. 28 saponem *scripsi:* sabone. 30 veretro.

porri sectiles vel capitati, ocimum, feniculum, satureia, pastinaca, cardui; hae esui datae etiam mares nasci faciunt. At vero contrariae sunt puleium, apium, ruta, coriandrum, menta, lactuca, nasturcium, anethum.

51 Ad ramicosos et quibus veretra et testiculi dolebunt medullam panis siccam in mortario conteres, deinde oleum in sartaginem mittes et sic medullam panis tritam super oleum mittes et paululum friges calidumque super pectinem dolentis adpones, mire subvenies.

52 Fabam fresam in mulsam aquam infunde et cum bene permaduerit, contere ac dum teres vino asperge et tamquam malagma calidum verendis adpones, statim dolentibus ac tumentibus testiculis medebere.

53 Verendi virilis clavulis et ulceribus aloe trita utiliter inponitur, cum prius vino eluta fuerint vitia veretri.

54 Emplastrum viride, quod medici chloran appellant, ex
rosaceo remissum in linteolo tenui inlitum veretris exul-
55 ceratis utiliter inponitur. Sevum pecudis a renibus vul-
sum admixto pumicis cinere et sale rectissime dolentibus
56 et tumentibus veretris inponitur. Arietinorum vellerum
cinis cum aqua mixtus et adpositus incommodis veretri
57 repugnat. Ungulae mulinae exustae cinis salubriter insper-
gitur vitiis veretrorum.

58 Carbunculos de veretris exterminat muricum vel purpurarum in carbonibus ustarum cinis cum melle permixtus; idem praestant singulari efficacia salsamenta discocta et cum melle permixta tritaque adposita.

59 Permixto alumine et myrra fel bubulum ad crassitudinem mellis subactum et inlitum ea, quae veretris serpunt, mira celeritate persanat; supra etiam beta vino cocta recte inponitur.

60 Cocleis, quae nudae inveniuntur, adicitur aliquid triti turis et albi ovorum atque inde ulcera testiculorum tumentia et hydrocelae puerorum sive ramices superlinuntur,

1 faeniculum. 2 pastinaga. essui. 3 poleium. 14 verende. 22 murinae. 24 purporarum. 28 mirra. bubulo. 31 inponetur. 34 idroceles.

ut modo glutinis adhaerescat, pueri vero continentur in
lectulo, donec omnis turpitudo reprimatur.
Cyclaminis sucum melle Lycio aequaliter miscebis et 61
inde pendentes testiculos inlines, optimum fertur esse me-
dicamen.
Ut eunuchum sine ferro facias, radices cicutae ex 62
aceto teres et inde testiculos spississime inlines, tum lin-
teolum supra ligabis, ne excidat medicamen. Hoc quan-
tum tenerioribus infantibus feceris, eventu efficaciore pro-
veniet. Herba est, quae Graece nymphaea, Latine clava 63
Herculis, Gallice baditis appellatur; eius radix contunditur
et ex aceto edenda datur puero per continuos decem dies,
mirandum in modum fiet eunuchus.
Mulierem, quam tu habueris, ut numquam alius inire 64
possit, facies hoc: Lacertae viridis vivae sinistra manu
caudam curtabis eamque vivam dimittes; caudam, donec
inmoriatur, eadem palma clausam tenebis et mulierem ve-
rendaque eius, dum cum ea cois, tange.
Si quem ad usum venerium infirmum volueris esse, 65
ubicumque minxerit, supra lotium eius obicem, id est
axedonem, ex usu figes.
Ut rebus veneriis aptus sis, piper tritum cum oleo 66
et melle misce et cum coire voles, verenda tibi inline.
Nocere posse feminis dicunt, si quis membranam ovi 67
balano suo ingerat et cum femina coeat.
Si quem coire noles fierique cupies in usu venerio 68
tardiorem, de lucerna, quae sponte extinguetur, fungos ad-
huc viventes in potione eius extingue bibendamque inscio
trade, confestim enervabitur.
Si quem voles per noctem cum femina coire non posse, 69
pistillum coronatum sub lectu illius pone. Semen lactucae 70
tritum ex aqua potum vigorem coitus enervat.
Naturae sive veretro virili remedium efficax sic. Si 71
in veretro summo clavus natus fuerit habens callum puru-

1 gluttinis. 2 reprimetur. 6 facies. 11 nimphe. 18 cogis. 20 muxerit. 31 lectu (*sic*): lecto *Cornarius*.

lentum, hoc modo curabitur: Butyrum, farinam fabae et modicum mellis miscebis atque in modum cataplasmatis coques et in linteolo inlines et sic ad locum adplicabis, mirum remedium experieris.

72 Veretra ut auctiora videantur, panacis radix in vino bono triduo maceratur cumque coeundum est, femori inligatur, re peracta in vino reposita iisdem usibus reservatur.

73 Ut semper sis paratus in venerem, porri semen tritum et rutae semen tritum aequis portionibus misce cum lacte capruno recenti et ieiunus adsidue bibe.

## CAP. XXXIIII.

**Genuum doloribus et crurum ac tibiarum ulceribus et varicibus et callis pedum atque clavis et verrucis et plantis et pollicibus et talis et articulis et pernionibus et ruptis pedibus et condylomatis nervorum atque articulorum et ad extrahenda, quae casu calcata fuerint vel quae corpori inhaeserint, remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.**

1 Genuum dolori muscus ex piscina vel lacuna vel sta-
gno collectus adiecto paululo salis subactus et inpositus
2 prodest. Hederae nigrae bacarum hemina, ficus Africanae
P. I, axungiae — X. Contusa haec et cum vino vetere
subacta genibus inlita potenter dolores eorum abolent.

3 Genua si tumebunt vel instabilia erunt, afronitra copiosa in passo Cretico confringes et madefacta conminues hisque addes lanam sucidam et genibus inpositam panno conteges et alligabis et ne sucus emanet, pelliculam lanatam superpones.

4 Ulceribus crurum et tibiarum medetur adeps ursi
cum herba rubricata tunsa; cum haec ergo in unum cor-
pus subacta coierint, inposita velut emplastrum conligan-
5 tur, ut diu maneant. Ulcera tibiarum, quae intrinsecus

*tit.:* genum.
13 figus. 18 lana sucida. 24 intrensecus.

serpunt, felle apruno cum resina et cerussa mixto sine
difficultate sanantur. Ossa ex maxillis apri vel suis dome- 6
stici uruntur ulceraque perniciosa crurum illo cinere asper-
guntur. Fimus caprunus in aceto fervefactus et subactus 7
inponitur, quo omnia talium ulcera locorum purgantur et
persanantur, butyro bubulo cum oleo cyprino aut laurino
postmodum addito.

Varices ne nascantur, lacertae sanguine crura puero 8
ieiunus inline; in totum carebit hac foeditate. Ad varices 9
siccandas sevi hircini P. I, saponis P. I in unum misce-
bis et linteolo inlitum medicamen adpones. Tali aut plan- 10
tae si tumebunt, ut sine ferro saneutur, frondem vineae
viridem ac teneram aqua ferventi perfundito maceratamque
conterito et superpositam conligato. Muscus aquaticus virens 11
ex oleo tritus inpositusque cum linteo tumorem dolorem-
que plantarum talorumque conpescit. Limus aquaticus cum 12
oleo subactus et adpositus principaliter huiusmodi tumori
ac doloribus prodest. Fimus aprunus in aceto decoctus et 13
cum melle subactus inpositusque plantis vel talis mitigat
eorum dolores.

Pernionibus et ruptis pedibus pulmo arietinus inpo- 14
situs omni asperitate levigata molestiam tollit. Cancri ma- 15
rini ex oleo inpositi pernionibus utiliter prosunt, ita ut
foveantur aqua, in qua ervum discoctum est. Glirium vel 16
soricum vel vermium terrenorum cinis ex oleo inpositus
pernionibus medetur.

Coclearum, quae nudae inveniuntur, exustarum cinis 17
omnem exulcerationem pedum sanat.

Agninus pulmo vel arietinus uritur et cinis eius cum 18
oleo inponitur vel ipse crudus admotus pernionum ulceri-
bus utiliter alligatur.

Fimi gallinarum vel columbini cinis ex oleo inpositus 19
ulcera pedum curat.

Dentes caballini tunsi ulcera pernionum, si sint tumidi, 20

4 fimos. 6 taurino. 16 talarumque. 18 decoctos. 20 doloribus. 24 in qua *om.* 25 suricum. 32 fimus. 34 ulceribus.

21 utiliter curant. Caprini corii cinis ex oleo inlitus per-
22 niones prime abolet. Testudinis tegumen concrematur eius-
que favilla ex vino et oleo temperata ulceribus pedum
23 utiliter inducitur. Scillae bulbi quod interius est cum
oleo defervet eoque oleo dolores pernionum peruncti mi-
tescunt.

24 Mora agrestia, dum adhuc rubent, antequam ullius
generis morum comederis, inter manus confrica eorumque
suco crura, quae dolere consuerunt, per triduum continge;
non modo praesentem molestiam mitigabis, verum etiam
in reliquum tempus eo vitio carebis.

25 Alumine ex aceto peruncti perniones sanantur; bras-
sica quoque trita adpositaque pernionibus medetur.

26 Folium, costum, alumen liquidum, alumen scissum
pari pondere in unum contere et vino veteri mixta ulce-
ribus sive rupturis hiantibus interdigitiis adsidue inpone,
27 potenter medebere. Interdigitia sanat cera in oleo cyprino
remissa et inposita.

28 Pulmo cervinus inpositus et saepe renovatus ex cal-
29 ciamento laesos pedes sine dolore persanat. Leporinus quo-
que pulmo multo efficacius ut supra inpositus curat.

30 Ad ea, quae calcata erunt, et ea, quae corpori inhae-
serint, extrahenda leporis coagulum cum malva tritum in-
31 positumque potenter opitulabitur. Sfongea vel lana lotio
madefacta adpositaque sine dolore quae corpori inhae-
serint eximit.

32 Si stirpis aliqua inhaeserit, lacertam per medium scis-
sam ei loco apponito, celerrime educetur; vel capita lacer-
tarum contusa inpositaque similiter prosunt.

33 Si echini aculei pedibus inhaeserint aut alicui corporis
parti, in lotio humano calenti pedem diu tene, facile ex-
cutientur.

34 Observabis, ut quodcumque de corpore fuerit eiectum
licio alligatum candelabro suspendas aut uncta oleo lanula

5 mitiscunt. 16 interdigitiis] interdigitia. 23 quagulum. 25 corpore. 27 si *om.* 28 opponito.

involutum in ventrali gestes; dolorem non patieris eius
loci, de quo fuerit aliquid eductum.

Mus degluptus et per medium exsectus adpositusque 35
omnia, quae inhaeserint corpori, facile producit. Crustae 36
vel ossa sepiarum conburuntur cinisque earum inpositus
educit, quaecumque corpori inhaeserint. Alium elixum cum 37
pice inpositum arundines extrahit corpori adfixas. Filicis 38
radix trita arundinem extrahit, rursum arundinis radix
tunsa inpositaque filicem, quae corpori inhaeserit, celeriter
extrudit. Acrifolii radix contrita inpositaque his, quae 39
corpori adhaeserint, potenter medetur.

Blattae, id est bestiolae, adstrictis tumentibusque de 40
iniuria pedibus et talis tritae atque inpositae omnia, quae
inhaeserint corpori, potenter expellunt. Radix silvestris cu- 41
cumeris cum farina lini seminis inposita valde prodest
eiciendis his, quae corpori inhaeserint. Urticae radix cum 42
sale trita atque adposita producit, quaecumque haeserint
aut calcata fuerint.

Cuiuscumque animalis coagulum maxime leporis cum 43
pari pondere turis vel visci inpositum permanere in cor-
pore quae calcata sunt non sinit. Argimoniam herbam 44
teres et loco, cui aliquid haeserit, superpositam conligabis,
confestim proderit; hoc expertum esse legi. Terrae malum 45
cum melle teres et inpones ad omnia, quaecumque calcata
extrahi volueris; hoc satis utile experieris. Nepeta con- 46
trita vel rubi folia, nam idem praestant, inposita loco, cui
aliquid inhaeserit, potenter medentur, si desuper ex hor-
diacia farina massula nimis salsa et calens adponatur. Lar- 47
dum coctum cum pingui suo adpositumque potenter omnia
expellit, quae corpori inhaeserint, si illic alligetur.

Clavis pedum callisque et verrucis haec remedia utilia 48
sunt. Nam plerisque nomine clavellorum pernicies arti-
culis increscit, quae obdurata callo quodam rigescit in-
credibilesque exhibet ambulandi difficultates. Haec molestia

10 radix *om.* 11 corpore. 14 corpore. 16 quae] qui. 19 quagulum. 21 agrimonia herba. 26 praestent. 27 ordiacia. 29 pinguo. 33 rigiscit.

praecipue hac medella extirpatur: Auro fervente circuitus
eorum urendo designatur; quod potius est cum dolore
maximo ad momentum ferre quam inveterato etiam can-
cromatis morbo noxam perpetuae debilitatis incurrere.
49 Urina muli vel mulae vel asini cum suo luto inlita
50 et clavos abolet et callis medetur. Fimus ovium inpositus
vel lacertae iecur aut sanguis in lanula adplicatus vel ipsa
lacerta exsecta adposita clavorum intra triduum perseve-
rantiam tollit.
51 Fimum columbinum ex aceto coctum et in modum
malagmatis subactum atque adpositum ad omnia supra
52 scripta utilissimum esse constat. Fimus apri vel suis do-
mestici recens inpositus et post tertium diem solutus effi-
53 caciter clavos, verrucas et callos aufert. Si supra callum
alica ex posca cocta per triduum utaris, sine difficultate
sanabere, etiam si urina canis virginis cum suo luto in-
posita callos verrucasque consumit, tam diu tamen inalli-
54 gata, quamdiu eas excutiat. Tribus fabae granis clavum
tangito eaque in sterculinio defodito, ne renasci possint;
quanto maturius conputruerint, tanto celerius clavos sponte
decidere miraberis.
55 Clavos, qui in articulis supercrescentes dolores ex-
hibere consuerunt, incidi vel radi ad vivum oportet, prout
quis pati potuerit, atque de lupinis crudis prius decoria-
tis farinam factam subigere cum melle et emplastri more
superponere.
56 Subraso clavo calcem vivam visco subactam inpone
57 et linteolum superalliga, cito medebere. Auripigmentum tri-
tum et resinam terebinthinam liquefacta ad similitudinem
58 ceroti inpone clavellis prius derasis; mire proderit. Urticae
radix, medulla caprifici et flos chalcitidis pari pondere con-
teruntur. Haec simul mixta loco clavelli superpones et liga-
bis, die tertia solves, statim decidet, vel si adhuc remanserit,
iterato inpones et triduo illic medicamentum esse patieris.

3 munomentum. 29 terebintinam. 31 cachitidis.
32 clavellis.

Cum porcus iugulabitur, is qui verrucas habebit san- 59
guinem eius subiecta ea corporis parte suscipiat, dum
adhuc calidus exilit, et mox ubi siccaverit, statim abluat;
citum remedium experietur. Mulier sane remedium de
scrofae sanguine faciat.

Stercus columbinum vel solum vel cum ovo tritum 60
dolentibus articulis inlitum prodest. Felle ursino perfricti 61
articuli dolore relevabuntur.

Ut frigora et pruinas facile sustineant nec adurantur 62
articuli, terrae malo contuso cum axungia vetere perun-
guantur. Pampini vitium triti admixta hordiacia farina ar- 63
ticulorum morbis medentur. Acrifolium cum ture et sale 64
et oleo subactum inpositumque medetur articulis. Incussos 65
articulos aranearum telae cum oleo inpositae saluberrime
sanant. Fracturis articulorum cinis ex femoribus pecudum 66
factus et cum cera mixtus mire medetur.

Invictam potionem ad sciaticos et arthriticos facien- 67
tem in titulo superiore de sciaticis plenissime scripsimus,
sed quoniam tam divinus eius effectus est, iterandam pu-
tavi, ne quis arthriticis remedia requirens huius ignoratione
fallatur. Fimus ergo ibicis in silva vel in monte colligitur,
si fieri potest luna XVII; sin res urgebit, quocumque die
colligitur; sane XVII luna medicamentum fieri oportet,
quod sic facies: Fimum eius, quantum pugno pleno tolli
poterit, dummodo pilulae inpari numero sint, conteres vali-
dissime ad summam levitatem, tum piperis grana XXV
addes et mellis heminam et diu teres; dehinc vini vete-
ris adicies S IIII et conditi more miscebis potionem; sane
qui accepturus est ex die Iovis diebus VII continuis ac-
cipiat; etiamsi omnibus ossuum compaginibus adfectus et
contractus iacebit, intra dies VII ita sanabitur, ut num-
quam paribus doloribus inplicetur.

Condylomatis articulorum et nervorum sertula Cam- 68

3 ubi *om.* 6 solo. 7 fel ursinum. 9 proinas. 17 sceadicos, *item* 18. 18 de *om.* 19 potavi. 21 col-legitur, *item* 23. 23 fieri] feci. 25 valedissime. 30 ossuum (*sic*): ossium *Cornarius*. 33 condilimatis. serpulla.

pana ex passo Cretico decocta cumque ovi duro vitello et cum uvae passae nucleis tritis mixta medetur, ita ut malagmatis modo inposita superligetur.

69 Acopum valde utile et certum remediis articulorum atque nervorum sic: Medullae cervinae, adipis veteris, butyri, sevi cervini, resinae frictae, picis cedriae, picis laguncularis, cerae, singulorum uncias ternas in aereo vaso remittes lento igni diuque agitabis, ut coeant. Tum percolato medicamine, ut res poscit, uteris.

70 Spumae argenti — II tundes et butyri et adipis veteris et rosae Campanae uncias ternas remittes et perMiscebis et postea in mortario simul conteres et sic uteris ad articulorum et nervorum confirmationem.

71 Argimoniam ex vino austero coques et teres adrorans interdum eodem vino herbam, tum fomenti modo calidam condylomatibus articulorum vel quibuscumque aliis superpones et ne decidat alligabis.

72 Serpullum aeque cum vino austero coctum pari diligentia articulis inpones, potentius remedium experieris.
73 Si condyloma intolerabilem dolorem faciet, medullam canis
ex vino austero subigito et inponito, cum summa efficacia
74 proderit. Argimonia trita cum adipe permixta summam
75 medellam condylomatibus exhibet articulorum. Spumam
argenti et cerussam simul ex vino conteres aequis portionibus et inpones condylomatis; si vulnus fecerit, sulpuris vivi unciam adicies.

76 Si quando non exulceratas eminentias tollere sine ferro voluerimus, ut verrucas, naevos, clavos aliasve eius generis molestias, hoc medicamento utemur: Calcis vivae X VI, faeculae coctae X III, nitri usti X III. Haec teri oportet et lixivo colligi de cinere caprofici facto vel de sarmentis, donec leve sit et passi fiat temperamentum; deinde adici debet rubricae aliquid aut atramenti, quo possit colorari, quae simul mixta in patella fictili coqui

6 cedriae] caruae. 12 aut postea. 16 condilimatibus. 18 serpullam. 19 potentiorem. 20 condilema. 23 condilimatibus. 28 nevos. 34 quoqui.

oportet ad mellis spissitudinem atque ita pyxide cornea reponi. Melius sane est recens hoc medicamentum, cuius usus talis est: Id ipsum, quod destinatum erit sine ferro tolli, id ipso specillo de hoc medicamine oblinetur et cum satis niger locus, cui inponitur, et quasi perustus visus fuerit, tum oportebit non poni medicamentum, immo etiam abstergeri et panem ex aqua et rosa confectum et tritum inponi. Hoc et strumas sanat, antequam suppurentur. Oportet autem, cum hoc medicamentum crustam fecerit in strumis, nullum aliud adhiberi. Cúm vero aliqua 77
pars talium locorum suppuraverit et timidus fuerit qui id patitur sectionis, tum visco quam plurimo medicamen colligi et conglobari atque ita adponi oportebit in aluta in tantum spatium circumsecta, quantum modus ulceris fuerit; ea sane parte ponetur, qua aptum erit ulcus aperiri. Hoc ego medicamento saepe diutinos dolores etiam pectoris et lateris et lumborum sustuli, cum ad nullum aliud malagma dolor cederet; exulcerata enim parte cuiusque dolentis loci cum umoribus postea vitium omne sublatum est.

Varices curat et adeps gallinaceus cum cepa trita 78
inpositus vel perductus adsidue. Articulis luxatis sevum 79
pecudis cuiuscumque cum cinere de capillo muliebri facto medetur.

Frumenti grana VIIII in tegula candenti combures et 80
in cinerem rediges et cymini quod duobus digitis pollice et medicinali tenere potueris, similiter urendum in candenti tegula pones et de terra quod tribus digitis tenere potueris addes necnon et laseris modicum, quod inter duos digitos teneas, adicies idque pariter conteres et vino conglutinabis et ad clavum adpones; id etiam furunculis utile est.

De fimo pulli gallinacei quod rubrum fuerit colliges 81
et adpones clavellis atque inde eos saepius lines, vehementer medebitur.

3 Id ipsum] itaque. 4 spicillo. 11 tumidus. 16 diutinus. 19 humoribus. omnem. 25 cinem. cimini. 30 purunculis.

82 Ad varices fugandas remedium sic: Hederae radicem
tolles, cum fuerit luna in aquario, et circumda eas, cito
83 medebere. Hederae bacas tres, quae per parietem repit,
pedi, in quo sunt varices, alligato vel radicem eius cir-
84 cumdato. Rapa ex aqua salsa decoques et superpones per-
nionibus iam erumpentibus, medellam utilem experieris.
85 Spinam ex pede vel quacumque corporis parte, si altius
adacta fuerit, sine dolore extrahes, cum arundinis radi-
cem adposueris in mortario lapideo contusam et adiecto
melle subactam, donec ad crassitudinem ceroti redigatur,
et linteo spisso inlita adponatur, in quo frequenter spina
ipsa eiecta invenitur.

86 Marrubium contritum admixto sale modico inpositum
aeque proficere constat ad extrahenda ea, quae corpori
87 inhaeserint. Herbam urticam sive viridem sive siccam con-
tritam adiecto quolibet coagulo adpones, cuilibet inhae-
88 serit; confestim miraberis celeritatem medellae. Stercus
aprugnum ex vino subactum et emplastri more inpositum,
quicquid inhaeserit corpori, celeriter extrahit et sanat.

89 Butyro et medulla cervina et felle taurino cum oleo
90 cyprino aut laurino perfricta genua sanantur. Talorum tu-
moribus et doloribus musculus marinus tritus ex oleo ve-
tere inpositus medetur.

91 Malandriae et frigore adustis pedibus prodest cuius-
libet pecudis sevum cum alumine tritum vel excoctum et
ceroti modo inpositum.

92 Attritu calciamentorum factos clavos emendat veteris
soleae exustae cinis cum oleo inpositus.

93 Ulceribus omnibus pedum in qualibet parte adeps
ursina addito alumine medetur.

94 Ei, qui patitur varices, sevi hircini selibram et adipis
de capone libram simul permisce et in linteo die Iovis
ceroti more adpone, potenter subvenies.

95 Stercus aprunum tunsum cribratumque et cum melle
deteriore coctum et subactum articulis inpositum medetur.

7 corporis parte si] *Hic codicis finis.*

Ranas contritas aut ventres earum scissos pro malagmate 96
articulis inponito, efficaciter quoscumque dolores eorum
sedabis. Vitulinum fimum recentem articulis laborantibus 97
inlines, statim subvenies.

Ad verrucas et clavellos pedum remedium efficax sic: 98
Raporum semen, quantum tribus digitis adprehendi potest,
adiecto lasere contritum et inpositum atque inligatum cla-
vellum etiam morticinum excutit et persanat.

Sardas vel salsamentum sine osse exustum et con- 99
frictum adpone varicibus, statim prodest.

Verrucas minores congestas, quas Graeci myrmecias 100
vocant, ut abstergeas, hoc facito: Nocte cum videris stel-
lam quasi praecipitem se ad aliam partem transferentem,
eodem momento locum, in quo verrucae erunt, quacumque
re volueris deterge, protinus omnes excident; quod si
manu tua nuda id feceris, continuo ad eam transibunt.

Ad varices, qui suffunduntur et claudi non possunt, 101
lanuginem de papyro adpone, continuo claudentur, id est
illam lanuginem, quae viridi papyro in summitate est quasi
paniculae eminentis.

Lapillum quemlibet involutum hederae folio ad ver- 102
rucam admoveto, ita ut eam tangat lapillus, atque ita ce-
lebri loco abicito, ut ab aliquo inventus colligatur; miro
modo ad illum, qui collegerit, verrucae transferuntur et
ideo quot fuerint verrucae, tot lapillis tangi debent.

Urticam novellam cum aceto acri tere aut exustam 103
lomenti more adpone varicibus.

Ad pollicem contusum nucem iuglandem cute interiore 104
mundabis et cribrabis et cum modico mellis adpones, con-
tinuo sanabis.

Clavellis et callis, qui in pedibus molesti sunt, san- 105
guis lacertae viridis cum flocco inpositus mire medetur.
Lumbrici terreni triti cum oleo inpositi prosunt clavellis 106
penitus eruendis. Faba in aceto et laser missa et tume- 107

11 myrmecidas *Cornarius, correxi.* 31 sanguis lacertae] *cf. Plin. n. h.* 30, 80. 33 lumbrici] *cf. Plin. ibid.*

108 facta si clavellis alligetur, mire proderit. Salicis ramorum
primorum vel summorum cortices exuruntur, earum cinis
cum aqua impositus clavellis confestim medetur.

109 Beta cum melle et cum ficu arida contusa atque imposita medetur articulis.

110 Ad spinam, quae corpori etiamsi in profundo haeserit, avellendam remedium efficax sic: Florem cineris, id est summitatem favillae, colliges nitidissime et cum axungia contusa miscebis atque ad locum, in quo spina haeserit, leviter alligabis; statim aut spinam ipsam extrahit aut ita ad summitatem cutis educet, ut facile possit avelli.

## CAP. XXXV.

### Nervorum vitiis ac doloribus omnibus et arthritidi ac paralysi et doloribus medullarum remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

1 Nervis et arthritidi adeps vulturina cum felle eius-
dem et cum axungia vetere ac melle malagmatis more ad-
2 posita medetur. Nervorum nodis capitis viperini exusti
cinis cum oleo cyprino adpositus plurimum prodest.

3 Tremulis et quibus nervi infirmi sunt utile est holera cum aqua tantummodo decocta cum pane manducare et oleo castorino in balneo adsidue perungi.

4 Ranam rubetam et adipis ursinae — III cum olei veteris sextariis tribus in olla rudi ad medias decoquito, deinde colato; haec unctio frequenter adhibita non solum nervos confirmat, sed et paralysin repellit et reprimit.

5 Malagma etiam ad podagram et arthritim et ad omnem dolorem et tensionem nervorum sic: Ammoniacae guttae P. I, cerae P. I, axungiae veteris P. S, olei veteris P. II, olei cedrini P. I, rosacei aut irini olei P. I, croci — I, Assii lapidis — I, myrrae — I, aphronitri semunciam. In patella nova liquefiat axungia et cera cum oleo vetere

1 salicis] *cf. Plin. n. h.* 24, 56. 12 adeps vulturinus *Plin.* 26 irini] cyprini *Scribon.*

solvatur, postea oleum myrtinum et rosaceum et cedrinum et ammoniacum tritum admiscetur et tunc subducitur flamma, ne effervescat medicamentum; secundum quae adicitur crocum tritum ex aceto, deinde myrra trita aspergitur, ultimum nitrum et Assius lapis additur et sic compositum medicamentum reponitur in pyxide.

Acopum ad perfrictionem, lassitudinem et dolorem ten- 6
sionemque nervorum, quod hieme adhibitum non patitur perfrigescere quamlibet partem membrorum; hoc Augusta Livia utebatur, accipit haec: Samsuci floris S̶ I, roris marini foliorum S̶ I, faenograeci P. I, vini Falerni congium, olei Venafrani P. V. Praeter oleum omnia triduo in vino macerari oportebit, quarto die oleum admisceri et coqui in pruna non acri medicamentum, donec vinum consumatur, postea percolari per linteum duplex oleoque adhuc calenti cerae Ponticae P. S adici convenit; reponitur medicamentum fictili vel stagneo vaso. Usui est lenta manu perductum omnibus membris.

Acopum ad nervorum causas, quod per vindemiam 7
componitur, antequam mustum defervescat, sic: Musti recentis congios V et olei Venafrani P. I, in his macerantur species, quae infra scriptae sunt, contusae et percribratae grandioribus foraminibus cribri, id est iris Illyricae X̶ XL, cyperi X̶ XL, faeni graeci X̶ XL, piperis nigri X̶ XL, xylobalsami X̶ XL, calami odorati, quo unguentarii utuntur, X̶ LXXX, schoeni X̶ LXXX, saliuncae X̶ LXXX, sertulae Campanae X̶ XIIII, casiae nigrae X̶ XXIIII, cardamomi X̶ XXI, styracis X̶ XXVIII, costi XXIIII, myrrae Amineae X̶ XXI, casiae daphnitidis X̶ XIIII, spicae nardi X̶ XL. Haec cum musto et oleo macerantur in vaso stagneo aut fictili posita per dies XXX. Oportet autem vas bene clausum et alligatum bis in die solvi et permisceri omnia, deinde rursus operiri et signari, ne vires evanescant. Post XXX dies colantur macerata, de quibus quasi oleum purum ex-

1 myrtinum] *scribendum videtur* irinum. 11 faeni graeci sextarium unum *Scribon.* 28 Amineae *Scribon.:* minneae *Cornarius.* 29 spicae nardi] aspalathi *Scribon.*

cipitur, quod reponitur fictili vâso; facit ad omne vitium et dolorem corporis et nervorum universas molestias.

8 Acopum ad perfrictionem et lassitudinem et nervorum dolorem, quod odoris gravioris est; nam illud superius boni odoris est; accipit haec: Ammoniaci guttae X XV, galbani X IIII, resinae terebinthinae X VI, cerae X XXV, mellis P. II, olei veteris S I, oesypi — I, medullae cervinae — I, opopanacis X VI; quidam hoc non adiciunt. Ceram, oleum et terebinthinam liquefieri oportet, deinde cetera adici, novissimum ammoniacum addi tritum curiose. Hoc qui perunctus fuerit, etiam a serpente tutus erit.

9 Acopum, quo fere semper Livia Augusta et Antonia usae sunt, facit ad perfrictiones, arthritim et nervorum omnium dolores, cuius perunctio non patitur perfrigescere artus et refrigeratos calefacit; componitur hieme hoc modo: Adipis de porca sterili P. III vel etiam anserinae adipis idem ponderis, quam aqua frigida bene lavari atque in novum vasculum conici oportet, cui adici debent vini veteris odorati S III et species infra scriptae non nimis contusae ponderis huius: Xylocinnami — I, cardamomi — I, cyperi — I, schoeni — III, rosae aridae foliorum — I, sertulae Campanae corollas X. Haec omnia infervefiunt super carbones, deinde refrigerata eodem caccabo reponuntur posteroque die iterum infervefiunt reconduntur que eodem modo; tertio die rursus calefiunt et colantur per linteum vel ex iunco facto de industria colo; vinum rursus atque adipis quod superest in aliud novum vas conicitur; deinde ubi congelaverit se adeps, oportebit fundum caccabi perforari et vinum omne emitti atque in priorem caccabum adipem eandem conici et vini eiusdem recentis eandem mensuram adici speciesque non nimis contusas neque percribratas has infundi: Nardi Syriaci — I, saliuncae — I, amomi — I, casiae — I, myrrae — II, cinnami — II, rosae aridae foliorum — II. Deinde mane semel et in nocte semel mixtum hoc infervefieri

17 idem pondus *Scribon.*

debet, idem et postero die fieri oportebit; tertia die cum fervefacta fuerint omnia, percolanda erunt et transferenda in caccabum priorem pertusum; sed ante diligenter et spisse foramen eius obturandum erit atque ubi congelaverit se adeps, extrahendum obturaculum erit et spissamentum removendum, ut vinum omne effluere possit. Quod cum defluxerit, adeps vel medicamentum, quod resederit, vaso stagneo uno vel pluribus diligenter opertis et adplumbatis reponetur.

Harum compositionum, si qua fides est, et ipse ego utilia remedia semper expertus sum et alios idem sensisse confirmo; nam et illud adicio, nequaquam huic acopo comparari posse alia medicamina, quae in similibus causis plerique amicorum meorum, quibus aeque ac mihi credo, egregia se expertos cum iureiurando adfirmaverunt. Illud autem meminisse oportet medicaminum peritos vel studiosos, nonnumquam eadem medicamina in iisdem vitiis corporis vel similibus infirmitatibus interdum melius deteriusve respondere propter corporum inaequalitatem aut differentiam aetatum aut opportunitatem temporum vel locorum, sed adfirmo prosperos eventus, si quando opus fuerit adhiberi, has compositiones semper habituras.

Chalasticum Olympianum cerotarium insigne ad ner- 10
vorum dolores et tumores, quod idem ad rhagadia et ad pustulas utile est, conficitur sic: Turis — II, masticlies — II, spumae argenti — II, cerussae — II, molybdaenae — II, olei rosei P. I, cerae albae — IIII, adipis anserinae — II, medullae cervinae — II, sucum lactucarum quantum sufficiat, ita ut ex supra scriptis quae teri necesse est cum suco ipso bene terantur et postea supermittantur unguenta, id est oleum, cera et adeps anseris et medulla cervina, et sic confectum medicamen in pyxide stagnea aut in vasculo plumbeo reponatur; similiter in contractione nervorum caro palumbina sumpta in cibo prodest.

10 ipse] *Scribonium intellige, cuius haec sunt verba.*

11 Ad morbum articularem sic: Piperis grana VIIII, iuniperi grana VIIII, feniculi semunciam, mellis cyathum I; ex vini potione haec cum omnia bene triveris et permiscueris, in solio balnei calido bibenda dabis.

12 Confectio medicaminis, quod facit ad omnes dolores et ad omnes tumores nervorum et membrorum omnium vel conlisiones, sive fervore sive frigore fuerint excitatae, praecipue autem facit ad faucium tumorem et dolorem, qui Graece dicitur paristhmia, conficitur sic: Sevi taurini sed veri P. unum, sevi vervecini recentis — III, sevi hircini recentis — VI, porcinae axungiae recentis P. I, cerae nitidae P. I, resinae nitidae P. I. Sevum vel adipem unius cuiusque generis purgatam et tunsam ad supra scriptum pondus adpendes et sic in caccabum mittes, tum adicies ceram et resinam; quae cum fuerint simul lento igne liquefacta, colabis ea et in vas quod volueris defundes atque uteris, cum opus fuerit.

13 Ad dolorem medullarum remedium sic: Olei cyprini P. II, medullae cervinae — VI, butyri vaccini — III, sevi taurini — III, adipis anserini — III, cerae Ponticae — VII, bdellae — III, oesypi — III. De his omnibus speciebus tunsis excoctis purgatis unum corpus facies et pro ceroto uteris.

14 Ad paralysin et nervorum dolores herbam urceolarem madidam in pultarium novum mittes et ad prunas, donec se remittat, excoques; tunc in mortarium conicies et adiecto lomento et aceto, quantum satis sit, diutissime conteres et pro malagmate locis dolentibus adpones.

15 Herba Britannice viridis cum radicibus suis contusa
et expressa atque ex vini cyathis duobus vel tribus potui
sumpta nervorum quibuslibet doloribus potenter medetur,
16 quantum experimenta docuerunt. Herba vettonica trita et
17 inposita nervos etiam praecisos coniungit et glutinat. Myrti
folia viridia admixto modico sale et aceto contusa nervorum
poplitumquae doloribus prosunt, si his adsidue perfricentur.

18 De tribus cumulis terrae, quos talpae faciunt, ter sinistra manu quod adprehenderis tolles, hoc est novem

pugnos plenos et aceto addito temperabis et subiges atque eo malagmate cum opus fuerit efficaciter uteris.

Medulla de spina hyaenae admixto felle eius et oleo 19
vetere ad temperiem et lenitudinem acopi decocta nervorum vitia omnia doloresque auctore Democrito persanat.

Stercus caprinum cum aceto coctum et subactum 20
atque ad crassitudinem mellis impositum articulorum contractiones relaxat et tremulis prodest.

In locis umidis et sordidis sub lapidibus inveniuntur 21
bestiolae multipedes, quae contactae contrahuntur et rotundantur, ex his XXI contritae cum optimo melle et ex aqua potui per fistulam datae paralyticis medentur; ideo autem per fistulam potandae sunt, ne dentibus noceant, quos si contigerint nigrificant.

Vermes terrenos aut exustos aut siccatos contere cum 22
axungia vetere et adice herbam senecionem et cacumina buxi tenera et tus masculum contritaque haec simul permisce et emplastri more adpone nervis praecisis vel vexatis, confestim eos reparabis; quod remedium bubus etiam et iumentis similiter prodest.

Remedium ad arthritin et omnium membrorum et 23
nervorum dolores sic: Ibisci P. II, herbae Sabinae P. I S, notiae P. III. Haec omnia mittes in vini styptici Ꞩ I S, postea adicies cymini — VI, axungiae veteris P. III, olei mollis Ꞩ III; tum simul omnia in olla rudi excoques tam diu, ut herbae illae ita molles fiant, ut digito solvi possint; quas exprimes per linteum diligenter, ut sucus earum cum reliquis speciebus supra scriptis similiter expressis omnis coletur et emanet; postea adicies ibi species infra scriptas tunsas et diligenter cribratas, id est adarces — III, euforbii — III, castorei — III, piperis — III, masticheS — III, sevi taurini P. I, sevi caprini P. I, resinae frictae — VII, balsami — IIII, opobalsami — III, vini Ꞩ VIII, oesypi ollaris — III, medullae cervinae — III, resinae terebinthinae P. I. Permixta haec omnia tam diu decoques, donec

3 Medulla] *cf. Plin. n. h.* 28, 96.

ita omne vinum excoquatur, ut vix sextarius remaneat; postea adicies cerae rufae — VI et dum fervet, coagitabis et sublatum de foco medicamen diutissime, dum refrigeretur, agitabis et cum unum corpus eius feceris, in doliolum vitreum aut pyxidem stagneam recondes et cum opus fuerit, parum medicaminis loco, qui curandus erit, impones, sed diu perfricabis ac postea linteo involves, ne indumenta inquinentur; quod remedium post balneum nervis relaxatis convenientius fiet; sed cui medendum erit, liquamine et porcina abstinere debebit.

24 Decamyri calefactorii confectio ad nervos confirmandos et recreandos post iniuriam frigoris aut aliquam vexationem sic: Euforbii — I, pyrethri — I, myrrae — I, amomi — I, folii — I, piperis — I, styracis 𐆖 VIII, cerae 𐆖 VIII, nardi 𐆖 VIII, opobalsami 𐆖 VIII. De his omnibus tunsis cribratis remissisque facies unam confectionem, quam in pyxidem ligneam aut corneam recondes et cum opus fuerit, uteris.

25 Item ad eadem acopum de speciebus novem facies sic: Mastiches 𐆖 VI, styracis 𐆖 VI, nardi et dictamni tantundem, olei viridis 𐆖 XX, olei phyllini 𐆖 XX, olei myrtini 𐆖 X, cerae — IX, opobalsami 𐆖 VI. Haec similiter ut supra scripta conficies et recondes et similiter lenta et calida manu perfricans ad placandos ac reparandos nervos uteris.

26 Stirpes brassicae cum radicibus suis comburito earumque cinerem aceto conspargito et adiecta vetere axungia subigito, id malagma impositum nervos valentissime solidat.

27 Quercini ligni combusti cinerem qui vino et oleo di-
luerit doloresque nervorum ea unctione perfricuerit, summa
28 celeritate sanabitur. Stercus caprinum melle mixtum impositumque suppuratos nervos expurgabit et ad sanitatem usque perducet.

29 Si in cubitis aut articulis aut quacumque corporis parte nervorum contractio dolores exhibebit, lumbricos tres terrenos cum melle tritos malagmatis modo impone, omnem dolorem mollito rigore sedabis.

30 Pannum muliebrem, id est menstrualem, oleo madefactum excoque; deinde exprime et ceram illi oleo sufficientem addes, ut cerotum facias, quo arthriticum vel paralyticum utiliter perunges.

31 Confectio acopi ad reficiendos confirmandosque nervos sic: Thapsiae — I, adarces — I S, cachryos — I S, euforbii — I S, uvae silvaticae suci — IIII, pyrethri — IIII, resinae terebinthinae — VI, cerae rufae — VIII, olei cyprini — IIII, piperis uncias quattuor, sinapis uncias II. Haec omnia separatim tunsa et cribrata in unum miscebis et lento igne diutissime decoques et semper agitabis, deinde refrigerata in pyxidem ligneam aut corneam recondes.

32 Compositio emplastri, quod appellatur smilion, facit ad omnes nervorum contractiones relaxandas et ad quaslibet contusiones placandas doloresque sedandos, conficitur sic: Resinae frictae — VI, butyri exsalati uncias sex, cerae uncias sex, nitri in pulverem subtilissimum redacti uncias sex; quae supra notata sunt, lento igni in caccabo fictili solvuntur, quae cum fuerint soluta, superposito carbonibus caccabo paulatim nitrum, quod in pulverem redactum fuerit, supermittetur et agitabitur. Observandum sane, ne fervorem grandem ducat aut bulliat ac totum superfundatur et pereat; quod si validius hoc medicamentum facere volueris, supra dictis speciebus admiscebis resinae terebinthinae uncias quattuor, galbani uncias tres. Solvendum galbanum manibus calidis, sicut solet cera molliri, et in supra dictis speciebus mittendum, cum fuerint solutae atque permixtae; tum demum omnia diu agitabis, ut medicamentum sicut cerotum subtilissimum fiat, quo postea velut emplastro ad supra dictas causas potenter uteris.

33 Compositio dia pisselaeu ad nervos rigentes et offensos placandos et ad viscera mollienda conficitur sic: Picis liquidae pondo II, cerae pondo I, pulveris faeni graeci uncias tres, pulveris cymini uncias tres, bacae lauri pulveris uncias tres, salis sicci triti uncias tres; pix liquida remittetur et colabitur, addita deinde cera lento igne solvetur; sic omnia, quae pulveris sunt, mixta mittentur et coagitabuntur et coquentur.

Quo medicamine refrigerato uti conveniet pro malagmate vel emplastro ad ea, quae supra scripta sunt.

## CAP. XXXVI.

### Ad podagram calidam et frigidam et chiragram remedia physica et rationabilia diversa de experimentis.

1 Podagram lenit oesypum cum lacte mulieris et cum cerussa adpositum; fimus quoque bubulus recens calidus et pulmones pecudis calidi recentes et fel arietis cum sevo suo et fimus gallinarum recens adpositus plurimum iuvat necnon et cocleae Africanae cum sua carne combustae cinisque earum ex vino inlitus medetur.

2 Cerotum adversum pedum dolores hoc modo facies: Olei pondo II, medullae cervinae uncias sex, resinae frixae uncias sex, butyri unciam unam. Haec pariter in caccabo solvuntur et colantur, postea adicies lini seminis heminam, faeni graeci heminam, quae ita pariter concoques, ut spissum sit; deinde colabis et de ipso colato ita densum temperabis, donec emplastrum facias.

3 Remedium paregoricum ad podagram sic: Cupressi bacas virides quot volueris decoque ex aqua marina, donec molles fiant; deinde contunde in pila et subinde aquam adsparge et manibus subige, ut tamquam malagma sit; inde inter initia doloris impone, statim mitigabitur dolor.

4 Malagma efficacissimum ad podagram sic: Carnis agninae P. VI, caprinae P. VI, bubulae masculinae pondo sex, picis liquidae P. V vel etiam VI, nitri P. VIII, bacarum iuniperi pondo sex, cerae P. decem. Haec omnia concerpe, contunde, coque et cum liquidum fuerit medicamen, adice cepam et subinde permisce et deinde galbanum mitte, quantum aestimaveris sufficere posse, et subinde agita. Quae cum bene liquefacta et commixta fuerint, adicies sulphur et nitrum et bacas lauri contusas; deinde cum bene per-

3 oesypum] *cf. Plin. n. h.* 30, 76.

mixtum et concorporatum videris medicamen, ab igne removebis et mittes in pilam ligneam atque illic tam diu battues, donec sit subactissimum, et cum ex eo malagma facere volueris, oleo manus perunges et ita inductum linteo denso vel phoenicio pedibus adpones.

Malagma sive acopum ad podagram efficacissimum, 5
quod mense Augusto fieri debet: Resinae frictae pondo tria, cerae P. VI, olei veteris P. octo, galbani uncias quattuor, opii uncias quattuor, opopanacis uncias quattuor, aeruginis uncias sex, guttae ammoniacae uncias quattuor, adipis leoninae uncias quattuor, adipis leopardinae uncias quattuor, adipis taxoninae uncias III, adipis anserinae uncias tres, sevi taurini P. I, radicis malvae erraticae uncias IIII, radicis cicutae uncias quattuor, radicis ibisci uncias quattuor, radicis cucumeris agrestis, quem sicyon agrion dicunt, uncias quattuor, radicis cucurbitae domesticae uncias quattuor. Infundes radices omnes supra scriptas in aquam luna duodecima, excoques luna quindecima, ita ut ad tertias excoquas, et de excoctis suci expressi pondo duo vel duos sextarios facies. Opopanacem et opium infundes in vinum, guttam vero ammoniacam et galbanum tundes et deinde simul omnia permixta lento igne decoques ac facies quasi cerotum et uteris hoc modo, ut inlinas linteum delicatissimum, quod sine ruga amplectatur pedem; deinde fasciola leviter involves, ad hoc tantum, ne, cum pedes in lecto moveris, linteolum replicetur et medicamen inlitum decidat; nam si artius strinxeris, nervi offendentur. Hoc ergo medicamen et in accentu placat dolores et in declinatione confirmat sanitatem.

Herbae verbasci, quae minoribus foliis est, summi- 6
tates tenerae ac folia trita inposita intra paucas horas adeo sedabunt podagrae molestiam, ut qui usus fuerit etiam ambulare possit.

Incipientem podagram discutiet betarum exustarum 7

34 Incipientem podagram] *cf. Plin. de med.* III, 14 (p. $193^{b}$ *ed. Ald.*).

cinis levissimus admixto sanguine bubulo subactus et impositus.

8 Vettonica cum aqua ad tertias decocta ac potui data
ipsaque cum decoxerit trita atque adposita podagrae pluri-
9 mum medetur. Herba senecio, quae in tegulis nascitur,
cum sale trita vice malagmatis imposita podagricis prodest.

10 Malagma potentissimum ad podagram, ad fracturas, ad tumores, ad condylomata, etiam ad renium dolorem, si illic imponatur, quod fieri oportet speciebus infra scriptis sic: Asphalti pondo unum, cerae pondo unum, resinae colofoniae pondo unum, picis Bruttiae pondo unum, chalcitidis P. I, spumae argenti sescunciam, cerussae sescunciam, aluminis rotundi sescunciam, aluminis scissi sescunciam, misyos sescunciam, gallae sescunciam, opii seminis sescunciam, opopanacis sescunciam, aloes sescunciam, myrrae sescunciam, turis masculini sescunciam, herbae mandragorae — I S, aceti quod sufficiat. Quae tundenda fuerint, tundes et cernes, quae liquefacienda, ad ignem resolves et colata in unum permiscebis et leni vapore ignis tenuiter decoques et aceto paulatim consperges; deinde facies trochiscos, qui habeant singuli — binas, quos, cum usus exegerit, leni igne resolves et sic pedibus malagmatis more impones.

11 Remedium praesentaneum ad podagram et nervorum et lateris et renium et lumborum dolores et ad strumas et ad parotidas et paniculas sic: Pumicem marinum, bacas lauri, aeruginem aequo pondere contundes et teres cum pipere et sale, quantum aestimaris posse sufficere; adicies et picis durae et olei et mellis aliquantum et simul omnia usque ad spissitudinem decoques et colata cum oleo Syriaco subiges et pro malagmate, cum opus fuerit, uteris.

12 Compositio Mithridatica ad podagram et nervorum dolores et contractiones sic: Cerae unciam ūnam, medullae cervinae drachmam I, adipis ursinae drachmam I, cinnami

19 leni *scripsi:* levi *Cornarius.* 22 leni *scripsi:* levi *Cornarius.*

drachmam I, piperis nigri drachmam I, myrrae drachmam I, rosae aridae drachmam I, iris pistae drachmam I, adipis anserinae drachmam I, adipis gallinaceae drachmam I, ammoniaci drachmam I, casiae rufae drachmam I, turis masculi drachmam I, guttae ammoniaci drachmam I, herbae monoeci drachmam I, rutae silvaticae drachmam I, peucedani drachmam I, aphronitri drachmam I, croci drachmam I, turis pollinis drachmam I, staphisagriae drachmam I, castorei drachmam I, nucis amarae drachmam I, cuateri drachmam I, resinae terebinthinae drachmam I, oesypi drachmam I. Quae tundenda erunt tundes et cribrabis; quae remittenda erunt lento igne liquefacies et colata miscebis et emplastri more cum opus erit uteris.

Fomentum ad podagram sic: Fabae nigrae integrae 13
sextarium moles et in farinam rediges cum corticibus suis, de lapide sarcophago unciam I tundes et cribrabis et ex aqua tepida permiscebis atque in pannum inductum impones pedibus et alligabis.

Remedium ad podagram, quo pro acopo utendum est, 14
sic: Sevi hircini selibram, cerae selibram, picis selibram, turis masculi uncias III, adipis ursinae — III, olei veteris uncias tres, olei irini uncias III, salis ammoniaci — III, axungiae veteris selibram, medullae cervinae — III, medullae taurinae — III, adipis anserinae — III, lenticulae supra aquam natae — III, aceti S II. Haec omnia diligenter lento igne liquefacta et colata recondes et cum opus fuerit uteris.

Ad podagram et nervorum dolores et parotidas et 15
mammarum duritiem, quam et mulieres et viri pati solent, remedium sic: Picis Hibericae P. I, salis heminam, faeni graeci farinae heminam, iris — III, cerae selibram. Picem prius coques, ut remittatur; deinde singulas res adicies et coques ac postmodum colabis et tamquam malagmate cum opus fuerit uteris.

Potio ad podagram et nervorum dolores, quam pridie 16
non coenanti per duos continuos menses ieiuno ad nucis

16 lapide sarcophago] *cf. Cels.* IV, 31 *p.* 158 *D.*

avellanae magnitudinem ex duobus cyathis aquae calidae dabis, componitur sic: Petroselini drachmas II, centaurei drachmas II, marrubii drachmam I, scordii drachmam I. Tundes haec et cribrabis et in pulverem tenuissimum redacta despumato melle colliges, ut spissum sit medicamentum, et recondes.

17 Ad podagram subitum et facile remedium sic: Alumen, acetum, lotium humanum vetus aequis mensuris permisce atque adde cerae P. I, opii — I, lactis canini unciam I, rosae siccae unciam I. Opium et lac et rosam teres in mortario, ceram vero liquefacies et simul omnia permiscebis atque inde pedes inlines et folia betae aut lactucae desuper alligabis.

18 Ad podagrae subitum dolorem remedium sic: Calcem denuo coques et teres adiciesque oesypum et rosam tritam et de permixtis pedes perungues.

19 Phlomi uncias tres, rumicis uncias tres, ibisci uncias tres, cyclaminis uncias tres, myrrae tunsae unciam I. Phlomum moles et dices, quamdiu moles: Summum caelum, ima terra, medium medicamentum. Deinde simul omnia cocta colabis et ex his pedes cum opus fuerit perfricabis.

20 Ad podagram remedium de experimento sic: Spermaticae drachmas quattuor, lini seminis drachmas quattuor, erucae seminis drachmas quattuor, schoeni drachmas II, castorei drachmas II, myrrae drachmas II, nardi spicae drachmas II, gummis Aethiopici drachmas II, salis drachmas II, piperis longi drachmam unam, nucleorum pineorum drachmas VIII, satureiae drachmas novem. Haec omnia tunsa cribrata et in pulverem tenuissimum redacta tritaque in unum permiscebis et ex eo drachmam unam ad diem ieiuno in potione ex vini cyatho temperata dabis.

21 Sambuci folia, cum primum procedunt, ad libram colliges et teres, plantaginis quoque radicem ad libram colliges et contundes et axungiae veteris libram purgabis et contundes et postea simul omnia subiges atque inde pedes inlines et caulis folium superpones, confestim praesens remedium ad sedandam podagram experiere.

Fimum ciconiarum, sed de nido ipso, dum ciconiae 22
pullos habent, sumes et cum axungia vetustissima permiscebis et conteres atque emplastri modo pedibus adpones, efficaciter podagram sanabis.

Ad podagram et ad omnes pedum vel manuum et 23
aliorum membrorum dolores ex perfrictione relevandos bene facit hoc remedium sic: Faenograeci S̶ I, lini seminis S̶ I, ibisci contusas radices quinque; haec ante diem infundes in aquae S̶ VIIII, deinde post diem decoques usque ad tertias, postea colabis et sucum omnem colliges atque adicies ei olei P. VIIII et suci laurini, id est de foliis vel de bacis teneris lauri expressi S̶ I; deinde iterato decoques pariter, quousque omnis sucus supra scriptus consumatur et olei tantummodo summa residat; quod iterato colatur et adduntur in eo oleo, quod superfuerit, laricis — VIIII, terebinthinae unciae IIII, balsami — II, ita ut prius haec in vaso duplici ad ignem lentissimum resolvantur et sic permisceantur et diutissime coagitentur atque in usus supra scriptos necessarios ad perfricandum reserventur.

Ad primos podagrae impetus molliendos: Atiariae her- 24
bae partes duas contundes et butyri unam partem permiscebis et conteres atque ita pro unguento vel emplastro uteris.

Ulmi cortex contusus diutissime et cum aqua marina 25
usque adeo subactus, ut malagmati similis sit, pro emplastro adpositus sedat podagrae dolores.

Vivo lepori pes amputatus et alligatus ad poda- 26
gram vel eius pedis partibus, quae dolebunt, plurimum prodest.

Vituli marini aut quod melius est hyaenae pelle facta 27
calciamenta si quis in cotidiano usu habuerit, efficaciter podagrae morbo carebit.

Pueri inpubis detonsi super pedes dolentis capilli 28
atque illic aliquamdiu compositi compescunt dolorem.

Probatum remedium est, felle caprino non manu, sed 29
pinna pedes perunctos confestim dolore relevari.

30 Feniculi farina ex hydromelite decocta et inposita
chiragrae medetur.

31 Podagram ut sanare difficile est, sic incipienti inter
initia occurrere promptum est; nam inter initia eius cum
dolores asperrimi sunt, si quis vena adversa in brachio
pungatur, non modo praesenti dolore relevabitur, sed etiam
in posterum perpetuo liberabitur.

32 Utiliter in dolore perunguntur pedes oleo, in quo diu
decocta sint intestina ranarum; ranae quoque rubetae ex-
ustae cinis cum sambuci coliculis teneris tritis et sevo
hircino vetere permixto et decocto pariterque inposito
33 prodest. Folia cupressi contrita cum panis mollis parti-
bus duabus et axungia vetere subacta medentur doloribus
podagrae.

34 Semen genestae tunsum et cum axungia subactum
35 doloribus geniculorum potenter adhibetur. Mustelae vivae
combustae cinis cum oleo rosaceo et aceto pinna inlitus
podagricis prodest.

36 Hedera contrita et cum oryza ac melle decocta atque
in unum permixta et denuo trita podagrae et chiragrae
37 et nervorum offensionibus medetur inposita. Urtica trita
cum sanguine milvino aut palumborum permixta atque ex
eo pedes inliti efficaciter sanantur.

38 Mirificum podagrae remedium nec impendio sumptuo-
sum sic: Cupressi pilulae duodecim, pastinacae quam
minimae totidem decoquuntur cum turis tunsi unciis tri-
bus cum olei sextario et aquae hemina et axungiae veteris
unciis VI et cerae tantundem, quae inspissata et con-
glutinata panno inlita pedibus adponuntur.

39 Ad podagram cum fervore et tumore rubicundo, quam
calidam vocant, haec faciunt primis diebus adhibita: Herba
urceolaris per se et caseus mollis recens per se impo-
situs, postea herba, cui salis pusillum admiscere oportebit.
Item bene facit apium viride per se vel cum polenta

1 feniculi farina] faeni graeci farina *Plin. n. h.* 24, 188.
33 herba, cui] herbae *Scribon.*

adpositum nec minus utilis est portulaca atque plantago; spongia quoque Rhodia vel Africana mollis ex aqua frigida adposita iuvat; lanam etiam sucidam rosa et vino infectam poni convenit; subinde autem haec omnia mutari oportet, priusquam calefiant.

40 Prodest et lomentum fabae molitae cum suis valvulis factum aceto ac melle dilutum atque ita impositum; educit enim sanguinem et dolorem levat.

41 Belle faciunt et mala citrea quam maxima quinque cocta ex aceti sextariis tribus, donec madida fiant; quibus tritis adicitur aluminis fissi uncia una, myrrae uncia una atque ita malagmatis more ferventi podagrae imponuntur.

42 Bene facit et aloe aceto diluta et per pinnulam pedibus inducta; opium quoque lacte muliebri dilutum et similiter inlitum iuvat.

43 Mirifice hoc cataplasma podagrae cuilibet superpositum medetur; tollit enim triduo dolorem, lomenti more compositum sic: Feniculi seminis cyathi duo, musci de stagno cyathi duo, polentae tenuis cyathi duo. Commiscentur haec in unum contusa trita atque molita; deinde consparguntur aqua pluviali et ita temperantur, ne durum sit medicamentum neve sit aquatum nimis; quod inpositum protinus levat, id est intra triduum tollit dolorem. Constat autem eum, qui hoc medicamine ter in mense inter denos dies usus fuerit, in nocte non laboraturum podagrae dolore.

44 Ad frigidam podagram, quae sine tumore est, conficitur cataplasma sic: Ciceris nigri moliti sextarius coquitur ex aqua et diligenter teritur, cui adicitur axungiae pauxillum et dum calet medicamentum, pedibus inponitur.

45 Faenograeci seminis et hordei farinae binos sextarios cribratos in unum miscebis et decoques ex aqua atque addes olei quod sufficiat ac subinde calidum cataplasma

6 lomentum fabae molitae] omentum caprinum, item faba molita *Scribon.* valgulis *Cornarius.* 28 Ciceris] piperis *Scribon.*

pedibus adpones. Bene facit et ibisci radix ex aqua mulsa cocta et inposita; sambucum quoque cum axungia et brassicae cinis cum axungia inpositus plurimum iuvat. Ubi autem impetus cessaverit, et in hoc et in priore genere podagrae calida aqua marina diu fovendi sunt pedes vel si haec non erit, aqua pura ferventi sale adiecto foveantur; post hoc malagmate uti oportet, quod ad parotidas scriptum est; tollit enim cito reliquias podagrae per sudores et in futurum confirmat nervos nec patitur facile vitiari.

46 Ad utramlibet podagram remedium sic: Torpedinem vivam nigram, cum admonuerit dolor, subici pedibus oportet in litore non sicco, sed quod adluit mare, et tam diu premi, donec sentiatur torpor per totum pedem et tibiam usque ad genua. Hoc et in praesenti tollit dolorem et in futurum remediat. Hoc modo Anteros Caesaris libertus supra fidem remediatus est.

47 Malagma Narcissianum ad utramque podagram egregium: Cerae pondo II, resinae pondo V, olei veteris pondo V S, olei Syriaci pondo I S, aphronitri in pastillis pondo I, cardamomi puri pondo unum, iris Illyricae pondo unum, piculae pondo I, agarici pondo I, faenograeci pondo I, centaurei pondo I, Apollinaris pondo I, alterci pondo I. Coques liquanda; quae sunt tundenda, in pulverem redacta miscebis atque ex his pastillos facies et in capsa nova repones, quibus diebus viginti iugiter uteris.

48 Malagma, quod et ad podagram et ad omnem collectionem bene facit, accipit haec: Ammoniaci uncias V, galbani uncias II, picis durae pondo V, resinae terebinthinae P. II, olei veteris P. I S, axungiae vetustae P. III, cerae P. V, sulphuris vivi pondo V. Haec omnia decoques in patella fictili vel caccabo ampliore; sulphur tamen et ammoniacum extra teres et sic inmiscebis, cum decoquere coeperis, sed agitabis instanter, ne subsidant in fundo, quae in pulverem redacta mittuntur.

49 Confectio medicaminis, quod appellatur hygia, facit

16 supra fidem] supra hereditates *Scribon.*

ad chiragricos, ad arthritim, ad ilii dolorem, ad ventris molestias, ad nervorum contractionem et ad omnes dolores, qui sunt in corpore; conficitur XII. Kal. Iul. non interest quo die vel luna vel malina, dummodo supra scriptus dies observetur, quo medicamen fiat sic: Olei P. XXV, sed optimi, vini optimi pondo XXV — quantum bonum fuerit vinum, tantum melius erit medicamentum — serpylli campestris fasciculos X tam grandes quam manus viri recipere potest; sed supra scripta die colligi debet serpyllum, ut statim recens cum supra dictis liquoribus coquatur, quod oportet tam diu coqui, quousque ad olei mensuram liquor omnis veniat; cum refriguerit, colatur diligenter et ubi nitidum fuerit, addes resinae pityinae pondo tria, opopanacis libram semis, galbani libram semis, cerae rufae libram semis, storacis libram, opobalsami — VI. Haec omnia confundes in isto oleo; storacem sane pones in balneo et ibi solves atque in mortario teres et remittes omnia in vas aereum ibique pones ad focum species supra scriptas, quae tam diu coquantur, quamdiu solvantur bene; deinde de resina pulverem facies et asperges medicamini, dum adhuc coquitur, quo malagmatis loco cum opus fuerit uteris.

Cerotum ad chiragram et parotidas et tumores di- 50
versos et fistulas et furunculos accipit haec: Cerussae P. I, ammoniaci P. I, olei P. I; cerussa terenda in mortario diligentissime, deinde oleum paulatim supermittendum, et cum simul trita fuerint omnia, mittenda in caccabum vel trullam, ut ferveant, et dum coquuntur, sine intermissione agitanda. Sed cum densum esse coeperit medicamen ad speciem ceroti, tum ammoniacum tritum diligenter supermittendum coquendaque simul omnia horis sex lento igne, ne adurantur, et sine cessatione, dum coquuntur, agitanda; cum videris omnia bene mixta, defunde in aquam frigidam et manibus subige vel perfrica et sic repone et cum usus exegerit, alutae inline et sic adpone locis necessariis.

9 collegi *Cornarius.* 20 facias *idem.*

51 Remedium ad podagram vel maxime ad arthritim sic: Aceti optimi quantum volueris, quod melius erit, si ex vino styptico fuerit, telas aranearum, quae in cupresso inveniuntur, buxi summitates tenerrimas. Haec in olla nova coquenda sunt diutissime; ex quo aceto posca temperanda paulo acrior quam ad bibendum, ex qua posca vel calefacta vel frigida, prout causa postulaverit, lavanda membra, hoc est arthra vel iuncturae, quae dolent, et deorsum, id est cum umeros vel cubita laveris, ad manus summas vel ad pedes summos destringendum deducendumque medicamen; postea vero quam hac posca laveris membra, quae lavari necesse est, adpones herbam, quae in aquae iugis decursu nascitur, quam Latine berulam, Graece cardaminen vocant; haec diligenter purgatur et teneritudo eius tunditur et ita vel tepida vel frigida, prout salubrius est, dolenti in modum cataplasmatis adponitur et die bis aut ter vel quotiens siccari coeperit mutanda erit. Quae si ruborem fecerit, tunc magis profuisse intelligetur. Adhibendum dehinc parygrum cerotum infra scriptum sic: Cerussae, spumae argenti, cerae Punicae, olei rosei, olei mollis, lacrimas ovorum. Horum omnium pondera quae placuerit miscebis; modus enim non est definitus. Cera primum in oleo molli ferveat tam diu, donec stringatur; postea pulverem supra scriptarum specierum superaddes, deinde oleum roseum vel lacrimas ovorum admiscebis atque ita bene agitata et mixta omnia subcoquantur igni. Quod medicamen repositum, cum necesse erit, in linteo inlitum membris dolentibus adponetur.

52 Farinae triticeae 𝔖 unum, amyli uncias septem, cerae uncias septem, olei rosacei aestate, hieme autem olei communis 𝔖 I Italicum; sane ut passio ipsa vel calidius vel frigidius medicamentum poscit fieri, ita facias. Farinam ante diem infusam in aquae 𝔖 Italicum concoques ad modum glutis, postea amylum separatim tritum in mortario et ceram remissam in oleo supermittes et simul omnia diligenter teres et cum opus fuerit, adpones in linteo podagrae cuilibet.

53 Galbani semunciam, opopanacis uncias duas, castorei uncias II, cerae P. II, olei laurini uncias II, olei communis P. I, olei veteris rancidi P. I, aphronitri candidi pilulas duodecim, medullae cervinae pondo unum, butyri P. I, clavos caligares de sterculinio collectos de dextra caliga VIII, de sinistra septem in singulis linteolis alligato, sic in aeneum mitte; deinde ita cum supra scriptis decoque, ut emplastrum densum facias pedibus cum volueris adponendum. Opopanacem sane cum liquaveris, galbanum postea liquabis; dehinc omnia reliqua cum coxeris, colabis et sic de permixtis omnibus emplastrum facies; miraberis remedium podagrae, quia palmare est.

54 Ad impetum podagrae remedium, quod Artemisius Dianio ostendit sic: Croci denarios duos, pulveris Asiani, id est de lapide Magnesio, qui in venalibus difficile invenitur, unciam unam; sed si hic non sit, pro pulvere aphronitri — I mittes et ovorum quattuor lacrimam, non medullam. Haec trita et mixta conponuntur in modum ceroti, quo superlinuntur pedes de pinnula.

55 Farinam de meliloto in lotio humano et axungia vetere concoque eamque panno inline et mox ubi dolor auspicabitur, pedibus impone, pro certo statim eum mulcebit hoc remedium.

56 Axungiae P. tria, resinae terebinthinae P. I, picis liquidae P. I, cerae communis P. I, sulphuris vivi P. I, rutae viridis ℥ III, schoeni — II, bdellae recentis — II. Cum omnia remittenda remiseris et cetera miscueris, novissime sulfur tunsum adicies et omnia iuxta ignem exagitata miscebis. Haec compositio praesidio servata quamvis acrem impetum podagrae orientis extinguit.

57 Olei cyprini modium in aeneum conicies cumque primum fervebit, mittes in illud vulpem masculam vivam et tam diu coques, donec corpus eius surculo facillime transforetur; tunc oleum percolabis et adicies in id samsuci,

22 pro certo] *an legendum:* impone pro ceroto, statim?
32 masculam vivam *scripsi:* masculum vivum *Cornarius.*

saliuncae, cyperi, cardamomi, singularum rerum selibras, euforbii — IIII, adarces P. I, resinae P. III, cerae Ponticae P. II. Hoc cerotum mire podagram lenit.

58 Vermiculos terrestres in aceto per noctem manere curabis, ut se omni sorde purgent, mane eos siccabis et ex his — IX in libram axungiae mittes et diutissime conteres, ut unum corpus efficias, et pro ceroto uteris ad sedandos pedum quamlibet molestos dolores.

59 Medius lapis lacte muliebri dilutus et pellicula lupina
conligatus portatusque et in praesenti et deinceps in fu-
60 turum tempus podagram certissime submovebit. Colum-
binae pinnae maxime primum nascentes ustae cum urtica
atque inpositae podagrae dolores levant.

61 Terrestres lumbrici ad mensuram acetabuli in mellis cotyla contriti et inpositi pedibus, qui prius oleo rosaceo uncti fuerint, ac tertio die soluti et statim rursum impositi et confestim dolorem leniunt et in posterum tollunt.

62 Vulpem ex aqua coquito, donec mollescat, et ex aqua percolata pedes adsidue foveto; quo facto doloribus facile careri hoc remedio quidam frequenter experti sunt.

63 Lenticula, quae in aqua nascitur, quam tenerrima
contusa et antequam cubitum eat ei, qui dolet pedes, in-
posita, deinde interposito tempore sublata, et herba cucu-
lus trita in reliquam partem noctis inposita mire dolores
64 podagrae sedat. Farina frumenti ex aceto cocta dolorem
podagrae statim sedat inposita, sed lenius medicamen erit
adiecto melle non multo.

65 Pampini vitium triti et impositi tumorem pedum mira-
biliter exsiccant; cinis quoque vitium cum axungia vetere
subactus et impositus idem praestat necnon et ad hoc sal
ammoniacus cum pari mensura picis et cerae coctus im-
66 ponitur. Plantago cum axungia subacta et imposita lenit
pedum dolores, limus quoque aquaticus cum oleo sub-
actus plurimum prodest.

67 Adeps ursina cum sevo taurino et cera pari pondere decoquuntur eoque ceroto podagra contacta lenitur nec-

non et radix cucumeris erratici ex aceto cocta et podagrae imposita succurrit.

68 Potio, quae si anno integro fuerit potata, podagra liberat laborantes, componitur sic: Chamaedryos P. I, centaurei uncias III, aristolociae rotundae uncias III, stoechados uncias III, agarici — I, cyperi seminis — III S, aloes — III S. Haec pondera singularum rerum tunsa et cribrata adpendi oportet et mellis Attici libris VI comprehendi. Sumitur autem haec potio a ieiuno et maxime digesto, mensura eius est argentei scripuli pondus; bibitur ex tribus cyathis aquae calidae et si non continuati dies fuerint in accipienda potione, anni tamen spatium in dierum numero suppleatur.

69 Fel apri cum sevo quolibet positum optime placat podagram in praesens.

70 Carmen idioticum, quod lenire podagram dicitur, sic. In manus tuas exspues, antequam a lecto terram mane contingas, et a summis talis et plantis usque ad summos digitos manus duces et dices: Fuge, fuge, podagra et omnis nervorum dolor de pedibus meis et omnibus membris meis, aut si alii praecantas, dices illius, quem peperit illa. Venenum veneno vincitur, saliva ieiuna vinci non potest. Ter dices haec et ad singulas plantas tuas vel illius, cui medebere, spues.

71 Remedium ad podagram sic: Lanae sucidae non lotae P. I, vini veteris vel Aminei 𝕾 II, olei omphacini 𝕾 I, aphronitri communis P. I. Lanam infundes in vinum per triduum, dehinc exprimes lanam vehementer et admiscebis vino, quod expresseris, aphronitrum tritum, addes et oleum et sic miscebis omnia et in vas vitreum mittes et servabis. Cum autem opus fuerit medicamen, panem infundes in vinum vetus vel Amineum, qui cum bene mollitus fuerit, exprimendus erit et terendus in mortario ac

3 Potio] *Eandem compositionem habet Plin. de re med.* II, 26 *p.* 70 *ed. Ros.* 5 aristolochiae *Cornarius.* 8 libris *scripsi:* libras *Cornarius.* 10 scripuli] denarii *Plin.* 26 amminei *Cornarius.* 32 ammineum *Cornarius.*

dum teritur, supermittendum medicamentum, quod in ampulla est, ita ut ad densitatem cataplasmatis redigatur, addenda et olei rosei coclearia duo; sic inducendum medicamentum in linteo et adponendum locis dolentibus. Superposito vero linteo salubre esse auctor remedii huius adfirmat, si vel ipsa lana, quae expressa est, vel alia sucida supra cataplasma hoc ponatur et leviter obligetur.

72 Confectio emplastri, quod rex Ptolomaeus invenisse dicitur, accipit haec: Sevi taurini remissi colatique atque in pastillos coacti P. V, resinae frixae P. V, medullae cervinae — VI, suci mentae — II, suci mentastri — II, suci feniculi — II, suci marrubii — II, suci hyoscyami — II, suci plantaginis maioris — II, suci lapathi — II, specularis cocti et quam minutissime triti P. I. Quibus in ordinem praeparatis sevum et medulla lento igni in vasculo aeneo remittentur; tum resina comminuta atque trita sensim in sevum supermittetur, ut simul liquefacta permiscere se possint; deinde in mortarium marmoreum diligenter colata mutabuntur, quae adhuc tepentia diligentissime conterentur. Quae cum densari coeperint, dum adhuc calida erunt, ita ut calor sustineri manibus possit, sucos supra scriptarum herbarum superfundes et iterum diligentissime teres et priusquam penitus desinat calor, praeparatum de speculari pulverem mittes. Itaque omnia simul mixta et diutissime trita atque ad summam levitatem redacta in vitreo vasculo reponentur. Hoc emplastrum utile his rebus: ad podagram et nervorum dolores contractionesque, ad luxa vel fracta, ad pustulas omnes, ad duritias omnes, praecipue ad mammarum vitia, ad carcinomata, ad glandulas, ad vulnera omnia quolibet modo inpressa vel vetusta vel recentia, ad lumborum et ilii dolorem, ad scapularum dolorem, ad pthisicos, ita ut emplastrum hoc inducant et caldam aquam mulsam bibant, ad dentium dolorem, ad gingivarum carcinomata, ad capitis et oculorum dolores, ita ut emplastrum dolentibus oculis superponatur, ad mem-

28 duritias *Stephanus:* duricies *Cornarius.*

brorum dolores contusionesque, ad omnia omnino, praecipue ad podagram et ad nervorum offensiones placandas res saluberrima est.

Descriptio acopi, quod dia cissu dicitur, accipit haec: 73
Bacas lauri virides C, cupressi CVIIII, herbae Sabinae P. I, roris marini P. I, faeni graeci ℥ I. Haec omnia diligentissime tunsa atque trita infundes in aquae pluvialis ℥ III et olei P. VIIII atque illic triduo conmaceranda esse patieris; tum lento, ne adurantur, igni tam diu coquentur, quousque mensura aquae, quae missa fuerit, excoquatur; tum omnia colabuntur atque his adicientur hederae communis siccae — IIII diligenter tunsae cribrataeque necnon et resinae astulosae P. IIII, cerae pondo II. Permixtis omnibus atque igne liquefactis medicamentum paratum in vitreo doliolo reponetur, ex quo, si quae doluerint corporis partes, perunctae et confricatae sanitati cito restituentur. Mulieribus etiam cum cessaverint tempora, si aut ad lumbos aut ad imum ventrem ponatur, menstrua statim provocabuntur necnon et calculos movet, si ex eo ilium aut venter imus fricetur; podagrae quoque prodest, si vel mane vel nocte pedes ex hoc medicamine perfricentur.

Descriptio ceroti sive emplastri podagrae et articulis 74
et nervis et multis rebus infra scriptis satis utilis sic: Sevi taurini P. III, resinae frixae P. II, specularis exusti P. II, cerae Ponticae P. II, olei mollis P. I S, suci marrubii — II, suci plantaginis — II, suci verbenae — II, suci mentae — II, suci symphoniacae uncias duas, suci phlomi — II; quae herba longa et lata et mollia et lanosa folia habet et thyrsum longum lanosum facit, quae Graece dicitur hermu rabdos. Sevum vel cera vel resina separatim lentissimo igne solvuntur colanturque et in caccabo postea cum supra scriptis speciebus miscentur, deinde simul decoquuntur; postea additur oleum et iterum modicum fervorem ducit. Deinde remoto ab igni caccabo mittitur

4 dia cissu] *Eandem compositionem ad podagram sanandam laudat Alexand. Trall. vol.* II, 537 *Puschm.* 13 astlosae *Cornarius.*

pulvis specularis exusti et diutissime agitatur. Tum medicamen adhuc pseudocalidum diffunditur in mortarium et illic diutissime manibus subigitur atque inde in pyxide aut in doliolo vitreo reponitur. Quod medicamentum ad omnes collectiones et glandulas et parotidas et strumas et ad omnes tumores et ad omnes pustulas et ad omnia vulnera sananda potentissimum est necnon et ad stomachi et viscerum vitia et ad lateris et renium et lumborum et coxarum dolores efficacissimum est; nervis quoque placandis et luxaturis et fracturis solidandis utilissimum est.

---

Quod natum Phoebus docuit, quod Chiron Achillem,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon
A genitore suo, qui quondam versus in anguem
Templa Palatinae subiit sublimia Romae,
Quod Cous docuit senior quodque Abdera suasit,
Quod logos aut methodos simplexque empirica pangit:
Hoc liber iste tenet diverso e dogmate sumptum.
Namque salutiferas disponit pagina curas.
Istic repperies per nomina perque medellas
Descriptas species et pondera mensurarum
Congrua, quae sapiens sumes moderamine certo.
Ne fallare, vide, neu quae sunt parta saluti
Vertat in exitium non sollers cura medentis.
Sume igitur medicos pro tempore proque labore
Aetatisque habitu summa ratione paratos,
Gramine seu malis aegro praestare medellam
Carmine seu potius: namque est res certa saluti
Carmen ab occultis tribuens miracula verbis.
Quae curis hominum physicorum inventa pararunt,

9 medelas *Cornarius*. 13 solers *idem*. 16 medelam *idem*. 17 salutis *Buecheler*. 19 pararint *Cornarius*.

Quaeque suis natura bonis terraque marique
Edidit, illa suis altrix simul atque creatrix
Fetibus omnigenis, quos parturit, ergo salubres
Suggerit impensas ponto et tellure creatas,
Angue, fera, pecude, fruge, alite, murice, pisce,
Lacte, mero, pomis, lymphis, sale, melle et olivo,
Sucis, unguinibus, taedis, pice, sulfure, cera,
Polline, farre, fabis, lino, scobe, vellere, cornu,
Bacis et balanis, lignis, carbone, favilla,
Floribus et variis herbis, holere atque metallis,
Sandyce et creta, psimmytho, pumice, gypso,
Cadmia, chalciti, chalcantho, chalco et adusto,
Cassitero molli, lepida Cypria, atramento.
Prome etiam (seu tunde prius seu contere gyro),
Quod viride hortus habet, vel quod carnaria siccum,
Alia serpyllumque herbas thymbramque salubrem
Brassicaque et raphanos ac longis intuba fibris
Et mentam et sinapi coriandrum prototomumque
Erucam atque apium, malvam betamque salubrem
Rutamque et nasturcum et amara absinthia misce
Puleiumque potens necnon et lene cuminum.
Palmula nec desint Idumes nec pruna Damasci,
Quae cum multiplici contriveris orbe terendo,
In patinis excocta dabis aut grandibus ollis
(Verum adoperta) coques, ne fumida iura saporem
Corruptum reddant, quem mox fastidiat aeger.
Adde et aromaticas species, quas mittit Eous,
Vel quae Iudaicis fragrant bene condita capsis,
Tus, costum, folium, myrram, styracem, crocomagma,
Aspalathum, gallam, elleborum nigrumque bitumen
Et nardum et casias et amoma et cinnama rara,
Balsama, peucedanum, spicam, crocon atque bedellam,

24 et fruge *Cornarius.* 32 lepida *scripsi:* lepide *Cornarius.* atque atramento *Cornarius:* atque *del. Buecheler.* 36 intyba *Cornarius.* 40 pulegiumque *idem.* cyminum *idem.* 45 quem *Buecheler:* quae *Cornarius.* 51 crocon *Burmannus:* crocum *Cornarius.*

Irim, castoreum scillamque, opium, panaceam,
Resinam, lepidum, euforbium, git atque pyrethrum,
Zingiber et calidum, mordax piper et laser algens
Agaricumque asarumque potens, aloen, aconitum,
Galbana, sandaracam, samsucum, psoricum, alumen,
Acaciam propolimque et adarcen, cnecon, acanthum
Andrachnen acoronque opopanaca pompholygemque
Cyperum ladanum sagapenonque et tragacanthum,
Scamoniam, cyphi, malabathron ⟨et⟩ ammoniacon.
Denique repperies istic, quod lucis in ortu
Indus, Arabs, Seres, Perses divesque Sabaeus
Vicino sub sole legunt, quod praebet Orontes,
Eximium ignoto mittit quod Nilus ab ortu,
Decerptum foliis, ramo, cute, cortice, virga,
Quodque ab Idumaeis vectum seplasia vendunt
Et quicquid confert medicis Lagaea cataplus.
Haec quicumque leges, poteris discernere tecum,
Agnoscenda magis sive exercenda rearis.
Quisque tamen nostrum hoc studium dignabere, quaeso
Praestes iudicium purum mentemque benignam.
Sic tua perpetuo vegetentur membra vigore
Et peragas placidam per multa decennia vitam.
Sic non incuses validam placidamque senectam
Nec tibi sit medicis opus umquam nec tibi casus
Aut morbus pariant ullum quandoque dolorem,
Sed procul a curis et sano corpore vivas,
Quotque hic sunt versus, tot agant tua tempora Ianos.

53 lepidum] *si lectio est integra,* lepidium *dicere videtur.* euphorbum *Constantinus.* 59 sagapenion et tragacantham *Riese.* 60 cyphi *scripsi:* cypen *Cornarius.* ⟨et⟩ *add. Salmasius.* 62 Persis *Cornarius.* 67 Lagaea *Salmasius:* lalagea *Cornarius.* 74 placitamque *Cornarius.*

# Index nominum propriorum.

**Abdera** *p.* 382.
**Achilles** *p.* 382.
**Acilius Hyginus** Cappadox chirurgus Romae 29,5.
**Admetus** Cassi medici servus, legatus Tiberi Caesaris 29,5 (Atimetus *Scribon.*)
**Aesculapius** *prf.* 1.
**Africa** 29,8.
**Ambrosius** medicus Puteolanus 26,10.
**Andronei** pastilli 33,2.
**Anteros** Caesaris libertus 36,46.
**Antigonus** medicus: collyrium nigrum ab A. repertum 8,11. collyrium acharistum theodotium ab A. inventum 8,15. collyrium, quod appellatur sphragis, ab A. medico inventum 8,124.
**Antiochus** rex *p.* 4. 5.
**Antonia** 35,9.
**Antonius Musa** 20,17. Musae collyrium 8,216.
**Apollinaris** *prf.* 2.
**Apuleius** *prf.* 2.
**Apuleius Celsus** medicus 16,8.
**Aquitania** 19,1.
**Arabs** *p.* 384.
**Artemius Dianio** 13,17. Artemisius Dianio 36,54. *Altero loco corrigendum videtur* Artemius.
**Asclepiades** medicus *p.* 17,4. 7. 22. collyrium ab A. ad epiphoras speciatim repertum 8,13. trochiscus Asclepiadeus 27,32. arteriace eius 14,7.
**Attali** regis medicamentum 22,20.
**Augustus** 8,10. Caesar Augustus 20,115. Caesar *p.* 9,16. 13,7.
**Ausonius** medicus *prf.* 2. 25,21.
**Bassus:** colice eius mirifica 29,12.
**Brocchus** *v.* Milo.
**Caesar** noster *p.* 9,16. 19,6. Caesaris libertus 36,46.
**Callistus** (G. Julius) *p.* 15,1.
**Casilinum** 26,9.
**Cassius** medicus 29,5. eius colice *ibid.*
**Cato:** illud Catonis saepe dicebat *Vind. ep.* 8.
**Celsus** *prf.* 2. Cornelius Celsus *p.* 15. 20.
**Chiron** *p.* 382.
**Christus:** spina alba, qua Chr. coronatus est 23,29. in nomine Christi 25,13.
**Cosmus** medicus 8,8. 11. 14. 14,45. 20,19. 30,28. potio Cosmiana 20,18. antidotus 29,11.
**Crispus** *v.* Junius.
**Democritus** 8,42. 35,19.
**Designatianus** *v.* Largius.
**Dianio** *v.* Artemius.
**Dionysianum** collyrium 8,122.
**Euelpistus** *v.* Terentius.
**Eutropius** *prf.* 2.
**Eutychianus** archiater 14,70.
**Gaia** Seia 21,3. *cf. Ps. Plin.* III, 15 p. 89 recede ab illo Gaio Seio, tertiana.

**Gamalielus** patriarcha 23,77; *de hoc cf. Hieronym. ep.* 57. *cod. Theod.* XVI, 8,22.
**Hadriani** antidotum quo utebatur Caesar Augustus 20,115.
**Herophilus** inter maximos quondam habitus medicos *p*.15.
**Hippocrates** Cous. *Larg. Des. ep. p.* 4. 5. 9. conditor professionis nostrae *Scribon. ep. ad Call.* 5.
**Idumaei** *p*. 384.
**Indus** *p*. 384.
**Iacob**: in nomine dei Iacob 21,2.
**Ianuarius** medicus 23,24.
**Iulii** Bassi colice mirifica 29,6.
**Iunius Crispus** 23,9.
**Iustus** medicus 25,32.
**Largius** Designatianus *prf.* 2. *p*. 4.
**Livia** Augusta 15,6. 35,6. 9.
**Machaon** *p*. 382.
**Maecenas**: epistula Hippocratis ex Graeco translata ad Maecenatem *p*. 9. amicissime Maecenas *p*. 13,6.
**Marcellus** medicus egregius 20,84. 30,51.
**Messalina** Augusta 13,4.
**Milo Brocchus** praetor 26,4.
**Mithridatica** compositio 36,12.
**Musa** *v.* Antonius.
**Narcissianum** malagma 36,47.
**Nero** 20,84. oxyporium Neronianum *ibid.*
**Niliacum** malagma 23,15.
**Nilus** *Vind. ep.* 3. *p*. 384.
**Octavia** Augusti soror. 13,1.
**Orontes** *p*. 384.
**Paccius** Antiochus auditor Philonidis Catiniensis 20,1. antidotos hiera medici Pacci Antiochi 25,2.
**Perses** *p*. 384.
**Philonides** Catiniensis 20,1. 29,38.
**Philonium** antidotum 22,13.
**Phoebus** 29,12. *p*. 382.
**Plinius** uterque *prf.* 2. Plini Secundi epistula ad amicos de medicina *p*. 13.
**Podalirius** *p*. 382.
**Polyarchi** descriptio ad stomachum 20,149.
**Procliani** medici potio ad epaticos 22,34. eiusdem remedium ad epatis suppurationes 22,37.
**Prosdochus** medicus 29,55.
**Proteus** collyrium 8,219.
**Ptolomaeus** rex, qui Euergetes appellatus est 14,47. 36,72.
**Publii** pastillus colicus 29,19.
**Pullius** Natalis *p*. 20.
**Roma** 29,8.
**Sabaeus** *p*. 384.
**Sabaoth**: in nomine dei Sabaoth 21,2.
**Seres** *p*. 384.
**Siburius** *prf.* 2.
**Soranus** medicus 19,1.
**Terentius** Euelpistus *Hipp. ep. ad Maec.* 11.
**Theodosius** sen. *prf. lemm.*
**Tiberius** Caesar 20,1. 29,5. 38.
**Tuscia** 26,4.
**Valens** medicus 16,8.
**Valentinianus** imperator *p*. 21. *lemm.*
**Vindicianus** comes archiatrorum *p*. 21 *lemm.* ad tussem Vindiciani medici remedium singulare 16,100.
**Virbius** *prf.* 1.
**Zopyre** antidotos 22,18.

# Index verborum.


**a, ab:** *de tempore* a solio *i. q.* post solium 23,13. a balineo 26,99. 105. a foris 9,57. 17,23. ab intro 15,9.

**abintus:** concham aeream de melle albo abintus perunge totam 8,23. ita ut iuniperum abintus purgetur 20,88.

**ablingere:** oculos ablingito vel inlinito per linguam 8,137.

**aborsus** 20,33.

**abrotanum** 16,69. 93. 17,4. 33,8. abrotonum 3,4. 25,6. 29,11.

**absenthium** 20,28. 41. herba absenthi 20,46. absenthii sucus 20,31. 48. 96. Ponticum 20,99.

**absinthiatum** 23,79. 30,55.56.

**absolvere** se: quo facto facile te absolves omni molestia gingivarum 11,32.

**absorptus** 23,27.

**absque:** absque medici intercessione *prf.* 3. absque medico *ib.* 5. absque his (= praeter hos) 28,64.

**abstersio:** tantis sudoris eius abstersionibus laboravi *Vind. ep.* 3.

**acanthinum** gummi 20,19.

**accentus** (= morbi incrementum, ἀκμή): et in accentu placat dolores et in declinatione confirmat sanitatem 36,5.

**accipere:** *act.* bene stomacho laborantem accipies 20,52. stomachum reumatizantem mansio lucida bene accipit 20,36. male accipit 30,54. alterci radix bene accipit 12,1. *pass.* linguae ulcera vel pusulae bene accipiuntur 11,22. suavissime accipieris ad stomachum reficiendum 20,51. optime adversum dolorem stomachi accipieris 20,60. 32,37. optime accipietur, si quis potet 20,64.

**acharistum** collyrium 8,214. ach. collyrium theodotium 8,15. antidotum 20,92.

**aciditates** vel corruptelae aqualiculi 20,88.

**acitabulum** *Plin. ep.* 2. *c.* 11,4. 27,93. 30,75.

**acritudo** lotii 8,23. lippitudinis 8,43.

**acuculae** pinus viridis 21,6.

**ad:** ad mensuram cyathi 16,17. 90. cotylae 8,148. denarii 20,16. 33,57. 82. victoriati 17,32. ad emplastri modum 8,185. ad ceroti modum 11,4. 20,114. fabae 20,34. avellanae 20,92. 25,38. 26,31. ad magnitudinem cicerculi 20,108. fabae 17,13. nucis iuglandis 20,138. avellanae 24,3. ciceris 20,139. digitorum quattuor 30,25. pastilli ad denarios singulos 17,25. vettonicae sucus ad scripulos duos 18,17. pensabis ad pondo tria 20,126. ad supra scriptum pondus 35,12.

**adamans** lapis invictus 26,95.

**adcrustate:** subinde inponente medico cumulate medicamentum et adcrustate inprimente 31,6.
**addormire:** antequam addormias 16,18.
**adeps** *masc.* 11,2. 8. 16,72. 23,66. 25,4. 26,52. 121. 27,30. 31,40. 32,1. 34,78. 35,13. *fem. saepissime, e. c.* 4,16. 32. 36. 6,6. 9. 17. 24. 27. 9,6. 29. 96. 103. 121.
**adianton** 6,1.
**adludere:** locum, quem inpetigo adludit 19,16.
**admiscunt** 13,4 (*cod.*)
**admordere** 8,25.
**adplumbatum** vas 35,9.
**adprime** 22,5.
**adrorare** 34,71.
**adserere** (= existimare): transferre in se adseruntur 21,1.
**adsiccare** 19,10.
**ad usque:** ad usque vesani eum furoris periculum trahet *Hipp. ep. ad Ant.* 3.
**aegilopium** *Vind. ep.* 9. *c.* 8,186.
**aegilops** 8,187. 161 *lemm.*
**aemoptyicus** 7,20. 16,73. 81. 84. 94.
**aeneum** *subst.* 36,53. 57.
**afronitrum** 9,55. 122. 129. 12,41. 14,58. 70. 15,99. 25,3. 29,3. 30,19. 20. 21. 23. aphronitrum 1,23. 4,31. 67. 8,108. 12,16. 19,51. 68. 23,14. 19. 36,12. 47. 53. 71.
**agaricon**(um) 1,106. 20,13. 19. 30,34. 36,68.
**aizoon** 20,26. 30,66.
**albugo** 8,116 *lemm.* 8,127. 129. 130. 131. 132. 133. 143. 155. 186. 219.
**albumen** ovorum 8,156.
**aleum** 9,22. 14,29. 30. 15,77. 87. 16,48. 23,39. 40. 27,107. 28,1. 29. Gallicum 20,91. alium 4,2. 11. 27,53 *et saepissime, nusquam* allium.
**aliquantulus:** cum aliquantulo bitumine 16,91.
**aliquilibet** 20,26.
**allactare:** mulier, quae puerum allactat 8,136.
**alopecia** 6,1. 2. 4. 5. 9. 10. 15. 17. 21. 22 (= capitis loca defluentium capillorum) 6,3. 6. 7. 8. 11. 13. 18. 24.
**alphita** 20,25.
**alum:** radix symphyti, quod alum Gallicum dicitur 10,68. 17,21. 26,18. *cf.* 31,29.
**alumen** Aegyptium 10,7. fissum 1,26. 8,10. 123. 9,35. 38. 54. 61. 11,27. 29. 33. 34. 36. 38. 12,3. 5. 18. 14,47. 15,6. 17,3. 26,7. 31,53. rotundum 8,9. 11,35. scissum 1,4. 5,3. 11,23. 31. 13,12. 14,18. 57. 18,21. 20,48. schiston 27,45. 140. 141.
**aluminatus:** pellem lupi aluminatam 25,8.
**alutacius** 15,36. 23,77. 26,13.
**ambrosia** Iunii Crispi medicamentum 23,9.
**ami:** *gen.* ameos 17,52. 20,88. 30,51. ami 20,33.
**ampelitis** ge 7,18.
**amulum** 8,6. 14,42. 16,84. 26,78. 27,138. amylum 17,25.
**amygdala** *fem.* 1,5. 16,84. 25,27. 26,33. 36. amygdalum 26,5.
**amygdalinum** oleum 1,62. 77. 93. 4,12. 9,41. 52. 57. vinum 9,43. 44. 45. 49. 52. 63.
**anagallis** herba 8,89. macia, quam Graeci anagallida appellant 1,35.
**anesum** 12,15. 15,6. 20,16. 29. 33. 21,14. 22,17. 26,6. 10. 27,3. 8. 9. 32. 29,5. 30,22. 42. 51.

**anethina** aqua 27,117. anethinum oleum 16,105. 29,54. 61.
**animare** (= frisch erhalten) 20,33. 27,25.
**anisum** 10,23. 26,2.
**anodynon** medicamentum 25,5.
**anthera** 11,27. 37. 38.
**anthrax:** carbunculi oculorum, quos anthracas dicunt 8,116. ad carbunculos et anthracas 7,21.
**antiphyson:** magnetes lapis, qui antiphyson dicitur 1,63.
**apala** ova 20,9. 27.
**aphthae:** ulcera in ore, quae Graeci aphthas vocant 11,20.
**Apollinaris** herba 16,1. 7. Apollinaris *subst.* 36,47.
**apoplexis** *Hipp. ep. ad Ant.* 5.
**apostema,** atis 7,21. 20,128. 22,37. 32,40. 43. 49. apostima, ae 26,112.
**aprunus** 23,67. 25,41. 26,85. 126. 34,95. aprugnus 34,88.
**araneus** 1,86. 8,150. 9,97. 10,25. 31,20. araneus mus 15,47. aranea 9,11. 39. 14,68.
**archiater:** Vindicianus comes archiatrorum *p.* 21. Eutychianus archiater 14,70.
**argemata** 8,151.
**argimonia** 8,79. 15,91. 16,42. 20,115. 25,32. 28,40. 32,28. 34,44. 71. 74.
**aristolocia** Graeca 15,6. digitalis 25,6. grossa 7,18. longa 7,17. 20,115. rotunda 1,106. 25,6. 36,68. aristolocium 10,62. rotundum 20,129. 28,36.
**Ariusium** vinum 27,7.
**arnoglossa** id est plantago 8,79. 15,48. 31,8. arnoglossus 20,37.
**arotelli** (*cod.* trodelli) semen 29,11.
**arrenicum,** quod est auripigmentum 27,4.
**arteria,** orum *pro* arteria, ae: ad arteria exasperata 14,5. tumor arteriorum 14,32. ad fauces et arteria impedita 14,55. constricta 14,56. donec arteria omnia et stomachum penetret 16,101. omnes causas arteriorum 17 *lemm.* ad arteria corrupta 20,118. 27,8.
**arteriace** 14,6. 7. 46.
**arthra** vel iuncturae 36,51.
**arthriticus** 18,11. 34,67. 35,30.
**arthritis:** *acc.* arthritim 20,6. arthrisis 25,11.
**ascalabotae** 33,8.
**ascellae** 18,20.
**asphodilus** 15,35.
**aspritudo** 8,2. 72. 106. 117. 119. 120. 122. 137. 138. 199. 204.
**assare** 12,11. 15,91. 16,18. 68. 26,90. 27,98. 28,50. 30,51.
**astulosa** resina 36,73.
**athanasia** antidotum 20,130.
**atiaria** herba 36,24.
**atractylis** herba, quam nostri carduum vocant 1,44.
**attagena** 20,26.
**auricula** (*multo frequentius invenitur quam* auris): 9,2. 13. 17. 18. 20. 23. 25. 32. 35. 37. 38. 40. 41. 42. 43. 45. 57. 65. 66. 68. 74. 76. 77. 78. 79. 80. 83. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 106. 107. 110. 111. 112. 113. 114. 118. 119. 122. 126. 127. 129. 131. 12,31. 56. 14,5. 44. 47. 15,39.
**auruginosus** 22,13.
**aurugo** 22,20. 27,7. aurigo 29,11.
**auspicari** (= incipere): ubi dolor auspicabitur 29,46. 36,55. a facie auspicatur 19,18. auspicante lippitudine 8,24.

**auster:** *neutr.* auster 12,4. *abl.* austere vino bene calido 14,44. ex vino austere 16,85.

**bacanum** (= $\beta\acute{\alpha}\varkappa\alpha\nu o\nu$) 22,43. *cf.* Paul. Aegin. VII, 11. Alexand. Trall. *ed. Puschmann* vol. II p. 394.
**balanus** *masc.*: quo unguentarii utuntur 23,3. 15. balani unguentarii 1,23. *fem.* 9,59 b. qua unguentarii utuntur. balanus = membrum virile 33,67.
**balineum:** *Hipp. ep. ad Maec.* 7. *c.* 7,6. 17. 8,1. 14,61. 23,14. 16. 34. 26,21. 94. 30,41. balineae 23,19. 25. 25,9. 26,78.
**barba** Iovis 20,94. 115. 25,15. barbae *pl. pro* barba magna 6,23.
**barbaricum** medicamen 8,127. 128.
**battuere:** mittes in pilam ligneam atque illic tam diu battues 36,4.
**bdella** 23,15. 32,2. 35,13. 36,56. bidella 7,17. 8,14. 20,48. 24,2. 25,4. 30,7. 50. bdellium 20,149. bidellium 1,23.
**bene** (= bien): in linteolo bene tenero 1,23. bene purus 8,160. bene acer 9,30. bene calidus 14,44.
**bisextialis:** in ollam rudem bisextialem mittes 15,63.
**bisextium** 29,41.
**blatta** (= glis) 9,125 (= bestiola) 34,40.
**blattaria** herba 17,12.
**bolus:** cepam unam et salis bolum 1,108.
**bostrychitis:** *acc.* lapidem bostrychitin (*cod.* bostrychiten) 8,98.
**botryitis** cadmia 8,5.
**brigantes** *i. e.* vermiculi, qui cilia arare et exulcerare solent 8,127.
**Britannica** herba: herba quae Britannice dicitur 19,26. 25,13. 35,15. herbae Britannicae sucus 30,71. radix 27,14.
**bromus** (= $\beta\varrho\tilde{\omega}\mu o\varsigma$, malus odor) 20,119.
**bucculare** 8,127. 23,17.
**bugillonis** sucus 8,115. radix 25,14. 32.
**burdunculus** herba 5,17.

**caccabulus** 8,95.
**cacoethes** 4,52. 20,7. *pl.* cacoethe 4,39.
**cadivus** 20,93. 117.
**calaminthe** id est nepeta 26,114.
**calciamentum** 34,92. 36,27. calciare 29,26.
**caldamentum** 5,18.
**caldaria** *subst.* 25,14. c. tosta 25,22.
**calefactorius:** unguentum calefactorium 20,26. decamyron calefactorium 35,24. calefactorium *subst.* 18,19.
**caliginare:** caliginantibus oculis 8,94. 97.
**calliblepharon** bonum 8,138. collyrium siccum calliblepharon 8,203. xerocollyrium quod calliblepharon dicitur 8,213. pro calliblepharo utere 8,179. calliblepharum xerocollyrium 8,74.
**callitrichos** herba 6,1.
**calvus** lapis 31,16.
**cancerascere:** si intrinsecus canceraverint aures 9,1. 114.
**cancroma** narium 10,62. cancromatis morbus 34,48. carcinoma 4,38. 59. 60. 7,20. 10,63. 11,32. 20,7. 36,72.

**caniculata** uva 14,64.
**cannabus** *vel* **cannabum:** cannabi seminis viridis sucus 9,27. *at* cannabis folia 9,77. radix 10,81.
**caproficus** 10,82. 23,78. 34,76. caprificus 12,28. 14,21. 23,68.
**caprunus:** lac caprunum 8,198. 9,3. 15,68. 20,68. 137. 26,44. 27,22. 37. 56. 100. 135. 138. 33,73. fel c. 9,5. 41. 15,53. 31,34. caput 27,127. fimus c. 34,7. lotium c. 26,22. serum 23,45. adeps c. 27,30. 104. sanguis c. 27,95. 31,37.
**carcinosus:** vetera ulcera carcinosa 4,45.
**cardo:** sucum cardonis 8,115. vermiculus in cardone herba inventus 12,25.
**careri** 36,62.
**carminare** (= praecantare): oculo clauso, qui carminatus erit 8,171. cum ter ipsum feceris et carminaveris 14,26. glandulas mane carmiuabis 15,102. si iumenta carminabis 28,74.
**castorinum** oleum 35,3.
**catarrus** sive destillatio umoris ex capite 5,8. 16. 18. 19. 20. 13,6.
**catharticus** sal 30,49. 51. 81. liquamen catharticum 30,52. absinthiatum c. 30,56.
**caucus** ligneus 25,45.
**causa** (= morbus): causa panicularum 32,16. muliebres causae 7,20. 22,17. oculorum 8,23. 156. 158. viriles et femineae causae 7,23. stomachi vetustae causae 20,102. 103. 104. 146. iecoris causa 22,25. ani causae 31,40. causae interaneae 32,2.
**causarius:** dens c. 12,23. oculus 8,126. *neutr. pl. subst.*: cetera quae sunt in lacertis brachiorum et cubitis et digitis ac nervis et articulis causaria 18,19.
**causatio** (= morbi causa): ne quid causationis in corpusculo eius maneret *Vind. ep.* 4.
**causticum** medicamen 14,69. *subst.* 14,58.
**cauteriatum** caput *Vind. ep.* 8.
**cauterium** 27,4.
**cavaturae** dentium 12,42.
**centaurea** 7,17. 18. 16,59. 20,82. 22,32. minor 8,91. 94. tenuis 1,37. 8,11. 17,14. 20,24. 29,11. centauria 9,60. centaureum 30,15. 31,6. 36,16. 47. centaurium 25,47.
**centenodia** herba 31,13.
**ceparia** 33 *lemm.* 33,9. 10.
**cepe** *neutr.*: cepe longum quod ceputius nominatur 6,2.
**ceputius** (= cepe longum) 6,2. 20,61.
**cerasium** 8,27.
**ceratitis** 27,13.
**cerebellum** canis: herba, quam quidam cerebellum canis appellant 8,32.
**cerotarium** chalasticum 35,10.
**cervesia:** nova 28,13 (*ibid.* cervisia). cervesa 16,33.
**chalasticum** cerotarium 35,10. cerotum 25,15.
**chamaecyprus** 29,11.
**chamaedrops** 20,13. 115. chamaerops 30,43. 25,17.
**chamaedrys:** *gen.* chamaedryos 7,18. 36,68.
**chamaemelinum** oleum 7,19. 16,105. 30,13.
**chamaepitys:** 30,43. 54. *gen.* chamaepityos 7,18.
**chelidonia** herba 4,50. 8,44. 106. 160. 200. chelidonia *subst.* 8,111, 112.

**cheragrici** *Hipp.ep. ad Maec.* 8.
**cholera** *neutr. pl.* 16,1. 28,14. 30,54 (*ter*). 55. 62. *dat. pl.* choleris reprimendis 30,64. (cholera *fem. sing.* 30,62. 63).
**chylisma** acaciae 8,4.
**chymation** oxyporium 20,93.
**cibarium** vinum 26,103,
**cicatricare** 7,21. 32,6.
**cicerculum** 16,27. 20,108.
**cicharba** 4,30. *Herba non nota.*
**cicida** (= cicis) 7,17.
**cicinum** oleum 6,33.
**ciconea** 8,47.
**clarificare**: ad vocem clarificandam 14,62.
**clavellus** (= clavus) 34,48. 57. 58. 81. 98. 105. 106. 107. 108.
**clibanus** pistoris 11,18.
**coactiliarii** 14,69.
**coagitare** 7,7. 8,73. 104. 127. 148. 14,69. 15,33. 16,57. 65. 18,2. 19,62. 20,114. 30,79. 35,23. 33. 36,23.
**coagulum**: *cod.* quagulum 16,81. 27,37. 31,32. 34,43.
**cocleare** 20,45. 56. 58. cocliare 14,4. 20,52. 23,41. 26,34. 94. 95. *abl.* cocleari 14,16. 19. 21. 18,11. cocleare 16,41. 22,8. *pl.* cocliaria 16,15. 17. 19. 23. 58. 70. 102. 103. 104. 17,4. 36. 52. 20,43. 53. 97. 107. 116. 23,41. 24,12. 26,82. 97. 109. 111. 28,38. 50. 29,8. 30. 32. 46. cocliarium 15,86. 16,8. 17,1. 2. 10. 12. 20,93. 23,41. 29,9. 30,4.
**coclia** 14,49, *alibi* coclea.
**colice** (= κωλική) 29,5. suppositoria invicta 29,49. *gen.* colices 29,38. colicae 29,37.
**colocynthis** id est cucurbita 1,106. 12,9. 29,56. 30,9. colocynthida *nomin.* 20,13.
**colofonium**, colophonium 2,16. 8,26. 30,6. 7. 8. resina colofonia 7,18. 19. 26,13. 36,10.
**commacerare** 17,52. 36,73.
**commandere** 8,165. 12,15.
**commasticare** 12,22.
**commixtio** 8,2.
**conbullire** 20,145.
**concorporare** 11,36. 12,12. 19. 13,5. 19,46. 20,47. 29,15. 30,45. 31,2. 36,4.
**concretio** sive ypersarcosis aurium 9,65.
**conditoria** cepa Afra 10,80. 15,23.
**confortare** 8,127.
**conium** id est cicuta 23,40.
**conmollire** 8,185.
**conspargere** 11,18. 13,1. 16,7. 58. 25,5. 26,5. 30,27. 35,26.
**coquere** *intr.*: cum aliquantulum coxerit 8,127. quae tam diu coquant 25,15. in quo myrtae bacae coxerint 27,32.
**corcodillus** 25,40.
**corcus** 21 *lemm.* 21, 2. 3.
**cornum** (= cornu): cornum arietis 7,2. bovis 23,23. cervinum 12,8. 13,17. *gen.* corni 1,87. 13,12. 28,31. 34. 35. *abl.* corno cervino 19,63.
**coronaria** viola 26,99.
**corpusculum** (= corpus) *Vind. ep.* 4.
**corrigia**: canina 10,73 (corrigio canino 1*m.*). 28,39. caprina 29,26. — corrigium caninae cutis 15,71. caprinum 10,47.
**cortex** *fem.*: 12,9. 13,2. 16,1. 22,22. 26,96. 27,129. 31,49.
**corydalus** avis, id est quae alauda vocatur 29,30.
**cotylus** (= cotyla) *p.* 3,5. cotylus triunciarius *p.* 3,6.
**craticula** 8,101.
**cratis** capitis *Vind. ep.* 9.

**criblare** (= cribrare, cribellare) 2,14. 16. 12,6. 13,6. 12. 16. 20. 15,99. 16,23. 20,38. 56. 106. 128. 139. 22,4. 6. 7. 12. 15. 19. 27,41. 63. 122. 29, 12. 19. 44. 31,30.

**crocomagma:** *gen.* crocomagmae 8,216.

**cuateri** (*gen.*) 36,12. *Nomen rei ignotae.*

**cuculus** herba 36,63. *cf. Plin. de re med.* II, 44.

**cucuma** fictilis 20,113. 26,112. 113.

**cunicularis** herba 14,57.

**curmi:** salis quantum intra palmam tenere potest qui tussiet in potionem cervesae aut curmi mittas 16,33.

**cutiones** bestiolae sunt multipedes, polypodas Graeci appellant 9,33. 15,72.

**cyclamen:** *gen.* cyclaminis 1,7. 8. 4,19. 35. 5,4. 11. 24. 12,51. 13,20. 15,19. 23,26. cyclaminos 30,14. 69.

**cydoneus** (= malum cydoneum) 33,9.

**cydonite** oxyporium 20,126. confectio cydonitis 27,137.

**cyliacus** (= κοιλιακός): *Hipp. ep. ad Maec.* 8. 27 *lemm.* 27,8. 58. 59. 60. 61. 62. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 119. 120. 137. ciliacus *Hipp. ep. ad Ant.* 5. c. 22,13. coeliacus 16,9. 27, 1. 2. 29,6.

**cynorrhoda** (= rosa canina) 12,12.

**dactuli:** dactulorum ossa exustorum 15,65. 20,36. 43.

**daphnitis** casia 26,10. 35,7.

**de:** 1) *pro gen.* ossa de persicis 1,97. polenta de hordeo 1,62. sucum de alio 2,22. glandes de robore 4,52. cinis de asini ungula 4,60. cocleare unum de suco ocimi 5,2. *item:* 8,20. 27. 79. 9,73. 10,30. 31. 12,15. 15,66. 16,58. 17,18. 19,63. 20,66. 94. 22,37. 39. 23,68. 26,17. 33. 34. 112. 27,38. 43. 46. 28,37. 30,76. 77. 31,10. 13. 33,9. 34. 34,94. 101. 36,13. 43. 54. 55. 72.

2) *pro abl. instr.*: de pinnula capiti inlines 6,16. 18,31. de oleo locus capitis tineosus perungatur 6,25. de manu inspergens 7,19. de ipso medicamine fugabis serpentes 7,23; *item* 8,23. 52. 60. 125. 135. 142. 161. 192. 193. 198. 200. 9,73. 102. 10,27. 28. 81. 82. 13,6. 14,54. 69. 15,9. 16,100. 20,145. 148. 21,8. 23,72. 78. 26,112. 29,13. 26. 30,51. 31,6. 16. 32,49. 34,76. 36,54.

3) *pro* ex: de quo inmodicus sanguis erumpit 7,21. de faucibus eximere 8,172. de quibus pulverem tenuissimum factum 8,74; *item* 1,76. 81. 17,17. 20,36. 22,44. 23,21. 27,140. 29,35. 30,50. 34,79. 35,13.

**decamyri** calefactorii confectio 35,24.

**declinatio** (= παρακμή): hoc medicamen et in accentu placat dolores et in declinatione confirmat sanitatem 36,5. in declinatione febris 22,13.

**decoquere** *intr.*: ex eo, quod decoxerit 26,24. ipsa cum decoxerit 36,8.

**decoriare:** de lupinis crudis prius decoriatis farina facta 34,55.

**deforis:** cydonea matura purgabis deforis et deintus 20,126.

**degluttire** 16,79. 31,32.
**deintus** 20,126 *v.* deforis.
**delacrimatorium** collyrium 8,200.
**delinire:** ulcera mire delinit 4,20. ut amaritudinem herbae deliniant 5,17.
**deoperire** 8,127.
**depotus:** sevum ovium decoctum et cum vino austero depotum 16,50.
**descriptio** (= Recept): d. xerocollyrii 8,213. collyrii 8,214. 215. 216. 217, 218. acopi 36,73. 20,149.
**desiderit** 9,112.
**detergit** 8,61. 19,47. 20,84. 30,51.
**detrimenta** (= Abnahme) doloris 26,42.
**dia:** di aloes collyrium 8,210. dia cissu 36,73. dia colocynthidos 20,3. di electru 16,94. dia glauciu 8,3. dia lepidos collyrium 8,197. dia libanu collyrium 8,207. dia libanon 8,196. dia misyos 8,199. di oxus 8,204. dia scilliu 20,116. dia smyrnes collyrium 8,211. dia smyrnon 8,117. dia steaton 18,2. 3. dia tessaron 20,95. 22,26.
**diacopou** collyrium 8,144.
**diapsoricum** collyrium 8,206.
**diathesis:** *acc. pl.* diatheses 8,195.
**dictamnus** 7,18. 35,25. dictamnos emplastrum 7,18 *lemm.*
**dies** Solis 8,29. 26,94. 95. Lunae 8,59. Martis 2,13 12,24. Iovis 11,32. 12,24. 14,68. 15,9. 109. 16,101. 25,11. 13. 21. 46. 26,94. 95. 134. 34,67. 94. Saturni 2,13.
**digestorium** embamma 20,74. digestorium *subst.* 20,72.
**digestus** (= qui cibum concoxit) 16,3. 20,144. 22,17. bene digestus 1,106. digestissimus 28,34. 35. 54.
**dimidiatus:** mensura acetabuli unius dimidiati 27,93.
**discruciare** lendes pedunculosque 4,22.
**dispargere** 32,49.
**diutule** 22,15.
**dodecatheon** medicamentum 27,7.
**doleolum** vitrium 17,52. 20,92.
**dolere** *c. acc.*: caput 1,98. coxam 25,35. dentem 12,22. iecur 20,128. 22,39. oculos 8,62. pedes 36,63. praecordia 20,128. stomachum 16,37. 20,39. uvam 14,65. 66.
**dracontea** 9,45. 10,62. 20,115. draconteon 15,29. draconteum 10,58. 63.
**dragma** *p.* 20,33. *c.* 14,55. 58. 70. 16,31. 52. 73. 17,32. 20,74. 75 89. 133. 149. 22,11. 23,69. 73. 24,3. 26,33. 27,99. 28,32. 29,20. 61. 31,44.
**dua** cocliaria 1,59.
**dulcido** vocis 29,30.
**dynames** herbarum *p.* 13,14.
**dysinteria:** *Hipp. ep. ad Ant* 5.
**dysintericus:** *Hipp. ep. ad Maec.* 8. *c.* 17,24. 26. 27. 20,84. 92. 115. 127. 128. 27,31. 32. 34. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 49. 50. 52. 53. 54. 55. 57. 97. 103. 104 105. 106. 107. 120. 121. 133. 135. 137. 22,13.
**dyspnoea** 17,2. 22,7.
**dysuria** 22,13. 26 *lemm.* 26,25. 77.

**echios** radix hoc est capsella 20,115.
**ecligma** 16,61. ecligmatium 16,103. 104. 17,52.

**electrini** anuli 8,49.
**elephantia** (= elephantiasis) 30,18.
**elephantiacus:** pustulae tamquam elephantiacae 6.25.
**elephantiosus** 19,19. 20. 21.
**emicranium**, emigranium: *Vind. ep.* 8. *c.* 1,43. 2,1. 2. 4. 10. 13. 14. 20. 21. 7,20.
**empirica** (*sc.* medicamenta) *prf.* 1.
**empneumatosis:** *acc.* empneumatosim *Hipp. ep. ad Ant.* 5. *c.* 20,34.
**encaustum** 23,21.
**epar,** atis 14,70. 20,115. 22,14. 15. 37. 41.
**epatice** experta 22,4.
**epaticus** 1,106. 20,92. 93. 22,7. 8. 9. 11. 12. 13. 15. 32. 34. 36. 40. 41.
**epatitis:** aloes epatitidos 8,19. 76. 30,56. aloes epatitidis 22,31.
**epithematium** 20 *lemm.* 20,37. 48. 49 (*bis*). 99. 102. 103. 104. 146. 148. 22,44. 27,140. 141. epithema 20,69. 147. 27,32.
**escaria** nux (= iuglans) 6,3.
**escharae** 8,116.
**eterocranium** 2,6. 18. *pl.* 2,14. 19. 20.
**euforbium** 1,38. 7,17. 8,79. 20,34. 115. 128. 22,13. 25,22. 26,32. 28,13. 19. 29,36. 61. 30,50. 35,23. 24. 31. 36,57.
**euodes** collyrium 8,117.
**exanthema** 19 *lemm.* 19,30. 32. *dat. pl.* exanthematis 19,31.
**excaldare** 26,33.
**excoquere** *intr.* 27,72.
**exfodere** 25,45.
**exgranata** uva 12,15.
**exinterare** 21,1.
**exochadium** 31,7. 9.
**exossare** viperam 8,199.
**experimentatum** remedium 5,18.
**exsalatum** butyrum 29,54. 35,32.
**exsurdatae** aures 9,121.
**extalis** prominens 31,17. 22.
**extussire** sanguinulentum aut purulentum 16,59.

**facere** *c. inf.* 1) *act.* fervere facies 1,38. 5,19. 8,25. 9,112. 20,75. 22,1. defervere facies 4,25. deficere vel excoqui facies 4,24. excandescere facit 12,55. ambulare fecit 25,21. infirmum deambulare facies 20,145. haemorrhoidas continuo desinere facit 31,27. 2) *pass.* facit pilos renasci 6,24. mares nasci faciunt 33,50. agitari facito 8,23. macerari faciat 8,94. teri facies 12,11. tundi vel teri facies 13,6. coqui facies 12,12. foveri facies. 23,19. arefieri facies 23,34. occidi facies 26,30. colligi facies et teri 29,25.
**faenograeceum** 9,57. 14,39. 16,49. 18,2. 19,58. 20,114. 128. 131. 21,14. 22,12. 31. 25,15. 26,21. 29,56. 35,6. 36,23. 45. 47.
**falangionis** morsus 17,15.
**fascea** 23,18. 28,71. (fascia 23,17 *ut saepius*).
**febriculentus** 22,13.
**febrifugia** 16,105.
**felix** (= filix): 26,98. 28,1.
**fellita** sputamenta *Hipp. ep. ad Ant.* 3.
**ficatum** (= iecur, *ital.* fegato): ficatum lupi integrum 22,34.
**ficulnus:** ficulni caules 19,3. surculus ficulnus 19,3.
**ficus:** *gen.* fici 12,7. 23,14.

27,102. 28,6. 29,41. ficus 8,87. 34,2. *abl.* fico 9,117. ficu 14,41. 18,13. 28,35. 34,109. *nom. pl.* ficus 10,64. 16,49. *gen.* ficorum 17,20. *acc.* ficus 14,33. 16,14. *abl.* ficis 14,3. 28,66.
**fistulosus** podex 31,26.
**flegma:** *Hipp. ep. ad Ant.* 2. *c.* 7,16. 16,8 (*cod.* fleuma).
**focanum** (= fauces): languor focani 15,86.
**focus** (= ignis, *ital.* foco): ollam tolle de foco (*alibi* olla de igne sublata) 7,19. ad focum positae 9,11. in foco pones 9,16. ad focum 9,11.
**forfex** (= forceps) 12,1.
**formicationes** veretri 33,43.
**formiculae** quae Herculaneae nominantur 19,14.
**fossatum** 8,128.
**frenesis:** *Vind. ep.* 5. freniticus 17,6. freneticus 1,25. 26.
**frustellum** 20,26.
**frustrum** (*vulg. pro* frustum) 25,2. 27,37.
**fruge:** ante diem fruge sit 27,70.
**fumarium:** fumario suspendere 23,78.
**furfuriculae** 5,17.
**fysalis** herba 26,116.
**fysis:** cum ergo vidissem fysin eius *Vind. ep.* 3.

**Gaditanum** linum 8,27.
**galacticae** quae appellantur inunctiones 8,7.
**galbineus** 25,11.
**gallinaceius** 1,38.
**gargalismatium** 14,28. gargarismatium 15,19.
**gargalizare** (= gargarizare) 9,123. 11,16. 12,29. 50. 14,3. 9. 12. 13. 15. 22. 27. 36. 39. 41. 56. 15,31.
**gargalizatio** 14,36.
**gastrum** lotii virilis 8,23.
**gensiae** 11,37. 12,19. 15,90. *cf. Ducange s. h. v.*
**gladiatoricia** herba 16,104.
**glauceum** 8,3 (glaucium *ibid.*)
**glaucoma** 8,116 *lemm.* 8,142. 152. 153. 154.
**glutis** (= gluten): taurinus 1,26. glus taurina 27,82. *gen.* glutis 36,52.
**gluttire** 11,10. 20,106. 26,19. 116. 27,128. 28,49.
**gluttus:** ex mulsi gluttis V 30,34.
**glycea** 22,22.
**grafium** aureum 29,26.
**gratulari** remedio 8,87. 23,17. 25,30.
**gravido** capitis 8,17. narium 10,20. 23. 25. 74. 75. 77. 78. stomachi 16,9. ventris 16,1. gravidines narium 10,17. oris et capitis 14,46. pedum 14,70. gravedo *Hipp. ep. ad Maec.* 6. *c.* 10,71. 72. gravedines 5,4.
**graveolentia** oris ulcera 11,13.
**grossus:** aristolocia grossa 7,18.
**gruina** adeps 18,7.
**gummen** 8,4. 9,126. 12,33. 35. *gen.* gumminis 8,217. 218. 26,115. gumen 16,79. *gen.* guminis 20,115. gummi 1,38. 8,2. 118. 119. 121. 122. 123. 124. 125. 194. 195. 196. 197. 205. 17,25. 32. cummi 8,9. 12. 13. 14. 15. 16.

**habere** *c. inf. pass.*: liquefiunt quae liquefieri habent 22,19. quando aeger ungui habet 16,105.
**haematites** (*gen.* -is) lapis 8,14. 195. 215. lapidis haematitae 8,117 (*non cod.*).

haematites 8,16. 204. 209. 210. 211.
**haematitis**, idos 8,197.
**hociamsanum** (?) 20,115.

**ianthis** herba 17,14.
**ibex:** fimus ibicum 25,21.
**ibidem** loci 29,45.
**ibiscum** 18,2. 19,4. 20,47. 25,15. 26,20. 36,5. 19. 23. 45.
**idioticum** carmen 36,70.
**ignarius** lapis 33,25.
**ilium:** ilii dolor 36,49. 72.
**ileos:** gravissimum ventris vitium est ileos 27,83. ad ileon, quod vitium est inflatio tenuium intestinorum 29,1. 3. 11. 16.
**iliacus** morbus *Hipp. ep. ad Ant.* 5.
**in** *c. abl. pro acc.*: in vino mittes 1,38. in ore missa 5,11. in calice diffundes 16,65. in calice defunditur 17,33. intromisso in vase igne 16,89. in sextario huius permixtionis tria cocliaria olei viridis mittantur 16,104. in qua mittes 15,20. in supra dictis speciebus 35,32.
**inaequalis** (krank) 27,35. 43.
**inalligare** 34,53.
**inassare:** *imperat.* inassato 29,29. iecur carbonibus inassatum 27,65.
**incommodare** *trans.*: si incommodabitur (*opp.* si non febricitabit) 26,24.
**incontinentia** urinae 26,120. 122. 125. ventris 27,87. 91. 119. alvi 27,125.
**incrispare:** capillo incrispando 7 *lemm.*
**indubitate** 8,58.
**infantilis:** dolores auricularum infantilium 8,96.
**infectio** (Färbemittel) 7,3. 7.
**infectorium** alumen 4,24. 12,49.
**infinitum** (= infinitum quantum) medetur 28,2. prodest 9,13.
**inliniuntur** 18,15.
**inlitio** 19,42.
**inparatio** stomachi 20,97. 117.
**inpositio** 12,1.
**inpubis** puer 8,203. 9,106. 29,34. 36,28. a puero inpubi 26,30. per inpubes pueros 22,37.
**inquietatio** 8,12.
**inquietudo** (Fieberunruhe) 20,46.
**inradere** 20,140.
**inrequiebilis** 20,10.
**inrorare** 7,15. 9,14.
**inspargere** 27,8.
**inspissare** 36,38.
**instar:** ad instar collyrii 1,100. 9,126.
**instipare** 10,64.
**interaneus:** morbi interanei 28,55. 30,18. causae int. 28 *lemm.* 32,2. vomicae i. 16,10. interanea (= intestina) *Vind. ep.* 4. interaneorum dolores 24,3. vitia 28,56. ad rupta interanea 27,6. egestis interaneis corcodilli 25,40 (= interiora) i. cucurbitae 30,21. cariotarum pinguium 14,46.
**intercutis** aqua 20,118. ad aquam intercutem 22,20.
**interdigitia** 34,26. 27.
**interscaplium** *Hipp. ep. ad Maec.* 8.
**investis** puer 8,78. 9,23
**irenaceus** (*cod.* irenasceus) 23,62. 26,50. 76.
**iterato** 34,58. 36,23 (*bis*).
**iecoriticus** 22,25. 27. 29. 30. 31. 33.
**iecur:** *gen.* iecoris 22 *lemm.* 22,25. 31. 43. 23,68. 75. *abl.*

iecore 16,39. 20,118. *gen.* iocineris *Hipp. ep. ad Maec.* 9. *c.* 17,15. 20,11. 18. 22,1. 5. 6. 7. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 28. 38. 42. 115. 24,2. 26,3. 27,7. 8. 58. 30,34. *dat.* iocineri 22,22. 30,37.
**iugitas** lacrimarum 8,121.
**iugiter** 23,77. 26,135. 27,99. 36,47.
**iuniperum** *neutr.* 20,88.
**iuxta:** iuxta aetatem 16,5. 17,24. iuxta aetatem aut valetudinem 27,1. 28,31. iuxta mensuram lenticulae 32,8.

**lacrimus** *pro* lacrima: sic praecantabis, ne lacrimus exeat, ne extillet, ne noceat 8,199. ex ovi incocti albo, id est lacrimo 8,20. — lacrima ovi 36,51. 54.
**lactaris** capra 23,61.
**lactare:** lactantes catuli 21,1. catellus l. 23,72. porcelli lactantis modo inassatus 22,3.
**laguncularis** pix 34,69.
**lapisculus** 8,45.
**lasar:** lasaris radix 30,81.
**lauriculus:** lauriculi teneri, id est cymae lauri 30,72.
**laurus** *masc.* 8,36.
**lectus:** *abl.* lectu 1,66. 33,69.
**leopardina** adeps 36,5.
**lepida** (= lepis) 8,16. 197. 210. 31,44. Cypria 8,194. 199. 25,6.
**lepra** 19 *lemm.* 19,11. 15. 24. 26. 29. leprosus 19,22 28.
**leptopyrexia** 20,127.
**lethargici** 1,26. 36.
**leucoma** 8,142. 143. 144. 145. 146. 149. 150. 151. *dat. pl.* leucomatis 8,148.
**lexipyretos** compositio 16,9.
**libanus** 7,18. 20,104.
**libysticum** *Vind. ep.* 4. *c.* 20,88. 101. 26,135. 29,15. 32,33.
**liduna:** die Iovis liduna luna vetere 15,9. luna vetere liduna die Iovis 16,101. die Iovis liduna 23,78. die Iovis luna vetere liduna 25,11. 13. vetere luna et liduna 25,15.
**lignys:** eius fumo sive fuligine vel ligny pro calliblepharo utere 8,179.
**lipara** 19,41. 32,51.
**liquaminosus** 5,18.
**liquidatus** 1,26.
**lixivus:** aqua lixiva 16,37. *subst.* lixiva 20,75. lixivia 4,28. lixivum: cum cinere lixivi ficulnei 14,58. lixivum, unde operantur coactiliarii 14,69.
**lucernaria** herba, quam Graeci phlomon vocant 20,28.
**luna** vetus: luna vetere id est a luna nona decima in vicesimam quintam 8,49. 15,109. 16,101.
**lupinus** aureus 8,45. 50. argenteus 15,52.
**luteum:** ovorum incoctorum quattuor lutea, id est vitella 4,15.
**luxatura** 36,74. luxum 36,72.
**lysimachios** herba 10,5.

**macia,** quam Graeci anagallida appellant 1,35.
**magdalia** 20,149. 22,44. 27,140. 141.
**magis:** rasamen pastae, quod in magide adhaeret 1,38.
**magma,** ac *form. vulg. pro* magma, atis 20,77. magma croci 8,9.
**malabathron** 20,128. 149. 26,31.
**malandria** 34,91. malandriosus 19,23. 64.
**malaxare** 32,2.

**maleficia** (Zauberei) 6,30. 20,115.
**malina:** vel luna vel malina 36,49.
**malinus:** oleum malinum id est habens corticem mali Punici 20,30. 27,29. vinum m. 14,47.
**manducare** (= edere): *Hipp. ep. ad Ant.* 3. *Vind. ep.* 10. *c.* 1,51. 8,27. 9,13. 30. 10,72. 11,32. 14,62. 15,87. 16,76. 99. 17,21. 19,53. 57. 20,54. 100. 119. 135. 22,24. 28. 37. 38. 23,51. 55. 58. 61. 69. 26,16. 35. 86. 93. 27,17. 24. 31. 63. 113. 118. 28,1. 2. 63. 69. 29,11. 33,12.
**mane:** de mane 26,36.
**mare:** *abl.* mare 28,74.
**marmorius** 27,8.
**martensis** lacertus salsus 6,30. Martensis *vocabulum aliunde non notum.*
**Massaliotieum** sil 1,16.
**massula** 23,79. 34,46.
**masticatio** 5,11.
**mastiche** 5,7. 18,2. 19,41. 20,15. 17. 22,31. 35,10. 23. 25. mastix, icis 10,76. 11,14. 13,6. 12. 15. 16,57. 18,2. 20,41. 42. 43. 49. 69. 102. 103. 146. 147. 22,4. 27,41. 140. 141. alba 20,99. Chia 13,5. 16,94. 20,32. 149. 25,6. 26,112. personata 30,55.
**mathesis** *Hipp. ep. ad Ant.* 1.
**matronale** nitrum 23,56.
**meacula** venarum *Vind. ep.* 9.
**meconis** herba 30,15.
**medella:** *Hipp. ep. ad Ant.* 1. 2. 4. *Vind. ep.* 9. *c.* 2,7. 20,42. 34,48. 74. 84. 87.
**medietas** (= moitié): donec ad medietatem decoquantur 16,15.
**medius** (= halb): ad medium decoquere 7,6. ad medias decoquere 14,2. 15,63. 92. 16,36. 49. 20,113. 22,22. 33,28. 35,4. vix tertia aut certe media pars remanere debet 8,127.
**medius** lapis 7,4. 8, 107. 36,59.
**Melinum** alumen 31,5.
**mentagra** (sive lichen) 19 *lemm.* 19,1. 2. 3. 5.
**mentiosus:** euzomum, quae appellatur herba mentiosa 33,8.
**meralis:** meralem calicem calidum plenum dabis 27,36.
**merulus** (= merula) 27,28.
**migma** *prf.* 7.
**milefolium** (*sic cod. ubique*): 1,28. 35. 8,64. 79. 10,53. 12,7. 53. 16,34. 27,30. 29,11. 42. herba milefolia 12,22. 26,27.
**milio:** testiculos milionis ex aqua fontana cum melle decoctos edat 33,7. *cf. Ducange s. h. v.*
**minus** (= non): quae si minus revixerit 8,64.
**minutalia:** praecepi etiam ei escam fieri de minutalibus porcinis, id est podocyliis et ventriculo *Vind. ep.* 5. clavos veteres minutos vel alia minutalia ferri vetusta 8,127.
**misy:** 8,199. *gen.* misui 8,38. 71. 120. 211. 218. 11,35. 14,19. 15,4. 20,56. 31,2. 6. 8. misyos 19,45. 36,10. *abl.* misy 11,28. (*cod.* misui).
**mittere** (= mettre): *Plin. ep.* 2. 3. 1,38. 106. 5,1. 6. 11. 16. 17. 7,3. 6. 7. 15. 18. 8,49. 81. 84. 88. 127. 148. 178. 199. 9,53. 73. 12,46. 54. 13,6. 15,7. 20. 63. 91. 92. 16,31. 36. 41. 62. 96. 101. 104. 105. 17,18. 43. 19,7. 20,42. 75. 84. 101. 113. 119. 128. 146. 21,15. 22,26. 31. 40. 23,17. 71. 25,15. 21. 31. 32.

26,30. 34. 88. 94. 110. 135. 27,118. 119. 28,32. 30,54. 80. 31,33. 32,7.
**modicum:** alii 15,110. calidae aquae 25,13. colofonii 8,26. fabae 8,121. laseris 20,72. mellis 33,71. nitri 33,18. piperis 15,91. salis triti 8,167. 30,48. sinopidis 14,69. adiecto modico salis 15,38. addito myrrae modico 26,21. croci 27,131. cum caldae aquae modico 9,100. 16,3. cum hysopi modico 16,49. cum terrae modico 30,47. 34,104.
**moliri:** si quando morbus a ventre molitur (= oritur) *Hipp. ep. ad Ant.* 4.
**molligo** 26,45.
**monemeron** collyrium 8,195.
**monoecus** herba 36,12.
**mugil:** *gen. pl.* mugilium 26,54. mugilum 31,41.
**mulguntur** 23,61.
**multifarius:** ex multifario tormentorum genere *Vind. ep.* 9.
**munditer** 29,45.
**musica:** ne per uvae destillantis aut exulceratae vitium ipsa musica hominis corrupta languescat *Vind. ep.* 9.
**myrmeciae** (= μυρμηκίαι) 33,39. 34,100.
**myrta** 10,13. 14,38. 15,24. 20,26. 28. 27,4. 5.

**nardomyron** (um) 20,149.
**nardostachys:** *gen.* nardostachys 20,115. (*cod.* nardostorachis) 128. (*eod.* nardostachis) nardostachi 20,149.
**nausia** *Hipp. ep. ad Maec.* 3. nausea 1,47. 10,23. 16,1.
**nauticus** panis 27,133.
**nefriticum** conditum 26,34.
**nescia** *i. q.* scia *vel* ischias 14,70. 25,11. 13. 14. 32. 33. 46. 47.
**nigrare:** capillo nigrando 7 *lemm.*
**nigrido** (inis): ulcerum 11,3. carbunculorum 14,44. ad veretra, quae nigridinem duxerint 14,45.
**nigrificare** 35,21.
**nimie** 10,31. 47. 33,27. non nimie 23,21.
**nimietas** vini *Vind. ep.* 5. alvi 27,126. haemorrhoidum 31,30. ventris 27,94.
**nitidare:** mittes in bucculare rude vel diligenter nitidatum 8,127. corticem diligenter nitidatam 26,96.
**nocere** *trans.*: non noceri stomachum, verum etiam refici 20,14.
**nocivus:** si qua ex partu aut aborsu intrinsecus nociva substiterint 20,33. accusatur quasi nocivus 27,4.
**nostrate** papaver 20,121.
**notia** 35,23.
**novellastri** vini congium 8,94.
**novellus:** vinum novellum 5,8. 25,11. catulus novellus 29,52. urtica novella 34,103. cerasus novella 33,26.
**nubila** mens *Hipp. ep. ad Ant.* 3.
**nuculeoli** prunorum 26,111. nuculeus 12,58.
**nyctalops** (= νυκταλωπία): ad nyctalopas abolendas 8,188. nyctalopas purgat 8,189. 161 *lemm.*

**obbibere:** umor obbibitur *Hipp. ep. ad Ant.* 8.
**obluere:** aqua frigida pura nares diutius oblui oportet 1,8, *nisi scribendum* ablui.

**obstipare** naribus 1,71.
**obturaculum** 35,9.
**oenanthes** 20,14. 149. (*gen.* inanthis *cod.*)
**oenclaeum** 6,27.
**oenomeli:** *abl.* oenomeli 8,216. 28,29.
**offerre** (= assellare): libidines offerendi 31,49. vas ubi offertur 31,48.
**oleastrum** 11,3.
**olfactoria** 20,9.
**olisatri** semen 20,33.
**olitanus:** ad olitanos stomachi dolores 20,47. *cf. Ducange s. h. v.*
**ollare** oesypum 35,23.
**olyscion** (?) facit heminae partem septimam *de mens. et pond. p.* 3.
**omphacinum** oleum 36,71. omfacinum oleum 12,39.
**omphacium** (omf. *cod.*) 8,70. 213. aridum 14,2. 8,123. 11,35.
**opisthotonici** 14,70. 18 *lemm.* 18,10. 11.
**opisthotonos** 18,3.
**orbicularis** herba (= cyclamen) 4,19. 35. 23,26.
**orificia** geusiarum 15,90.
**oscido** 11,16.
**osculum** (Öffnung): oleastri cauliculi carnes supra oscula in vulneribus quaelibet prohibent excrescere 4,49.
**ossiculum** ex gallinacea ala extremum 32,50. ossicula in capite porci 2,7.
**ossifraga** avis 26,70. ossifragus 20,85. 28,51.
**ossum:** *gen. pl.* ossorum *Vind. ep.* 5. 12,32. ossuum 34,67.
**ostreum** 10,75. 13,12. 15,40. 27,38. 28,59. 31,47.
**ovile** lac 27,22.
**oxyfera** (?) adsidue bibere debet lienosus 27,65.
**oxymeli:** *Plin. ep.* 2. *gen.* oxymelis 20,97. 23,36. *abl.* oxymeli 20,34. 70. 89. 93. 144. 23,59. 63. 28,30. 69. 30,27. oxymel 23,3. *gen.* oxymellis 20,128. *abl.* oxymelle 22,37. 23,28. 31.
**oxyporium** 20 *lemm.* 20,53. 77. 84. 86. 87. 88. 93. 29,15.

**palmae** dactyli 22,38. p. cariotae 26,6. p. Thebaicae 20,25.
**panicula** 7,20. 15,11. 32 *lemm.* 32,1. 2. 3. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. panus 15,11.
**paregoricum** remedium 36,3.
**parere** (= apparere) 27,3. 31,6.
**paronychia** 18 *lemm.* 18,26. 28. 30. 31.
**parotis** 7,20. 15,42. 45. 46. 73. 74. 75. 77. *pl. acc.* parotidas 15,47. 72. 76. 93. 94. 95. 36,15. 45. 50. parotida, *dat. pl.* parotidis 15,43.
**parulis** 11,27.
**parygrum** cerotum 36,51.
**pasta** 1,38. 30,49.
**pastillulus** 16,60.
**pauculum:** cum pauculo aceti 33,29.
**paululum:** adiecto paululo opii 9,95. aceti 20,20. salis 34,1. cum paululo aceti 23,23. admixto paululo mellis 30,70.
**pausillum, pauxillum:** cum pausillo vini veteris 8,89. adiecto pausillo olei viridis 12,40. — aeris floris pauxillum 8,148. axungiae 36,44. adiecto pauxillo croci 33,35.
**pectinare** 6,26.
**pecus** (= fetus, ἔμβρυον) 7,23.
**pediculorum** agninorum ius 26,75.

**peduclaria** herba, quam Graeci staphida agrian vocant 1,8. 27. 12,6. 14. 15. 16. 18. 30,31. 31,6. peduclaris 1,27.
**pedunculus** (*forma vulgaris pro* pediculus): 4,22. 65. 66. 67. 69. 70. 8,128.
**peniculus** pictoris 7,3. 7.
**pensare** *intr.*: quantum aqua pensaverit 16,9.
**pentafolium** 7,18.
**pentafyllos** herba 25,46.
**percommodum** est *c. inf. c. acc.* 10,11.
**percriblare** 29,46.
**perfricatio** (Einreibung): nervorum et musculorum 20,114.
**perichristarion** medicamentum 8,9.
**periodicae** febres 20,128.
**peripleumoniacus** 20,18.
**perlenire**: quamdiu dolorem et tinnitum vel sonitum auriculae perleniat 9,30.
**permixtio** 8,125. 16,104. 29,9.
**persiccare**: ova putidissima in sole ponito, ut persiccentur 29,46.
**personacea** herba 17,31. 35. 32,49 personata 19,41 mastix personata 30,55.
**pertice** Cosmiana 20,33.
**perversare**: si ventriculus perversatus fuerit alicui 28,20.
**petrae** umidae. *Vind. ep.* 6.
**petrosilinon** 20,29. 34. 74. 77. 86. 90. 101. 103. 113. 115. 126. 147. 26,2. 10. 15. 95. 98. 112. 134. 29,11. 15. 38. 30,49. 51. 52.
**phoenicium** (foenicium) 8,26. 50. 51. 129. 14,20. 15,47. 89. 16,11. 23. 25. 26. 30. 20,104. 22,41. 44. 25,33. pannus phoenicius 31,18. phoenicium linum 31,33.
**phu** 20,19. 33.
**phylacterium** 8,27 (phil. *cod.*) 14,30 (filat. *cod.*) 68. 21,8 (filact. *cod.*)
**physicum** remedium *prf.* 1. 18,4. 25,33. 29,50. 53.
**picula** 36,47.
**piperatus**: conditum satis piperatum 23,55.
**pisinnus**: lacertae pisinnae 8,90. in pisinno calice 26,34.
**pittacium**: inde emplastrum facies vel pittacium 33,8.
**pituitosus**: pituitosa et biliosa 30,10. p. et aquata 30,13.
**pityriasis** 4 *lemm.* 4,1. 4. 9.
**pleumoniaci** (=πνευμονιακοί) 16 *lemm.* 16,68.
**pleuriticus** 14,46. 16,8. 17,6. 20,128. 24,12.
**plumbum** (oculi vitium) 8,137. 139.
**plusculus**: septem vel plusculis diebus maceratur *Hipp. ep. ad Ant.* 2.
**pluviatica** aqua 8,11. 15. 123.
**podocylia**: praecepi ei escam fieri de minutalibus porcinis id est podocyliis et ventriculo *Vind. ep.* 5.
**porriginosum** caput 4,17. 25. 26. 28. 29.
**porrigo** 4 *lemm.* 4,1. 3. 24. 27. 28. 34. 35. 63.
**portulaca** (*cod.* porcacla) 12,44. 20,39.
**praecantare** 8,199. 15,11. 29,45. 36,70. ipse sibi 14,24. loco praecantato 28,73. praecantatio 28,74. praecantum utilissimum 28,72. 73.
**praecipere** *c. inf. c. acc.*: *Vind. ep.* 5. 7,5. 26,48.
**praecoqua** pix 16,67.
**praeligamen** 8,57. 58. 59. 29,26. 31,33.
**praelusio** 20,5.

**prime**: *Hipp. ep. ad Ant.* 1. 9,27. 20,73. 34,21.
**primipara** mulier 8,166.
**primitivus** porrus sectivus 23,27.
**prognostica** id est praecurrentia vitia *Hipp. ep. ad Maec.* 4.
**propensum** cocleare 22,23. pr. cyathus 23,69. sextarius 16,49.
**proptosis** 8,6.
**proserpinalis** herba, quae Graece draconteum, Gallice gigarus appellatur 10,58. 15, 29.
**prurigo**: prurigines capitis 4,6. 7. oculorum 8,77. 137. 138. 141. corporis *Hipp. ep. ad Maec.* 7.
**pseudocalidum** medicamentum 36,74.
**pseudoflavus** color 8,128.
**pseudoliquidus** 16,8. 12.
**psittacinum** collyrium 8,6.
**psoricum** 8,69. 125.
**pteris** herba id est filicula, quae ratis Gallice dicitur 25,37.
**pthisici** 16,7. 14. 59. 61. 62. 64. 65. 67. 89. 90. 91. 93. 17,3. 52. 20,18.
**pthisis** 16,14. 60. 63. 66. *acc.* pthisin 14,50. pthisim 20,117.
**ptisana** 20,3. 4. 11. 128. 27,22. 30. 30,44. 31,11. tisana 10,17. 18. 14,36. 42.

**quamlibet** (= quamvis) 13,8. 16,21. 17,38. 22,42. 27,131. 36,58.
**quanto**(um) *c. comp. pro* quam *c. superl.*: radicem unam caulis quanto ampliorem in furno siccabis 7,6 caricas quanto nigriores 7,14. quanto diligentius tere 19,40. 29,19.
**quantum**: quantum fabae Aeg. magnitudo est 1,20. 20,90. 26,3. 28,7 30,23. quantum avellanae est magnitudo 20,115. q. fabae nostratis modus est 23,9. q. nux avellana est 27,6. 37. 29,12. 30,28. q. faba est 11,35. 22,16. q. sit libra una 1,23. quantum cicer 20,24. 26,1. 2. nux avellana 29,5. cocliaria tria 29,4. quantum bonum tantum melius 36,49.
**querimonium**: *pl.* querimonia vana et innumera refrenare *Vind. ep.* 1.
**quindecimus** 36,5.
**quinquefolia** herba 12,1. 27,64.
**quisque** *pl.*: remediis quibusque adscripsero *prf.* 5.
**quoquo** loci fuerint 33,3.
**quousque** (= quoad) 6,25. 7,19. 8,74. 20,54. 22,6. 23,7 etc.

**rafanus** 4,42. 9,13. 16,78. 19,53. 28,63. 30,57.
**ramicosus** 33,23. 25. 51.
**ramusculus** 3,8. 16,91.
**rancor** stomachi 20,63.
**rapa** 20,115. 22,18.
**rasamen** pastae, quod in magide adhaeret 1,38. r. de cornu cervi 17,29.
**rasum**: unum cocleare plenum vel si vires infirmiores sunt rasum, id est ruclatum dabis 22,14. *Genus mensurae ignotum. cf. Ducange s. h. v.*
**rationabilia** medicamenta *prf.* 1. 8,116 *lemm.* 161 *lemm.* 10 *lemm.* 11 *lemm.*, *saepius.*
**refrigerare** *intr.*: cum refrigeraverit 20,73, 30,49. refriguerit 36,49.
**remediabilia** unguenta *Vind. ep.* 4.
**remediare** 1,57. 9,11. 71. 10,59.

61. 14,54. 16,42. 51. 63. 17,45. 18,4. 20,8. 55. 80. 117. 142. 25,21. 33. 46. 26,19. 45. 120. 27,65. 135. 136. 28,39. 29,7. 10. 17. 53. 31,45. 32,22. 33,7. remediari *dep.* (= remediare) 16,71.
**reuiculus** 26,36. 132. 133.
**repostus** 9,50.
**residerit** 20,145. 29,9.
**reuma:** *Vind. ep.* 8. 5,1. 3. 7,17. 8,20. reumata 5,2. 7,20. 14,70. 28,68.
**reumaticus** 15,109. 16,87. 17 *lemm.* 17,46. 47. 50.
**reumatizare** 7,20. 21. 20,36.
**rha** Ponticum 22,31.
**rhagades** 11,37. 31,2. 38. 32,36. rhagadia 31,7. 9. 12. 35,10.
**rhus** (*indecl.*) quo coriari utuntur 14,44. 27,25. 26. 28,4. quo coci utuntur 27,3. (roris coriarii 7,15). Syriacum 1,35. 11,3. 14,38. 45. 15,7. 27,2. 10. 21. 25. 29,12. Syriaca 27,9. 29,11. ros marinum sive rhus orientale 27,40.
**ripariola** hirundo 15,34.
**robius** 27,40.
**roseum** oleum 16,105. 18,2. 22,19. 44. 31,12. 50. 35,10.
**ros** *neutr.*: r. caeleste 8,35. marinum 27,40. 89. rosmarinum 4,27. 8,131. matutinum 8,111. nocturnum 8,81. *at* matutinus ros 1,85.
**rostrum** (= os) 12,46.
**rubellum** vinum 26,106. 29,33.
**rubia** (*cod.* robia) herba qua infectores utuntur 23,42.
**rubricata** herba 34,4.
**ruclatum:** rasum id est ruclatum cum vino austero ieiuno epatico dabis 22,14. *cf.* rasum.
**rudicula** 14,44.
**ruptura** 34,26.
**russeum** ervum 17,52. urina russca *Hipp. ep. ad Maec.* 5.
**rutunditas** 29,23. rutundus 25,6.

**sabanum** 5,1. 7,17. 15,93. 26,94. 105.
**sablones** ex vessica eiciendi 26,34.
**sablosa** harena 26,2.
**sabucus:** 1,3. 9,73. 20,138. 30,43. 73. sambucus perforata 8,127. sambuci folia 36,21. coliculi 36,32. sambucum *neutr.* 36,45.
**saepia** 12,12. 37. 13,20. 15,56. 19,36. 20,26. sepia 8,158. 22,27. 34,36.
**sal** *neutr.*: 1,56. 11,3. 13,7. salis *nomin.* 15,101.
**salissatio** cordis sive pulsus 21,15.
**salsamentarium** vasum 15,73.
**salsamentum** 4,40. 13,14. 34,99.
**salutaris** herba, id est spina alba, qua Christus coronatus est 23,29. 17,20.
**samsucus** 7,17. 19,68. 20,114. 24,1. 26,58. 28,7. 35,6. 36,57.
**sanguinaria** herba (= polygonos) 1,2. sanguinalis 9,81.
**sanguisuga** 7,11. 8,184. 16,95. 96. sanguisugia 16 *lemm.*
**Santonica** herba, quae absinthium dicitur 28,2 absinthium Santonicum 28,31.
**sapidi** cibi *Hipp. ep. ad Ant.* 9.
**sapo** 4,28. 18,26. Gallicus 6,31. 7,1. 19,41.
**sarda** salsa 15,65. 34,99.
**saxifraga** herba 26,8. 11. 15. 34. 93. 114. 133. 134.
**scabidus** 19,18. ad scabras ac scabidas palpebras 8,137. ad genas scabras et scabidas 19,46.

**scabillum** 25,30. scabellum 25,21.
**scabritudines** oculorum 8,195.
**scalpellare** 12,22.
**schininum** oleum 19,7.
**schiston** alumen 8,216. 9,65. schiste stypteria 7,17.
**schoenoanthos:** *gen.* schoenoanthus 13,12. 20. 30,55. 56 (*cod.* scynoanthos). schoenuanthus 14,55 (*cod.* scynuanthos). schoenoanthi 20,149 (*cod.* schynoanthi).
**sciae** passio *Hipp. ep. ad Ant.* 5.
**sciaticus** 14,69. 25 *lemm.* 25,7. 16. 21. 22. 31. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 45. 34,67.
**scillites** acetum 16,60. scilliticum a. 1,23. 2,1., etc.
**scobis** *masc.* 8,149. 28,2.
**scolopendros,** quam nos saxifragam appellamus 26,8.
**scotomaticus** 1,6. 106. 20,3.
**scripulus** 2,5. 5,12. 18.17. 20,84. 22,25. 25,25. 26,30. 27,57. scripulum *neutr.* p. 3,1. c. 15,65. 26,115.
**scrofinum** fel 4,35. stercus 4,22. scrofina perna 13,13. adeps 8,157.
**scybala** *Vind. ep.* 4.
**secundarium** oleum 25,15. 29,3.
**semicocta** coclea 3,6. semicoctum mel 20,93. ovum 8,121.
**semimatura** sorba 29,11.
**semimixtum** acetum 23,11.
**semissis** *nomin.:* 1,19.
**semodialis** olla 16,69.
**semote** tundere 20,104.
**senapi:** *neutr.* 1,9. 27.45. 27,114. *gen.* senapis 2,5. 12,14. 15. 15,87. 16,60. 97. 20,44. 119. 25,12. sinapi *neutr.* 5,9. 23,4. 5.6. *abl.* sinape 6,11.
**senectus** serpentis id est exuviae 9,102.
**senicio** (herba) *saepe cod.*, e. c. 9,28. 82. 15,91. 16,90, *alibi.*
**septimana** (=*settimana*)*:* per singulas septimanas potionem Iovis die dabis 26,134.
**serenitas** tua divina *Vind. ep.* 10.
**sera:** et mane et sera 16,55. 58. mane et sero 16,19. 24,12. 32,49.
**sfaera** 26,93.
**sfondylion** 1,2. 5. sphondylion 1,16. 25. 36.
**sfongea:** *Vind. ep.* 6. 10,17. 14,23. 37. 15,93. 16,77. 17,23. 34,31. spongea 8,1. 27,119. sfongia 10,1. 5. 9. 12,45. 14,39. 15,41. 27,46.
**siccare** *intr.:* mox ubi siccaverit 34,59.
**sil** 20,19. Massalioticum 1,16. *gen.* silis 22,17. 29,6 (Creticum).
**similare** *c. acc.:* roboris pilulae, quae gallas similant 6,17. pisciculus, qui equum marinum similat 8,156.
**sincerus** (fieberfrei) 16,23. 17,2. *neutr.* sincere corpus 27,3. elaterium sincere 31,3.
**sisimbria** (herba) 21,5. sisymbrium 26,60.
**situla** 28,74.
**smaragdinus** color 8,100.
**solistitium** 24,5.
**solitaneus:** tussici solitanei 20,93. dysinterici s. 27,133.
**sopor** (=opium) 27,25.
**sopora** *subst.:* papaveris lacrima, quae sopora a quibusdam appellatur 1,18.
**sorbitiunculae** 10,18.
**sordicula** 8,170. 172.
**sordidare:** ulcera, quae sordidata sunt 4,61.

**sospitas:** incolumi sospitate vitae spatia transcurres *Hipp. ep. ad Ant.* 9.
**spathomela** 7,19 (*cod.* spatomeli). aeris rubri 14,44.
**spatula** 15,95.
**speculare** (*τὸ διαφανὲς δὲ καλούμενον, ὃ σπεκλάριον ὀνομάζουσι Ῥωμαῖοι Gal.* XIII, 663): specularis usti 13,12. exusti 36,74. conbusti 27,43. cocti 36,72. *pl.* specularia conbusta 10,49.
**spermatica** (*res ignota*): spermaticae drachmas quattuor 36,20.
**sphragis** collyrium 8,124.
**spleniticus** 1,106. 23,23. 37. 42. 43. 48. 50. 72. 74.
**spondogos** est lanugo quaedam, quae in rosa silvatica solet nasci 27,108.
**stacte** (*sc.* myrra) 8,201. stacton collyrium 8,71. 218. stactum coll. 8,194. 205.
**staphisagria:** *gen.* staphisagriae 33,8. 36,12. stafisagriae 30,48. staphidos agriae 1,35. 4,32. 66. 67. 5,11. staphidos agrias 1,8. *acc.* staphidem agriam 5,10.
**sterculinium** 29,53. 34,54. 36,53.
**stercus:** plumbi stercus, quod scorian appellant 10,19.
**sternumentum** 17,45.
**stibium** 8,4. 5. 13. 14. 71. 74. 122. 141. 194. 201. 203. 209. 212. 213. 217. 218. stibi 8,11. 15.
**stillans** (= destillans) uva 20,128.
**stillaticium** mel 9,72. 73.
**stirpis** *nomin.:* si stirpis aliqua inhaeserit 34,32.
**stomatice** compositio 14,47.
**storax:** *gen.* storacis (*cod.* storachis) 9,58. 14,70. 16,3. 4. 27. 18,21. 20,19. 49. 103. 104. 147. 149. 21,8. 25,4. 5. 27,8.
**stranguriun:** strangurii vitium 26,67. *abl.* strangurio 26,88. *pl.* stranguria tubi sustinebunt *Hipp. ep. ad Maec.* 9. 26,59 (*cod.* strangulia). 68. stranguria, ae 26 *lemm.*
**stranguriosus** 26,66 (*cod.* stranguliosus). 69. 71. 73. 74. 75. 76. 78. 79. 80. 83. 84.
**stratioticon** (um) collyrium 8,70. 123. 125.
**stricturae** iocineris 22,19. ventris 30,47.
**strigilis:** *abl.* strigili 9,1. 114. 125.
**strofus** 20,92. 28,70. 73.
**strumella:** hanc strumam, hanc strumellam 15,11.
**stypticus** cibus 20,37 st. vinum 36,51.
**subdulce** vinum 26,26. 29,16.
**suberectus** 20,9.
**subfervefacere** 12,49.
**subfragi** medicaminis conpositio 20,101.
**subite** 27,2.
**subluvium** digitorum et articulorum 18,31.
**submeiere** se 8,128.
**submeiulus** 26 *lemm.* summeiulus 26,125. 126. 130.
**subventrile:** lana de subventrili 28,49.
**sucinus** lapis 26,17.
**sulfur** 4,1. 16,9. 36,56. sulphur 4,28. 31. 35. 63. 67. 6,16. 25. 8,162. 19,9. 15. 68. 33,8. 36,56. sulpur 9,110. 11,22. 37. 12,17. 18. 16,12. 29. 30. 100. 17,4. 29. 20,60. 24,13. 25,10. 29. 26,118. 34,75. sulpuratus 15,93.
**summatim** fermentatus panis 20,26.

**summiter** apertum ovum 21,11. 28,53.
**superalligare** 18,28. 32,6. 34,56.
**superbibere** *Hipp. ep. ad Ant.* 3.
**supercalcare** renes dolentes 26,47.
**superdare** 30,23.
**superducere** 8,175.
**superinducere** 32,14.
**superinlinere** 8,37.
**superligare** 14,53. 34,68.
**superlinere** 8,76. 78. 79. 81. 83. 127. 174. 36,54. superlinire 19,45.
**superlinitio** oculorum 8,84. superlitio 8,127.
**supermittere** 8,84. 35,22. 36,50. 52. 71. 72.
**supernatare** *c. dat.:* ad omnes umores supernatantes stomacho 30,51.
**superspargere** 30,47.
**supersumere:** vini cyatho supersumpto 17,13.
**surdigo** 9 *lemm.* 9,66. 71.
**susinatum** oleum 7,20.
**sutoricium** atramentum id est chalcanthum viride cyprinum 8,20. 25. 115.
**suus sibi:** folium caulis cum suo sibi rore 8,128.
**sycosis** 8,120.
**symphoniaca** herba 8,130. 25,15. 36,74.
**synchrisma:** perunctiones quas Graeci synchrismata vocant 1,33.
**syntexis:** *acc.* syntexin 14,50.
**Syriaticum** oleum 1,36. pira Syriatica 11,1.
**syringium** 31,47. 52.

**tamaricae** semen 8,14. tamaricum 23,1. 10. 27,14. 21. tamarix 23,49. 26,67.
**taxonina** adeps 36,5.
**tectorium:** intra parietem dormitorii cubiculi tectorio id est capsella (!) inclusus reponitur 23,47.
**telline** (= τελλίνη): conchula oblonga, quam Graeci tellinen, alii chemam macran vocant 21,5.
**teneritudo** eius (berulae) tunditur 36,51.
**tenesmos(us)** 28 *lemm.* 28,3. 58. 59. 60. 61. 62. 63.
**tenus** *c. gen.:* inguinum tenus 27,88.
**tepidatus** 9,55.
**tepidum** gargarizabis 5,16. 17.
**terebinthinus:** *cod.* terebentinus 9,88 14,3. 7. 70. 15,15. 16,51. 17,52. terebintinus 16,4. 16. 17,13. 20,114. 146. 24,1. 2. 25,34. 26,32. 27,8. 31,2. 34,57.
**testum:** super testum combures 15,65. in testo supra prunas ponuntur 31,48. testum *pro* testa: testo avellanae includes 14,25. 27,114. 31,47.
**tetanici** 18,10.
**tetrassarius** semuncia est *de mens. et pond.* p. 3.
**thalassomeli** 20,136.
**theodotium** collyrium 8,122.
**thymiama** ammoniacum id est storax 22,19. id est gutta bene trita et cribellata 7,19.
**tinctura:** de tincturis vel maculis corporis abolendis 19,36.
**tinea:** 6 *lemm.* 6,25. (= taenia) 28 *lemm.* 28,1. 7. 9. 10. 11. 12. 13 (*bis*). 18. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34.
**tineosus** capitis locus 6,25.
**tiniatica** herba 17,12.
**tisana** *v.* ptisana.
**toles:** 15,67. 92. de tolibus laborare 15,88. *cf. Isid.* XI, 1,57

toles Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per deminutionem tusillas vocant, quae in faucibus turgescere solent.
**torsio:** *Hipp. ep. ad Maec.* 3. tortio 27,94. 136.
**tortula:** aphronitri floris tortula 7,1 (a. fl. pilulas 6,31).
**tosillae:** 15 *lemm.* 15,11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 68. tossillae 11,18. 14,47. 15,21. 22.
**tostare:** tostatus 10,77. 26,21. 86. 27,71. 72. 77. tostabis 27,119.
**totus:** *dat. sing.* toto corpori 1,48. capiti 1,95.
**trachomaticum** collyrium 8,215.
**transgluttire** 14,52. 16,26. 27. 98. 100. 17,41. 20,139.
**tribolus** herba: accipies herbam tribolum, cuius herbae ipsum tribulum, hoc est semen spinosum, proicies 26,95.
**trichitis** galla 7,15.
**trichomanes** vel adianton 6,1.
**triduana** unctio 16,105.
**trisextium** 16,103.
**trisulcus:** gramen, quod in summo trisulcum habebit.
**troglodytis** myrra 1,106. 8,214. 219. 9,91. 14,47. 16,1. 8. 22,37. 27,32. 29,61.
**trulla** 16,65. 36,50.
**trygon:** spiculo trygonis, quae pastinaca dicitur 15,61.
**tubulus:** includes lanam cum semine verris in lupino aureo vel tubulo 29,51.
**tubus** (= membrum virile): stranguria tubi sustinebunt *Hipp. ep. ad Maec.* 9. quibus tubus strangulatur saepius 16,1. 33,33.
**tura** (herba) 8,143.
**turea** arbor 8,118.
**turundus** 30,29. 30. 31.
**tusillae** *Hipp. ep. ad Maec.* 7.

**ulcerosa** auricula 9,23. 76. u. caput 4,11. 30.
**umigare:** ut lavacro eius siccitas umigetur *Vind. ep.* 4. ne umigatum infirmius fiat (medicamen) 23,77.
**umorosum** caput 5,11.
**unctum:** *subst.* sine ullo uncto 8,54. *cf. Pelag.* 2 *p.* 22 caputque et spina tepenti adipe vel uncto linentur.
**ungella** discocta 20,27. *pl.* ungellae 20,26.
**ungeri** *cod.* 1,77. 16,105. ungeas 7,4. inungeatur 8,1. inungeri 8,1. inungueto 8,92. 95. perungueri 14,3. perungeri 14,17. *cf. Plin. de med.* 1,1 *p.* 11 *ed. Ros.*
**unipeccia** urtica 15,63.
**usque:** *c. acc.* usque veris aequinoctium *Hipp. ep. ad Ant.* 8. usque horas prandii 26,35.
**ustulare:** alumen rotundum ustulatum 31,7. cucurbita ustulata 31,47.
**ustura:** ne cicatrices appareant etiam de usturis 19,40.
**uti** *c. acc.:* quod ita uti oportet 8,9. quod mulieres utuntur 20,115. medicamen usque ad horam prandii uteris 20,103. hanc potionem si quis triduo usus fuerit 29,28.

**vaccinus:** caro v. 20,63. medulla v. 8,179. 27,103. butyrum v. 35,13. caseus v. 27,81. lac. v. 16,105.
**varulus** *i. e.* hordeolus oculi 8,161 *lemm.* 190. 191. 193. varus 8,192. 193.

**vasum**: *gen.* vasi 15,73. *abl.* vaso 1,29. 5,2. 8,10. 74. 102. 106. 9,33. 125. 11,35. 12,4. 5. 14,45. 57. 16,41. 20,13. 15. 34. 86. 101. 133. 136. 25,2. 26,60. 94. 109. 117. 27,2. 79. 80. 137. 139. 28,61. 29,8. 30. 38. 50. 31,49. 34,69. 35,6. 7. 9. 36,23.

**vatilus** *masc.*: supra vatilum tostabis 27,119 deinde super vatilum candentem defundes *ibid. cf. Apic.* 7,295 *Schuch.*

**ventrale**: in ventrali gestare 34,34.

**vermes** terreni 9,8. 64. 12,31. 34,16. 35,22.

**verrucaria** herba *i. e.* heliotropium 19,64.

**verrucula** 26,9.

**verus** *fem. pro* veru: 10,37. verum ferream candentem.

**vessica** 20,92. 22,18. 19. 23,17. 25,9. 26,4. 5. 6. 9. 11. 12. 21. 24. 30. 33. 34. 60. 62. 64. 67. 73. 82. 96. 100. 101. 102. 104. 105. 106. 107. 109. 110. 112. 116. 124. 127. 27,8.

**vessicariae** aquae calidae 26,4.

**vetustatus**: adeps porcina nimium vetustata 23,39. adeps vetustata hircina 23,40.

**victoriatus** denarius 30,28. victoriatus denarius dimidia pars drachmae est *de mens. et pond.* p. 3.

**vinca** pervinca 15,104.

**virgo**: canis v. 34,53. puer v. 7,15. 8,126. 21,11. 26,107. porri virgines id est non plantati 9,2. charta virgo 23,76.

**virus** (= semen) verris, cum scrofam saliet, exceptum 9,100.

**visitatio**: nec ulla indigebis visitatione aut curatione medicorum *Hipp. ep. ad Ant.* 9.

**vitellum**: ovorum incoctorum quattuor lutea, id est vitella 4,15. vitellus 16,35. 18,15. 19,62. 20,62. 27,6. 51. 76. 32,11.

**vulsus** 16,87. 17 *lemm.* 17,46. 47. 48. 49. 50.

**xerocollyrium** 8,19. 69 *lemm.* 74. 75. 76. 159. 213.

**xerophthalmia** (*cod.* xeroptalmia) 8,69 *lemm.* 69. *pl.* xerophthalmiae 8,77.

**ypersarcosis** aurium 9,65.

**ypochysis**, *pl.* ypochyses 8,65. 66. 68. 107. 146. 154. hypochymata 8,17.

**zingiber** 20,19. 75. 76. 87. 90. 91. 101. 126. 26,31. 107. 114. 29,37. 30,41. 51. 52. 81. gingiber 20,74.

# Index locorum,

## quos Marcellus e Scribonio et Ps. Plinio exscripsit.



| | | | |
|---|---|---|---|
| Marc. | I, 1—11 | = | Scribon. 1—11. |
| ,, | I, 43 | = | Plin. I, 1 p. 11 R. |
| ,, | I, 58 | = | ,, I, 1 p. 12. |
| ,, | I, 59 | = | ,, I, 1 p. 10. |
| ,, | I, 60 | = | ,, I, 1 p. 10. |
| ,, | I, 61 | = | ,, I, 1 p. 10. 11. |
| ,, | I, 62 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 74 | = | ,, I, 1 p. 10. |
| ,, | I, 75 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 76 | = | ,, I, 1 p. 10. |
| ,, | I, 77 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 78 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 79 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 80 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 81 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 82 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 83 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 84 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| ,, | I, 85 | = | ,, I, 1 p. 12. |
| ,, | I, 86 | = | ,, I, 1 p. 12. |
| ,, | I, 87 | = | ,, I, 1 p. 12. |
| ,, | I, 93 | = | ,, I, 1 p. 11. |
| Marc. | IIII, 1 | = | Plin. I, 2 p. 12. |
| ,, | IIII, 2 | = | ,, I, 2 p. 12. |
| ,, | IIII, 3 | = | ,, I, 2 p. 12. |
| ,, | IIII, 4 | = | ,, I, 2 p. 12. |
| ,, | IIII, 5 | = | ,, I, 2 p. 12. |
| ,, | IIII, 6 | = | ,, I, 2 p. 13. |
| ,, | IIII, 7 | = | ,, I, 2 p. 13. |
| ,, | IIII, 8 | = | ,, I, 3 p. 13. |
| ,, | IIII, 9 | = | ,, I, 3 p. 13. |
| ,, | IIII, 10 | = | ,, I, 3 p. 13. |
| ,, | IIII, 11 | = | ,, I, 3 p. 13. |
| ,, | IIII, 12 | = | ,, I, 3 p. 13. |
| ,, | IIII, 13 | = | ,, I, 3 p. 13. |
| ,, | IIII, 14 | = | ,, I, 3 p. 14. |
| ,, | IIII, 15 | = | ,, I, 3 p. 14. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Marc. | VI, 11 | = | Plin. I, 4 p. 15. |
| „ | VI, 12 | = | „ I, 4 p. 15. |
| „ | VI, 15 | = | „ I, 4 p. 14. |
| „ | VI, 17 | = | „ I, 4 p. 15. |
| „ | VI, 18 | = | „ I, 4 p. 15. |
| „ | VI, 19 | = | „ I, 4 p. 15. |
| „ | VI 20 | = | „ I, 4 p. 15. |
| Marc. | VII, 7 | = | Plin. I, 5 p. 16. |
| „ | VII, 9 | = | „ I, 5 p. 16. |
| „ | VII, 11 | = | „ I, 5 p. 16. |
| „ | VII, 12 | = | „ I, 5 p. 16. |
| Marc. | VIII, 1—5 | = | Scribon. 19—24. |
| „ | VIII, 6 | = | „ 27. |
| „ | VIII, 9 | = | „ 30. |
| „ | VIII, 10 | = | „ 31. |
| „ | VIII, 17 | = | „ 38. |
| „ | VIII, 69—72 | = | „ 32—35. |
| „ | VIII, 116—117 | = | „ 25—26. |
| „ | VIII, 118 | = | „ 28. |
| „ | VIII, 119—120 | = | „ 36—37. |
| Marc. | VIIII, 6—9 | = | Plin. I, 6 p. 17—19. |
| „ | VIIII, 12 | = | „ I, 6 p. 19. |
| „ | VIIII, 14 | = | „ I, 6 p. 17. |
| „ | VIIII, 31 | = | Scribon. 40. |
| „ | VIIII, 32—34 | = | „ 39. |
| „ | VIIII, 35 | = | „ 41. |
| „ | VIIII, 38 | = | „ 42. |
| „ | VIIII, 67 | = | Plin. I, 6 p. 19. |
| „ | VIIII, 94. 95 | = | „ I, 6 p. 18. |
| „ | VIIII, 111 | = | „ I, 6 p. 19. |
| „ | VIIII, 124 | = | „ I, 6 p. 18. |
| „ | VIIII, 125 | = | „ I, 6 p. 18. |
| Marc. | X, 1—8 | = | Scribon. 46—47. |
| „ | X, 19—23 | = | „ 48—52. |
| „ | X, 24 | = | Plin. I, 10 p. 23. |
| „ | X, 27—30 | = | „ I, 10 p. 23. |
| „ | X, 38—39 | = | „ I, 10 p. 23. |
| „ | X, 60 | = | „ I, 10 p. 24. |
| „ | X, 62—63 | = | „ I, 10 p. 23. 24. |
| Marc. | XI, 2 | = | Plin. I, 12 p. 25. |
| „ | XI, 8 | = | „ I, 12 p. 26. |
| „ | XI, 9 | = | „ I, 12 p. 25. |
| „ | XI, 11 | = | „ I, 12 p. 25. |
| „ | XI, 12 | = | „ I, 12 p. 25. |
| „ | XI, 13 | = | „ I, 12 p. 26. |
| „ | XI, 26—29 | = | Scribon. 61—63. |

| | | |
|---|---|---|
| Marc. | XII, 1—5 | = Scribon. 53—58. |
| „ | XII, 26—28 | = Plin. I, 13 p. 26. |
| „ | XII, 30—32 | = „ I, 13 p. 27. 28. |
| „ | XII, 34 | = „ I, 13 p. 28. |
| „ | XII, 39 | = „ I, 13 p. 26. 27. |
| „ | XII, 57—63 | = „ I, 13 p. 27. |
| Marc. | XIII, 1—5 | = Scribon. 59—60. |
| Marc. | XIIII, 1—3 | = Scribon. 64—66. |
| „ | XIIII, 4 | = „ 71. |
| „ | XIIII, 5—7 | = „ 73—75. |
| „ | XIIII, 14—17 | = Plin. I, 15 p. 29. |
| Marc. | XV, 1—6 | = Scribon. 67—70. |
| „ | XV, 21—22 | = Plin. I, 16 p. 30. |
| „ | XV, 31 | = „ I, 16 p. 30. |
| „ | XV, 32 | = „ I, 17 p. 31. |
| „ | XV, 33 | = „ I, 16 p. 30. |
| „ | XV, 34 | = „ I, 17 p. 31. |
| „ | XV, 39 | = „ I, 7 p. 20. |
| „ | XV, 43—45 | = „ I, 7 p. 20. |
| „ | XV, 58—60 | = „ III, 6 p. 81. |
| „ | XV, 68 | = „ I, 16 p. 30. |
| „ | XV, 69 | = „ I, 17 p. 31. |
| „ | XV, 70 | = „ I, 16 p. 30. |
| „ | XV, 71 | = „ I, 16 p. 31. |
| „ | XV, 78—81 | = „ III, 6 p. 80. 81. |
| „ | XV, 93—95 | = Scribon. 43—45. |
| „ | XV, 96—99 | = „ 80—82. |
| Marc. | XVI, 1 | = Scribon. 90. |
| „ | XVI, 2—4 | = „ 87—89. |
| „ | XVI, 5—10 | = „ 91—96. |
| „ | XVI, 48—51 | = Plin. I, 23 p. 36. 37. |
| „ | XVI, 61 | = „ I, 23 p. 36. 37. |
| „ | XVI, 62 | = „ II, 1 p. 42. |
| „ | XVI, 66 | = „ II, 1 p. 41. |
| „ | XVI, 75—77 | = „ I, 24 p. 38. |
| „ | XVI, 79—84 | = „ I, 24 p. 38. 39. |
| Marc. | XVII, 1—5 | = Scribon. 76—79. |
| „ | XVII, 21—25 | = „ 83—86. |
| Marc. | XVIII, 1 | = Plin. I, 22 p. 35. |
| „ | XVIII, 5 | = „ I, 21. |
| „ | XVIII, 7—8 | = „ I, 21. |
| „ | XVIII, 12—15 | = „ I, 21. |
| „ | XVIII, 18 | = „ I, 22 p. 35. |
| Marc. | XVIIII, 1—5 | = Plin. I, 18. |
| „ | XVIIII, 17 | = „ I, 18. |
| „ | XVIIII, 18—21 | = „ I, 19. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Marc. | XVIIII, 47—49 | = | Plin. III, 30. |
| ,, | XVIIII, 65—67 | = | ,, III, 29. |
| Marc. | XX, 1—17 | = | Scribon. 97—110. |
| ,, | XX, 84—85 | = | Plin. II, 4 p. 45. |
| ,, | XX, 131—133 | = | ,, II, 4. |
| Marc. | XXI, 1 | = | Plin. II, 4 p. 43. |
| ,, | XXI, 12—13 | = | ,, II, 4 p. 43. 44. |
| Marc. | XXII, 3 | = | Plin. II, 4 p. 44. |
| ,, | XXII, 16 | = | Scribon. 125. |
| ,, | XXII, 17 | = | ,, 126. |
| ,, | XXII, 19 | = | ,, 258. |
| Marc. | XXIII, 1—6 | = | Scribon. 128—132. |
| ,, | XXIII, 7 | = | ,, 259. |
| ,, | XXIII, 8 | = | ,, 261. |
| ,, | XXIII, 33 | = | Plin. II, 13 p. 57. |
| ,, | XXIII, 44—48 | = | ,, II, 13 p. 55. 56. 57. |
| ,, | XXIII, 50 | = | ,, II, 13 p. 56. |
| ,, | XXIII, 62 | = | ,, II, 13 p. 56. |
| ,, | XXIII, 64 | = | ,, II, 13 p. 56. |
| Marc. | XXIIII, 1 | = | Scribon. 257. |
| ,, | XXIIII, 2 | = | ,, 265. |
| Marc. | XXV, 1—3 | = | Scribon. 154—157. |
| ,, | XXV, 4 | = | ,, 262. |
| ,, | XXV, 7 | = | Plin. II, 3 p. 43. |
| ,, | XXV, 42—45 | = | ,, II, 3 p. 43. |
| Marc. | XXVI, 1—3 | = | Scribon. 143—144. |
| ,, | XXVI, 4—11 | = | ,, 146—153. |
| ,, | XXVI, 12 | = | Plin. II, 17 p. 61. |
| ,, | XXVI, 78—79 | = | ,, II, 17 p. 60. |
| ,, | XXVI, 81 | = | ,, II, 17 p. 61. |
| ,, | XXVI, 84 | = | ,, II, 17 p. 61. |
| ,, | XXVI, 85—87 | = | ,, II, 18. |
| ,, | XXVI, 122—123 | = | ,, II, 18. |
| ,, | XXVI, 125—129 | = | ,, II, 18. |
| Marc. | XXVII, 1 | = | Scribon. 112. |
| ,, | XXVII, 2 | = | ,, 111. |
| ,, | XXVII, 3—5 | = | ,, 113—115. |
| ,, | XXVII, 33 | = | Plin. II, 8 p. 50. |
| ,, | XXVII, 70—71 | = | ,, II, 11 p. 53. |
| ,, | XXVII, 72—74 | = | ,, II, 10 p. 51. 52. |
| ,, | XXVII, 75 | = | ,, II, 11 p. 53. |
| ,, | XXVII, 76 | = | ,, II, 10 p. 52. |
| ,, | XXVII, 77—84 | = | ,, II, 11 p. 53. 54. |
| ,, | XXVII, 113—115 | = | ,, II, 8. |
| Marc. | XXVIII, 1—4 | = | Scribon. 140—142. |
| ,, | XXVIII, 26—30 | = | Plin. II, 12 p. 54. 55. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Marc. | XXVIII, 58—63 | = | Plin. II, 8 p. 50. 51. |
| Marc. | XXVIIII, 1—10 | = | Scribon. 116—122. |
| Marc. | XXX, 1—8 | = | Scribon. 135—139. |
| „ | XXX, 64—65 | = | Plin. II, 7. |
| Marc. | XXXI, 1—6 | = | Scribon. 222—227. |
| Marc. | XXXII, 1—2 | = | Scribon. 263—264. |
| „ | XXXII, 20—24 | = | Plin. II, 21. |
| Marc. | XXXIII, 1—4 | = | Scribon. 233—237. |
| „ | XXXIII, 17—22 | = | Plin. II, 20. |
| „ | XXXIII, 37—39 | = | „ II, 19. |
| „ | XXXIII, 55—58 | = | „ II, 19. |
| Marc. | XXXIIII, 4—7 | = | Plin. II, 22. |
| „ | XXXIIII, 11—15 | = | „ II, 24. |
| „ | XXXIIII, 17—22 | = | „ II, 24. |
| „ | XXXIIII, 35—39 | = | „ III, 14. |
| „ | XXXIIII, 41. 43 | = | „ III, 14. |
| „ | XXXIIII, 48—53 | = | „ II, 25. |
| „ | XXXIIII, 63—66 | = | „ III, 1. |
| „ | XXXIIII, 105—108 | = | „ II, 25. |
| Marc. | XXXV, 1—3 | = | Plin. III, 1. |
| „ | XXXV, 5—9 | = | Scribon. 267—271. |
| Marc. | XXXVI, 26—27 | = | Plin. II, 26. |
| „ | XXXVI, 32 | = | „ II, 26. |
| „ | XXXVI, 37 | = | „ II, 26. |
| „ | XXXVI, 39—45 | = | Scribon. 158—160. |
| „ | XXXVI, 46 | = | „ 162. |
| „ | XXXVI, 64 | = | Plin. II, 26. |
| „ | XXXVI, 66—68 | = | „ II, 26. |

## Corrigenda.

p. 8,1 *leg.* candido *pro* condito.
p. 12,20 *leg.* stranguria *pro* stranguriam.
p. 29,9 *leg.* silis *pro* sili.
p. 35,19 *leg.* lectu *pro* lectum.
p. 41,13 *leg.* per triduum continuum iterum interpositis diebus *pro* post triduum — diebus.
p. 57,5 *leg.* arthrisim *pro* arthritim, *item* 7,25.
p. 62,6 *leg.* quod *pro* quo.
p. 63,23 *leg.* tertiasve *pro* tertias.
p. 91,4 *leg.* sallita *pro* salita, *item* 135,10 salliti.
p. 112,14 *leg.* aristolocium *pro* aristolociam.
p. 153 *lemm. leg.* sanguisugiae *pro* sanguisugae.
p. 153,9 *leg.* cholera *pro* choleram.
p. 243,3 *leg.* prosit *pro* profit.
p. 247,3 *leg.* rutundae *pro* rotundae.